



NAZ.
uele III
NAPOLI



CASAVBONIANA

Sive

ISAACI CASAVBONI

Varia de Scriptoribus

Librisque judicia, Observationes Sacræ in utriusque Foederis loca, Philologicæ item & Ecclesiasticæ,

Ut &

Animadversiones in Annales Baronii Ecclesiasticos ineditæ, Ex variis Casauboni MSS. In Bibliotheca Bodlejana reconditis Nunc primum erutæ

à

JO. CHRISTOPHORO WOLFIO,
Prof. Publ. Philosoph. Extraordinario in Academ. Witteberg.

Accedunt duæ Casauboni epistolæ Ineditæ, & præfatio ad librum de Libertate Ecclesiastica Cum notis Editoris in Casauboniana, Ac præfatio qua de hujus generis libris differitur



HAMBURGI,
SUMPTIBUS CHRISTIANI LIBEZEIT

TYPIS PHILIPPI LUDOVICI STROMERI,
ANNO cIↃ IↃcc X.



SUMMI SENATUS ECCLESIASTICI DRESDENSIS

PRÆSIDI EMINENTISSIMO

ET

ASSESSORIBUS SPLENDIDISSIMIS

PERILLUSTRI REVERENDISSIMIS MAGNIFICISQUE DOMINIS

DOMINO

ADAMO ERNESTO

SENFT A BILSACH,

DYNASTÆ CLIENTELARUM LOEBNICI ETC.

SERENISSIMO POTENTISSIMOQUE REGI POLONIARUM

ET ELCTORI SAXONIÆ A CONSILIIS SANCTIORIBUS

DOMINO

JOH. GEORGIO

BOERNERO JC.

CONSILIARIO AULICO GRAVISSIMO

DO-

DOMINO

ANDREÆ BAYERO

JC. CELEBERRIMO

DOMINO

HENRICO PIPPINGIO

THEOLOGO EMINENTISSIMO

ET CONCIONATORI DRESDENSI AULICO PRIMARIO

DOMINO

VALENTINO ERNESTO

LOESCHERO

THEOLOGO CONSUMMATISSIMO

DIOECESEOS DRESDENSIS ANTISTITI

MAECENATIBUS GRATIOSISSIMIS SACRUM.

DEDICATIO

DOMINI GRATIOSISSIMI
PATRONI MAGNI.

NE mirum VOBIS videatur, quod Illuſtribus VESTRIS Nominibus opuſculum hoc, ſplendore VESTRO minime dignum, inſcribere aggredior. Malui ſcilicet apud VOS temeritatis notam ſubire, quam ingrati animi crimen apud alios non amoliri, qui certiſſime perſuaſus ſum, eam eſſe VESTRAM Humanitatem, ut prioris vitii veniam facile mihi faciatis; poſterioris autem cri-

minis tantam esse turpitudinem, ut illius veniam ne sperare quidem ab ullo, multo minus votis & supplicationibus expetere ausim. Debetur sane VOBIS, MÆCENATES MAGNI, præsens libellus, eo tempore vel collectus vel elaboratus, quo VESTRO inprimis beneficio effectum est, ut studiis qualibuscunque meis non vulgare ornamentum accederet. Quibus igitur potius laborem hunc sacrum esse juberem, quam VOBIS, a quorum nutu & auctoritate inde ab eo tempore adeo pependi, ut nulli magis studiorum meorum ac temporis rationem constare debere arbitrarer. Quæ causa est, cur hanc subjecti devotique animi significationem in aliud tempus differendam esse non censuerim, nec exspectandum, donec alia daretur occasio, ILLUSTRIBUS VESTRIS personis magis di-

gna magisque elaborata offerendi. Primitiæ ſane, quæcunque ſint, probant ſe hortorum amanti & ſtudioſo, cum fructuum ſaltem aliquam ſi non magnam ſpem excitent, quæ omnis excluderetur, ſi ne illarum quidem copiam ſterilis arbor fecerit. Equidem ſine arrogantiæ vitio magna de me non promiſerim, ſed fructum laboris qualiſcunque ampliſſimum cepiſſe me exiſtimabo, ſi effecero, ut animi VESTRI ſpem aliquam de conatibus meis altius forte inpoſterum provehendis concipiant. Accipite igitur hoc, quodcunque eſt ſerena fronte vel in Caſauboni gratiam, cujus nomen doctrinæ laude adeo celebratum eſt, ut literarum tutelam gerere ſe recte exiſtimet, qui Caſauboniani quicquam ab injuria vindicare ſuſtineat. Quo quidem benevolentiæ genere ſummis VE-


STRIS, MÆCENATES, in me beneficiis cumulum additum esse putabo, DEUMQUE supplex venerabor, ut, quam mihi fecistis gratiam, eam omni felicitatis genere cumulatim & liberaliter compensare dignetur. Servet TE Deus, PERILLUSTRIS PRÆSES, cum generosissima gente, servet VOS, VIRI ILLUSTRES, cum Familiis splendidissimis, ut Ecclesia Saxonica, consiliis VESTRIS munita, ad posteros sarta tutaque transmittatur, literarum autem studia, tantis præsidiis superstructa, in tuto collocentur.

Vittembergæ Kal. Febr.
AN. M DCCX.

INCLYTISSIMIS NOMINIBUS VESTRIS

Devotissimus

Jo. Christoph. Wolfius.



PRÆFATIO.
LECTORI BENEVOLO.
S. P. D.

I.

CASAVBONIANA hæc Tibi, Benevole Lector, exhibiturus, rem, quæ ab argumento hoc non prorſus abhorreat, facturum me arbitror, ſi eidem librorum qui ſub hujusmodi titulo eruditorum Virorum facete docteque dicta, ſcripta & cogitata nobis objiciunt, hiſtoriam diligentius curatiusque expoſitam proœmii loco propinem, ac poſtea conſilii rationem, qua ad has Caſauboni reliquias in lucem edendas adductus ſum, ut par eſt, ediſſeram. Rem itaque altius & a prima origine mihi repetenti inſtitutum hoc Virorum eruditione clarorum ſapienter dicta colligendi non adeo novum aut recens viſum eſt, quam pleriq; forte ſibi perſuadent: ſed idem ſe veteribus quoque Græcis & Romanis ita adprobavit ut vel eorum exemplo recentiores excitati videantur ad idem faciendum. Neque enim præter rationem *Xenophontem* in hujusmodi ſcriptorum

classem retulerim, quem constat suis illis *Απομνημονευμασι* nihil aliud egisse, quam Lectori sapientiæ studioso disputationes & sermones quos ex docentis *Socratis* ore discipulus ipse audiverat, literis ad posteritatis memoriam consignasse, promerita laude ornatum a Diogene Laërtio lib. II. §. 48. de Vitis Philosophorum. Πρῶτος, inquit is de *Xenophonte*, ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν ἀπομνημονεύματα ἐπιγράψας. Sic memini, Auctorem eruditæ præfationis, quæ in fronte Menagianorum legitur, monere, illa dicta & facta Socratis a Platone æque ac Xenophonte collecta, *Socratianorum* nomine commode dici posse, cum ea exhibeant, quæ ex familiari cum eo consuetudine hausta fuerint. Idem honoris genus datum fuit ante Socratem *Pythagoræ*, qui cum nihil ipse scripto consignatum reliquisset, quod contra Leonem Allatium singulari Exercitatione ex veterum monumentis invicte ostendit Rev. & Cl. *Gothofredus Olearius*, Theologus Lipsiensis, discipulos invenit diligentes & disciplinæ suæ adeo curiosos, ut dicta & monita Philosophi præstantiora *versibus* vel *Symbolis* comprehensa ad posteros transmitterent. Xenophontis exemplo adductus videtur *ARRIANUS*, ut, quemadmodum & nomine & scriptis scriptorumque titulis & studiis ad eum proxime accedere conatus est, ita *Epictetea* dicta tum illustri illo Enchiridio tum libris octo dissertationum, quorum priores quatuor hodie superesse viden-

dentur, tum libris duodecim aliis jam deperditis, quos ὁμιλιῶν βιβλία five *libros familiarium* Epicteti *fermonum* infcripfit, fumma induftria collegerit. Vide de his diligentiffime, qui ejus mos eft, differentem V. C. *Jo. Alb. Fabricium lib.* IV. *Biblioth. Gr.* c. VII. & VIII. *ATHENÆUS* quoque jure huc referri poterat ob Δειπνοσοφιστικὰ, quæ ei debemus, nifi veri effet fimilius, Virum doctiffimum ea, quæ ex Philofophorum, quos nominatim recenfet, ore inter cœnam haufiffe videri vult, ipfius potius ingenio tribuenda effe: tanta eft farrago fcriptorum, quorum integra eaque bene longa loca offeruntur, ut colloquia ifta lucernam potius & accuratam meditationem olere, quam fermones cœnantium liberiores & minus quæfitos ac ornatos referre videantur. De quo qnidem eo minus dubitare licet, quo certiora fe attento Lectori veftigia in Athenæi fcriptis objiciunt, ex quibus conftare poteft, quod acutiffimus & fagax *Cafaubonus* in fuis ad Dipnofophiftica Annotationibus paffim monuit, & nominatim p. 377. *eum peccare fæpe graviter, quod fuorum Excerptorum fidem fequatur, nec ad fontes ipfos adeat.* Ne autem fingulos Græcorum hujus generis fcriptores perfequar fed fummatim de hoc argumento dicam, vel ex tralatitia *Plutarchi, Diogenis Laërtii* & ex recentioribus *Stobæi* multa veterum apophthegmata commemorantium, infpectione parere poteft manifefte, Græcis nihil antiquius, nihil familiarius fuiffe quam ut præclaras magnorum Virorum

rorum præceptiones memori animo ſervarent & in aliorum quoque notitiam transferrent. Neque prorſus inſuetum Græcis fuiſſe jocoſe dicta facetiasque colligere, Αςεῖα ſive Facetiæ illæ, probant quæ Græce exſtant & *Hieroclis Alexandrini* nomini perperam inſcribũtur. Vide de his noviſſimum ſcriptorum Hieroclis editorem Clariſſimum Amiciſſimumque *Pet. Needhamum* p. 459. edit. Cantabrig. 1709. qui recte ob voces quasdam ſequiori Græcitati tantum notas Hierocli Alexandr. tribuendas negat. Superest, ut ex Græcis illius conſuetudinis exemplum afferam, qua nonnulli noſtra ætate uſi ſunt, ut ſua ipſi cogitata de variis rebus & argumentis promiſcue in unum volumen conjicerẽt. Idem ſane jam olim fecit M. *Antoninus* Philoſophus in *libris duodecim εἰς ἑαυτὸν*, quod varii varie accipiũt, aliis *de vita ſua*, aliis *de ſe*, aliis *de rebus ſuis* ſive *de iis, quas ad ſe pertinere cenſebat*, aliis de *præceptis ſibi traditis* libros illos conſcriptos interpretantibus. Cum autem totum volumen monitis moralibus ad ipſum Imp. directis abſolvatur, tituli vim illos putem asſecutos, qui illum cum *Huetio Demonſtrat. Evang.* p. 66. & *Menagio* in not. ad Diog. Laërt. per *præcepta ſibi tradita* vel per *ea quæ ad ſe ipſum* latine exprimunt aut gallice etiam cum elegantiſſimo *Dacerio* in eleganti iſtorum librorum verſione *Reflexions Morales* h. e. *Meditationes* appellant.

II. De Latinis non eſt quod dubitemus, eos ut alia Græcorum pleraque, ita & hoc inſtitu-

tum

tum in suas areolas derivasse. Illustre hujus rei exemplum est, quod commemorat *Quintilianus* lib. VI. c. 3. *Institut. Orator.* ubi eos, nec forte sine causa, reprehendit, qui *libros tres de Jocis Ciceronis* conscripserant, non quod ipsum institutum improbandum censeret, sed quod collectores majorem industriam quam judicium maturius ipsi probasse viderentur. *Utinam,* inquit, *Quintus & libertus ejus Tyro aut alius, quisquis fuit, qui hos hac de re libros edidit, parcius dictorum numero indulsissent, & plus judicii in eligendis, quam in congerendis studii adhibuissent: minus objectus calumniantibus foret.* Minus tamen mirum est, varia jocose & eleganter dicta ad Ciceronem mortuum tanquam autorem relata esse, cum ipso adhuc vivo tanta esset quorundam audacia, ut ejusmodi jocorum auctorem ipsum facerent, qui utpote frigidi & nullo sale aut ingenio persperſi eo indigni videbantur. Conqueritur hac de re in ep. XXXII. lib. VII. *Ais enim,* inquit, *ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana in me conferri. Quid? tu id pateris? nonne defendis? non resistis? equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent.* Ex quo loco patet, morem acute aut jocose dicta colligendi Romanis fuisse perfamiliarem, cum non Ciceroni solum sed Sexto quoque, nescio cui, & pluribus forte aliis idem accideret. Plura in hanc rem non afferam, ubi monuero, & Plinii & Gellii scripta argumento esse, quod Romani veteres de

leo

eo quoque laborarint, ut, quæ ex prudentium eruditorumque Virorum familiari ſermone didiciſſent, ea in ſuum aliorumque uſum per ſcripta transferrent.

III. Imo nec Hebræi ab hoc more omnino abhorruerunt, quod vel *liber Proverbiorum* ex nonnullorum ſententia demonſtrat. Sunt enim, qui exiſtimant, monita illa egregia, quæ de moribus potiſſimum præcipiunt, non ab ipſo Salomone eo, quo jam apparent, ordine digeſta ſed ex ore potius ejus excepta & in literas relata eſſe. Sic *Lambecius* lib. III. Commentar. de Biblioth. Vindob. p. 19. ex MS. obſervat, proverbia illa a Salomone oretenus prolata, & per ora poſterorum varie diſperſa, ab amicis Regis Ezechiæ denique collecta eſſe. Idem fere ſentiunt *Rich. Simon* Hiſt. Crit. V. T. lib. I. c. 4. & alii, quos omitto. Imo Grotius perſuaſum ſibi habuit, *librum illum eſſe ἐκλογὴν optimarum ſententiarum ex plurimis, qui ante Salomonem fuere, ſcriptoribus, quales ἐκλογὰς multi Imperatorum C Politan. conſcribi in ſuos uſus fecerint*, ceu id initio ſui in Proverbiorum librum commentarii, profitetur. At enimvero tutius omnino eſt, ut dicamus priora illa Proverbiorum capita 25. ab ipſo Salomone, divino Numine acto, eodem, quo exſtant ordine profecta eſſe, id quod non ſolum libri inſcriptio ſed præmonitio capitis XV. credere jubet; reliqua vero capita a Viris ab Ezechia ſelectis, divini Spiritus auſpiciis collecta eſſe, quam in rem ex noſtratibus vide

vide *Calovium* in Bibliis illustratis, *Geierum* in Proverbia & *Waltherum* in Officina Biblica. Atque ista quidem parœmiarum, quæ ultimis capitibus continentur, Collectio ostendit, morem, de quo jam dicimus, Hebræis receptum fuisse, qui etiam ex aliis eorum monumentis elucet. Quid enim quæso pervulgatus in Iudæorum Scholis Talmudicus libellus, & sæpius latine, ac repetita vice germanice editus ac titulo פרקי אבות h. e. *Capitulorum Patrum* inscriptus, complectitur aliud quã diversa dicta monitaque, quæ a Sapientibus eorum Doctoribus prolata scripto tandem comprehensa sunt? Imo nonne Collectio illa Gemarica tota ex familiaribus sermonibus & disputationibus Rabbinorum, quas de variis Moralis & Ceremonialis legis capitibus habuerunt, conflata est?

IV. Ceteros quoque Orientis populos, ac inprimis Arabas ab hoc scriptionis genere non fuisse alienos, illi norunt, quibus aliqua eorum scripta evolvere licuit. Alii vero discere id poterunt ex diligentissimi & *ἀνάλογλικογλωττάτου* *Herbelotti* Bibliotheca Orientali, in qua nihil observaveris crebrius, quam Scriptores recentiores ad majores suos aut Philosophos suæ gentis ac doctores provocare, a quibus effata sua acceperint. Neque rara hujus moris vestigia exstant in *Abrahami Ecchellensis* Historia Arabum. Sic Cl. *Gallandius* Paris. 1694. 12. edidit volumen, quo apophthegmata & facetias Orientalium in gallicum sermonem conversas exhibuit.

V.

V. Iſte igitur veterum mos Patrum noſtrorum memoria revixit quaſi, & noſtra inprimis ætate adeo frequentatus fuit, ut bibliotheca quaſi quædam vel ſaltem non exiguus illorũ librorum numerus exſtet, qui lectori uno obtutu varia de variis argumentis ejusdem auctoris cogitata offerunt. Hic autem obſervandum eſt iſtam *Miſcellanea* colligendi rationem primo iis cancellis circumſcriptam fuiſſe, ut non niſi ſermones Virorum eruditorum ſub ejusmodi titulis poſt fata ipſorum exhiberentur, qui fines ac termini ita poſtea amplificati ſunt, ut a vivis etiam Auctoribus ſub eodem titulo variæ diſſertationes prodirent; quidam etiam flores ex Scriptorum epiſtolis collectos ita inſcriberent, id quod ex ſequenti horum ſcriptorum collectione patebit.

VI. Inter hæc primo loco merito numerari debent Divi noſtri Lutheri *Colloquia Menſalia*, quæ primo quidem a Io. Aurifabro 1566. fol. Islebii edita deinde ſæpius vernacula lingua prodierunt & in latinum quoque ac Anglicanum ſermonem translata exſtant. Hiſtoriam editionum & verſionum variarum ſuppeditabunt V.C. *Adamus Rechenbergius* Lipſienſis Theologus & *Jo. Gottl. Möllerus* ſingularibus diſſertationibus, quas de *Colloquiis* his *Menſalibus* uterq; edidit. De Anglicana verſione ab *Henr. Bell.* nocturnis Senis ſibi viſi monitis adducto, tandem elaborata exponit Illuſtris *Seckendorfius* in eximio opere, quod *Hiſtoriam Lutheraniſmi* inſcrip-

ſcripſit lib. III. & ex eo *Gothof. Arnoldus* in Hiſtor. Eccleſ. & Haereſiolog. Part. II. p. 52. b. Sed jam pridem eſt, quod adverſarii noſtri ac inprimis Pontificii iſta ſermonum Lutheri collectione ita abutuntur, ut materiam Viri θειλάτου merita criminandi & mores carpendi inde arripuerint: contra quorum inſultus famam Lutheri vindicarunt præter laudatos Vener. *D. Jo. Fr. Mayerus* in libro Anti-Pontificio, vernacula lingua ſub titulo *Bellorum Domini* edito p. 859. & in *Apologetico pro Lutheranismo Chryſoſtomi* adverſus J. Fr. Hackium Jeſuitam p. 42. ſq. Neque nos negamus, Collectores eorum maturius judicium in habendo ſelectu probare debuiſſe, & de eo inprimis curam fuiſſe habendam, ne quid tanto Viro indignũ ab aliis ſupponeretur, quod in iſta Collectione factum eſſe ipſi Pontificii agnoverunt. Adde *Morhofium* lib. I. Polyhiſt. p. 199. & *Pet. Belium* Tomo II. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 1936. qui præter alia recte monet, Colloquia iſta ad noſtri Sæculi genium & mores *Lutheriana* vel *Lutherana* inſcribi potuiſſe.

VII. Pari jure *MELANCHTHONIANA* dicere poſſis, quæ *Jo. Manlius* Baſileæ 1562. 8. edidit ſub hoc titulo: *Locorum Communium Collectanea a Joh. Manlio per multos annos tum ex Lectionibus D. Philippi Melanchthonis tum ex aliorum doctiſſimorum Virorum relationibus excerpta, & nuper in ordinem ab eodem redacta, jamque poſtremum recognita.* Simon Sulcerus in præfatione, qua collectanea hæc

commendat, monet, *doctum & honestum Virum, Jo. Manlium serio id per annos plurimos dedisse operam, ut quæ ex ipso*(Melanchthone) *fidelissimus auscultator & observator audiret, sic exciperet, literisq; custodibus fidelissimis mandaret, ut & sibi & aliis olim usui esse possent: maxime cum animadverteret, hæc lucubrationibus Philippi non inseri, nec nisi a paucis fideliter teneri.* Integrum Volumen in tres tomos est distributum, quorum primus secundum locos Theologicos præcipuos, alter secundum X. præcepta, tertius denique secundum locos, quos reliquos fecerat tres, de Ecclesia, Scholis, & Magistratu, sermones Melanchthonianos dispositos exhibet. Ex quo facile colligitur, istas observationes ad illustrandam diviniorem doctrinam pertinere, in quarum collectione compilator judicium suum minime approbavit *Adamo Sibero* & *Joach. Camerario*, quorum ille in epistolis p. 475. Manlium nominatim ob delectus neglectionem hic vero tacito ipsius nomine tum ipsum procul dubio tum alios forte reprehendit, *qui neque studio neque judicio, neque omnino consideratione aliqua congesserint quæ ne audiissent ipsi quidem sed ex aliis fortuito cognovissent.* Confer *Morhofium* I.c.p. 199. Exstat præter hanc alia Collectio non dissimili consilio aut opera instituta a *Gregorio* (quem Morhofius in Polyh. p. 196. & Cl. Struvius in Introd. ad Notit. Hist. Liter. p. 397. obvio & facile excusando forte typographi errore *Georgium* appellat) *Richtero* Görlicensi quondam symmysta:

Inscrip-

Inscripsit librum: *Judicia Florentis Scholæ Melanchthonis de Lectione bonorum Auctorum in omni genere disciplinarum, in quibus infinitæ regulæ studiorum adolescentiæ continentur, collecta ex Tomis Intimationum, Declamationum, Epistolarum & Præfationum Philippicarum & ex aliis Philophilipporum Didacticis & Orthodoxis scriptis in usum juventutis Scholasticæ Witteb.* 1592. 8. Idem liber paulo post an. 1597. Islebii recusus hunc præfert titulum: *Crises Melanchthonianæ de eligendis optimis quibusque in omni disciplinarum genere Auctoribus.* Vel ex titulo patet, Collectionem hanc a priore illa duplici nomine esse distinctam, cum illa quidem ex ore Melanchthonis hæc ex scriptis delibata fuerit, illa ad Theologiam, hæc ad Philologiæ & elegantiora studia pertineat. Collector eum hic servavit ordinem, ut dispositis secundum literarum seriem certis vel scriptorum Nominibus vel Rerum titulis subjiciat Melanchthonis judicia, qui cum in his literis communi omnium judicio principatum sua ætate tenuerit, conjectura facili assequi licet, huic Collectioni multo magis quam priori isti esse tribuendum, præcipue cum certi esse possimus, a Melanchthone ista esse profecta, cujus scripta, ex quibus derivata sunt, solicite semper allegantur.

VIII. Sequuntur *SCALIGERANA*, quæ non solum formam ejusmodi Miscellaneorum, de quibus dicimus, absolutam præ se ferunt, sed prima etiam sub illo titulo lucem adspexerunt,

qui deinde adeo frequentatus fuit. Prodierunt autem bini libri ſub hoc titulo, qui deinceps in unum coaluerunt. Primo ſcilicet edita ſunt Scaligerana a Wicofortio, ut putant *Sorberiana* p. 189. Hagae Comitis 1666. (recuſa Lugd. Bat. 1668.) 8. ex Iſaaci Voſſii Bibliotheca. Deinde tribus poſt annis Groningæ 1669. 12. *Tan. Fabri* cura cum paucis ejus notis prodierunt alia ſub titulo *Primorum Scaligeranorum*, cujus inſcriptionis ipſe Faber in præfatione reddit rationem his verbis: *Cur autem prima vocaverim (nam hunc eis titulum feci) ubi libellum legeris facile intelliges; ſcilicet altera illa Scaligerana, quæ abhinc duobus tribusve annis prodierunt, recentiora ſunt.* Hæc recuſa deinceps ſunt Ultrajecti 1670. & Pariſ. 1694. Guido Patinus itidem ep. 426. meminit editionis Scaligeranorum Genevenſis, quæ utrum *Prima* illa Tan. Fabri an *Altera* exhibeat, parum habeo exploratum. Cui autem iſta Scaligerana accepta ſint ferenda, non una eſt eruditorum ſententia, aliis ad Puteanos fratres, aliis ad Io. Vaſſanum, qui 20. annorum adoleſcens ea ex Scaligeri loquentis ore exceperit, referentibus. Poſterior ſententia verior omnino videtur, quippe quæ & temporum ratione & complurium ſcriptorum *Sorberii* ſcilicet l. c. *Guid. Patini* in epiſtolis ſuis paſſim e. g. ep. 429. & 430. *Menagii* item in Anti-Bailleto T. I. p. 352. & ipſius *Bailleti* Tomo II. part. I. Iudiciorum p. 282. teſtimoniis innititur. In eo igitur acquieſcendum merito videtur

tur esse, ut dicamus, Io. Vassanum ista primo ex Scaligeri ore excepisse ac in literas relata cum cognatis suis, Fratribus Pithoeis, communicasse, ex quorum exemplari se an. 1636. descripsisse testatur Patinus ep. 426. Sic tandem in Is. Vossii Bibliothecam pervenerunt, ex qua altera Scaligerana viderunt lucem, quemadmodum *Prima*, quibus præfatus est *Tan. Faber, Sigonii* JCti apud Augustoritenses industriæ debentur, cui Faber in præfat. ad Scaligerana nullam satis magnam gratiam referri posse putat, qui nec operæ suæ pepercerit nec sumtibus, ut schedas & adversaria *Vertuniani* sibi compararet ac describeret. *Prima* igitur collecta sunt ex Scaligeri sermonibus a *Fr. Vertuniano*, Medico Pictaviensi Scaligeri familiarissimo, & notarum in librum Hippocratis de vulneribus capitis auctore. Hunc enim farraginem dictorum Scaligeranorum possedisse patet vel ex *Andr. Riveti* Apologia contra Grotium Sect. 75. ubi *Dictatorum Scaligeri* meminit, *quæ olim sibi communicarit Fr. Vertunianus.* Locus ille spectat ad librum II. Maccabæorum, quem Sigonii quamvis industrii Collectoris industriam effugisse observat *Colomesius* in Biblioth. Selecta p. 104. ubi plura de Vertuniano & ipsis his Scaligeranis legere licet. Postquam ita Scaligerana utraque laudatorum Virorum industria partim excepta, partim typis expressa sunt, prima vice junctim Coloniæ, ut præfert titulus, vel potius Amstelod. 1695. literarum serie disposita,

quorum *Prima* paucis T. Fabri, *Altera* pluribus Pauli Colomesii notis (quæ & antea prodierant) illustrata prodierunt. Præstitisset, credo, multis de causis, illa Scaligeri dicta eodem ordine, quo ab ipso erant pronunciata, exhibere, quam literarum seriem sequi, cum hac ratione sæpius accidat, ut in eadem pagina sibi Scaliger contradicere videatur Lectori, in memoriam sibi non revocanti, quod diversis temporibus atque adeo mutata priore sententia judicia, quæ eodem loco leguntur, lata fuerint. Vide e. g. quæ leguntur sub *Serarii* nomine. Hinc etiam accidit, ut in Scaligeranis illis eruditi tum alii tum speciatim *Vavassor de ludicra dictione* p. 240. videre sibi visi sunt *plurima dicta inconstanter, quæ inter se non cohæreant, pugnent etiam nonnunquam.* Aliis doctorum Virorum judiciis colligendis supersedeo, cum M. *Jo. Theodorus Leubscher* singulari dissertatione Witteb. 1695. *Historiam Scaligeranorum* diligentissime explicuerit, qua me in compendiaria hac descriptione usum esse gratus profiteor. Vide præterea *Io. Claudium* Parte I. Respons. ad Arnaldi librum de perpetuitate fidei Ecclesiæ Cathol. c. V. præfationem præfixam Menagianis, *Colomesium* Biblioth. Selectæ p. 104. *Ancillonium* in Miscellaneis Criticis Tom. II. p. 243. & personati *Marvilli Miscellanea Historica & Critica* Tom. III. p. 148. qui sinistre & iniquius, quam par erat, de istis sentit ac judicat. Inter alia ibi legas, Scaligerana Scaligeri existimationem ac famam læ-

dere

dere, eruditis facere injuriam, ſuperbiam arrogantiam & bilem Pedantæ inde a prima pagina ad ultimam in illis deprehendi. Quæ quanquam ex parte vera ſint, negari tamen non poteſt, multa ibi erudite de variis argumentis obſervata eſſe, quæ digna omnino ſint Scaligero, & non ſine ſumma vel voluptate vel utilitate ab eo legi poſſint, qui levi induſtria variarum ſibi rerum ad doctrinam ſpectantium notitiam comparare voluerit. In judiciis ferendis, fateor, parum ſibi conſtat, & in Viros eruditos antiquioris æque ac ſuæ ætatis aperte nonnunquam injurius eſt, quod ex iſta judiciorum collectione patet, quæ in *Chevræanis* Tomo I. p. 88. ſq. ex Scaligeranis facta legitur, cui multo plura ejusdem farinæ addi poſſe, facta collatione ipſe expertus ſum.

IX. *PERRONIANA* exhibent *Jac. Dav. Perronii* Cardinalis, Viri & doctrina & ingenio & eloquentia valentis (vid. *Marvillii* Miſcellanea T. I. p. 63. & *Menagiana* T. II. p. 379. & 204.) ſermones familiares, nullo ordine diſpoſitos, & non ſolum hiſtoriam literariam illius ſeculi verum etiam Eccleſiaſticam paſſim illuſtrantes. Debentur illa *Chriſtophoro Puteano*, Jo. & Jacobi cognominum fratri, qui ex loquentis ore excepta chartis mandaverat, ex quibus deinceps deſcripſerat *Claud. Sarravius*, cujus apographo Genevæ primum uſus eſt editor Dallaeus Junior, quod *Menagius* Tomo I. Anti-Bailleti p. 188. oſtendit contra Bailletum, qui præfatione

Perronianis præmiſſa deceptus Io. & Iacobo Puteanis ea accepta tulerat, quem ſecuti poſtea ſunt Morhofius & Struvius ll. cc. Ceterum & in iſta Collectione legi varia & falſe & imperite dicta atque adeo Perronio ſuppoſita nonnulli obſervarunt, diligentiſſime vero omnium *Vrbanus Chevreus* Tomo I. Chevræ anorum p. 158. qui id adductis in rem exemplis demonſtrat. Sic eruditi Commentariorum Trivultinorum Scriptores Tom. IV. p. 407. edit. Amſtelod. obſervant, Perroniana nonniſi confuſam eleganter dictorum farraginem, quæ Cardin. Perronio tribuantur, qui tamen fuerit prudentior, quam ut varia quæ ſub ejus nomine ibi legantur, ac ſpeciatim quæ de opere Taſſi dicantur, pronunciare potuerit. Recuſa ſunt eadem Perroniana cum Thuanis literarum ſerie diſpoſita in Belgio 1694. 12.

XI. *THANA* ſive *Thuanea*, qua nominis forma inſcribi debuiſſe recte monet Auctor diſſertationes, quæ Tomo III. Miſcellaneorum Marvillii p. 234. ſubjuncta eſt, ex ſermonibus *Jac. Auguſti Thuani* Viri ſummi delibata hiſtoriæ illuſtrandæ unice inſerviunt. Prodierunt illa gallice paucis pagellis comprehenſa Fratrum Puteanorum induſtria 1669. 8. deinde autem cum Perronianis in Belgio recuſa ſunt 1694. 12. ſub tit. *Perroniana & Thuana, ou penſees judicieuſes, bons mots, rencontres agreables & obſervations curieuſes du Card. Perron & Mr. le Preſident de Thou.*

XI.

XI. *COLOMESIANA* merito dixeris, quæ *Paulus Colomesius*, Vir elegantissimus & industrius sub *Opusculorum* titulo primo edidit Lutet. Parisiorum 1668. sæpius deinceps, & novissime quidem Amstelod. 1700. & Hamburgi 1709. inter Opera Colomesii recusa 4. In his præter *Κειμηλια Literaria* sive varias de variis argumentis ipsius Colomesiii observationes legas *Collectionem rerum singularium*, quas ex If. Vossii ore potissimum excepit, ut adeo illa *Vossianorum* vicem supplere possit. *Singularia* hæc & Miscellanea Historica, de quibus mox dicam non ita pridem sub *Colomesianorum* nomine recusa sunt cura DN. *des Maizeaux* Amstelod. 1706 in Appendice ad opera Saint-Euremonii sub tit. *Melange Curieux des meilleurs pieces attribuées a Mr. de Saint-Evremont & de plusieurs autres Ouvrages*. Exstant vero præterea Colomesii *Miscellanea Historica* Arausione primum 1675. gallice edita & nunc cum notis Anonymi sub *Colomesianorum* titulo ex Amstelodamensi edit. 1706 recusa in edit. Operum Colomesii Hamburgensi p. 810. sq. Ista locum hic suum apprime tuentur, cum maximam partem judicia de Viris eruditis eorumque scriptis, quorum pleraque ex aliis audiverat Colomesius, complectantur. His majorem forte fidem habeas, quam isti *Collectioni Singularium* in qua præter Morhofium alii legisse sibi visi sunt varia mendaciis & figmentis proxima quibus Colomesius imponi sibi passus est.

)( )(5 XII.

XII. *SELDENIANA* vocari ſolent, quæ Anglicano ſermone ſub tit. *Table- Talu* ſ. *Colloquiorum Menſalium Jo. Seldeni*, Viri doctiſſimi prodierunt Lond. 1689. octo omnino plagulis. Collegerat ea *Rich. Milvvardus*, qui Seldeni convictu ac contubernio per aliquot luſtra uſus erat, qui tamen & ipſe alteri editionis curam reliquit, neſcio a quo ſuſceptam. Præſtantiſſimi Actorum Eruditorum Collectores Tomo I. Supplementorum p. 426. ita de hac Collectione judicant: *Sunt effata illa ſtilo concepta familiari, perquam jucundo ac plus ſimplici vice, jocoſo quamvis de rebus Eccleſiæ & ſtatus Anglicani maxime ſeriis agant. Plerumque ſimili aliquo conſtant, eoque a re viliſſima, vel hiſtoriola admodum ludicra quandoque petito. Non raro ſibi invicem aliquo modo contraria deprehendas, juſte queſturus, non ordine temporis conſignata eſſe, ut liqueret, qua ratione ſenſim a Regiis in Parlamentarias partes Auctor pertractus fuerit Crebro invenias dicta, quæ nec Epiſcopalibus nec Presbyterianis approbatura ſe putes. Admiſcentur quædam minoris momenti, aut a communibus moralis doctrinæ præceptis aliquantum aliena, qualia propalari vix paſſus fuiſſet ſuperſtes Seldenus.* Perſonatus *Vignolus Marvillius Tomo I Miſcellan. Hiſtor. Critic.* p. 48. ſpem fecit gallicæ verſionis illorum colloquiorum a Gallo adornandæ, quæ tamen quod quidem ſciam, lucem adhuc non vidit.

XIII. *MENAGIANA* debentur Ægidio Menagio, *Viro vaſtæ eruditionis & doctrinæ variæ, omnigenæque, ingenii item feliciſſimi, elegantis & politi,* quam

quam ipsi laudem vel adversarius *Adr. Bailletus* tribuit Tomo IV. *Judiciorum* Parte 1. §. 11. p.83. Tomus I. illorum prodiit Paris.1693. & eodem anno Amstelodami recusus. *Continuatio* vero lucem vidit Paris. 1695. Plenissima est editio Amstelod. 1696. 12. quæ cum Continuatione Menagianorum non solum Cataloguum scriptorum Menagii tam editorum quam ineditorum, sed etiam vitam eleganti penicillo delineatam exhibet. Observationes istas ex ore Menagii hauserunt *Gallandius*, *Castellanus* & *Baudelotus*, quorum familiaritate multum utebatur, judice Carolo Valesio in Carmine, quod Menagianis præfixum legitur. Ea vero est jocorum elegantia, tantum salium acumen, tam distincta doctrinæ varietas, ut ex omnibus hujus generis scriptis post Auctorum fata editis nullum vel Lectoribus majorem animi jucunditatem & ampliores doctrinæ accessiones, vel Auctori Collectoribusque majorem laudem existimationemque paraverit. Quo ipso tamen non negaverim, quædam in illis inveniri liberius dicta, & delicatas aures offendentia, imo etiam falsa ac talia, quæ Menagio supposita potius censeri quam accepta ferri debeant. Sic memini eruditum Autorem Ephemeridum Paris. an. 1695. p. 145. cum in recensendo Tomo Menagianorum posteriore versaretur, diserte testari, Collectoribus in priori tomo errores crassissimos & hallucinationes vix excusandas, (cujus generis idem an. 1698. p. 333.

ſq. notaverat) excidiſſe; & quamvis poſterior hic obſervationes & lectu jucundiores & exquiſitioris doctrinæ majori numero offerat, varia tamen loca legenti objicere, quæ pudicis moribus adverſa maximæ offenſioni ſint futura. Talia notavit Auctor *Anti-Menagianorum*, quæ eodem anno, quo prior Tomus lucem vidit, Pariſiis edita ſunt gallice ſub tit. *Anti-Menagiana, ou l'on cherche ces bons mots, cette Morale, ces penſeés judicieuſes & tout ce, que l'affiche du Menagiana nous promet.* Sed quantacunque Critices exercendæ materia in Menagianis occurrat, acutior juſto & acerbior Anti-Menagianorum Scriptor mihi viſus eſt, cui facile conſtare poterat, in hujus generis ſcriptis non omnia ad vivum reſecanda eſſe, quippe quæ vel ſolo titulo veniam Lectoris ſibi expoſcant, atque adeo acerbiora judicia occupent. Id veriſſimum eſt, ſi omnia hujus argumenti ſcripta mereantur reprehenſionem, hæc certe minimam incurrere. Confer de illis æque & dextre judicantes V. C. *Jo. Clericum* Tomo XXIV. *Biblioth. Univerſ.* p. 513. ſq. & *Pet. Balium* Tom. II. *dictionarii* p. 2098. *not.* A. De ipſo vero Menagio, Viro de literis elegantioribus & linguis tam Gall. & Italica quam Gr. & Lat. meritiſſimo, plura legere licebit in *Balii* dictionar. l. c. p. 2098-2100. *Ephemeridibus Pariſ.* 1692. p. 540. ſq. Adr. Bailleti *Iudiciis* paſſim c. 9. Tomo III. p. 256. T. II. Part. II. p. 520. & T. IV. P. I. p. 246-268-Cl. *Almeloveenii* Biblioth. promiſſa & laten-

te

te p. 33. sq. & ipsius Menagii *Anti - Bailleto* in-quo varia eruditorum honorifica & præclara de se judicia Lectori passim propinat. Vid. T. I. p. 345. & Tomo II. p. 59-87. Adde *Sorberium* quamvis iniquum judicem in *Sorberianis* p. 138. a cujus sinistris judiciis *Origines Linguæ Gallicæ*, vindicavit *Morhofius Tomo I. Polyh. lib.* IV. p. 40. sq. Ceterum notare hic liceat, Cl. Struvium in *Introd. ad Notit. Histor. Liter.* p. 499. per errorem Menagium nostrum pro socio *Academiæ Gallicæ*, Richelii auspiciis quondam erectæ habuisse. Constat enim vel ex *Anti-Bailleti* Tomo I. p. 296. sq. locum quidem in hac Academia ipsi oblatum sed certis de causis ab ipso Menagio occupatum non esse. Nec bene convenit Menagio cum illustri illa Academia, quam scripto quodam pupugerat, de quo vide ipsum *Tomo* I. *Anti-Bailleti* p. 295. sq. & in *Menagianis* p. 208. & 355.

XIV. *VALESIANA* dicuntur ab *Adriano Valesio*, *Henrici* fratre 1607. 14. Januarii nato & 1692. 2. Julii defuncto, Historiographo, dum viveret, Regio & vario doctrinæ genere quod scripta ostendunt exculto. Istæ ingenii elegantissimi reliquiæ a filio cum præfatione editæ Paris. 1694. 12. complectuntur, ut titulus habet, varias ejus Meditationes Criticas, Historicas & Morales cum Latinis quibusdam iisque satis elegantibus ejusdem artificis poëmatibus. Præfixa est Vita Valesii, qualem Ephemerides Parisienses 1692. exhibuerant. Legas

gas in his præter observationes historicas varia de Viris eruditis illius ætatis judicia, non nullas quoque in S. Scripturam, Græcam item ac Lat. Linguam & utriusq; Scriptores animadversiones ac castigationes quas inprimis ornant, quæ p. 208. sq. lequntur, notæ & emendationes in du Cangii *Glossarium mediæ Latinitatis.* Ex ipsis his *Valesianis* discas p. 129. tantum Valesii meritis ac prudentiæ tributum fuisse, ut haberetur dignus, cui cum aliis cura studiorum Principis Regii demandaretur. Plura de eo videbis in *Perralti* Viris Illustribus Tom. II. p. 149. sq. ubi de *Henrico* & *Adriano* Valesiis disseritur. De *Valesianis* confer *Acta Erudit. Lips.* 1694. p. 307. sq. & V. C. Jo. *Clericum* Tomo XXV. *Bibl. Univ.* p. 517.

XV. *SORBERIANA* nomen ferunt a *Sam. Sorberio*, nato 1615. 17. Febr. defuncto 1670. 9. April. Vivus medendi artem fecerat tum Parisiis in Gallia, tum Lugd. in Belgis, unde Parisios reversus & a puriori religione ad Pontificiorum sacra dilapsus a Clero Gallicano & Cardinale Mazarino annuam eamque largam pensionem accepit. Sorberiana hæc a G. L. *Colomesio*, nescio quo, edita Paris. 1694. 12. & eodem anno Amstelodami recusa Latino & Gallico sermone offerunt legenti inter alias eruditas æque ac elegantes observationes complura & nonnunquam liberiora, imo iniqua, ni fallor, de eruditis Viris judicia, quale mihi videtur, quod de *Menagio* tulit p. 138. qui tamen

men mentionem ejus admodum honorificam feceratin notis ad Diog. Laërt. p. 21. b. *Sorberius*, inquiens *Academiæ Mommorianæ Scriba*, *sed qui merito τῆς Φύσεως γραμματεὺς τὸν κάλαμον ἀπὸ βρέχων εἰς νοῦν vocitari posset.* Nec minus pretium ingenio ejus & doctrinæ statuit *Gassendus* in epistolis Tom. VI. Opp. p. 328. b. & *Marollesius* in suis, quas vocat, *Memoriis* p. 276. quorum præclaris judiciis fidem facient varii generis scripta, quæ exstant. Vide de his vitam Sorberii, quam cum *Jo. Bapt. Cotelerii*, Viri exquisite docti, vita Sorberianis præfixit *Graverolus*.

XVI. *FURETERIANA* exhibent *Antonii Fureterii*, illustris quondam Academiæ Gallicæ socii, dicta, quæ non tam ad rem literariam, quam res Politicas, Historicas & Morales pertinent. Prodierunt illa Paris. 1696. 12. & recensentur in Ephemeridibus Parisiensibus eodem anno p. 240. ed. Belgicæ, quarum auctor monet, multa Fureterii non esse, & varia etiam facta recenseri, quæ post obitum ejus acciderint. Idem auctor magnam nominis celebritatem sibi comparavit *Dictionario Universali Gallico*, quod secundis curis V. C. *Basnagii Bellovallii* recognitum, correctum & variis accessionibus auctum prodiit 3. in fol. voluminibus Hagæ Comit. 1703. De priore editione vide *Marvillii Miscellanea* Tom. I. p. 216. sq. de posteriore *Commentarios*, quos *Memorias* vocant *Trivultinas* 1701. Tom. I. pag. 204. sq. &

P.

p. 432. sq. ed. Amstelod. ubi Basnagii vindiciæ leguntur.

XVII. *CHEVRÆANA*, quæ *CAPRELLANA* potius dicenda fuisse putat auctor dissertationis, quæ *Vignolii Marvillii* Miscellaneorum Tomo III. addita est, p. 234. ab ipso *Urbano Chevræo* nobili Gallo ac variis itineribus magnam doctrinæ prudentiæque vim consecuto in lucem edita sunt Paris. 1697. & Amstelod. 1700. 2. voluminibus 8. recusa. Atque illa quidem, cum ipsius Auctoris curam experti sint, majorem, quam cetera, quorum mentionem fecimus, industriam spirant, nec doctrinam desiderari patiuntur, quam in variis capitibus & argumentis ad literariam etiam rem apprime facientibus demonstravit, de quibus interdum fuse & data opera commentatur. Inter alia elegantis ingenii copias explicavit in notis & observationibus, quibus *Malherbii* illustris inter Gallos Poëtæ carmina inde a p. 122. ad p. 168. illustravit. Obiit Auctor 1701. 15. Febr. anno ætatis primo & octogesimo, & alia ingenii vegeti nec cum annis marcentis documenta reliquit, inter quæ *Opera* ejus *Miscellanea* & *Historia Mundi* aliquot voluminibus repetita vice in Belgio edita præ ceteris numerari debent. Vide de eo ipsa *Chevræana* Tomo I. p. 9. sq. & Cl. *Eckardi* Professoris hodie Helmstad. Excerpta menstrua 1700. p. 477. & 1701. Iun. p. 84. Confer. *Ephem. Paris.* 1697. p. 602. Iac. Bernardi *Nova Reip. Literar.* Jun. 1700

p.

p. 672. & Cl. *Ancillonii Memorias* ad vitas Eruditorum recentiorum pertinentes p. 198. ſq. ubi de Chevræanis ſpeciatim plura leges.

XVIII. *ANCILLONIANA* appellare nobis liceat obſervationes miſcellas quas *Dan. Ancillonius* ex *Davidis* Parentis ore hauſtas gallice edidit Baſil. 1698. 8. 2. tomis ſub tit. *Miſcellanea Critica & literaria ex familiaribus Ancillonii ſermonibus collecta.* Quanquam enim Filius ideo ab Ancillonianorum titulo abſtinuiſſe ſe profiteatur, ne primo ſtatim intuitu in eum, quem ſimilia ſcriptis incurriſſe putat, contemtum Parentis cogitata adduceret, vel ſic tamen agnoſcit ex ſæculi more hunc illi Collectioni titulum fieri potuiſſe, quæ ad rem literariam & eruditorum inprimis notitiam magis quam ullum aliud hujus generis ſcriptum facit. Inprimis non ſine voluptate legas, quæ de Reformatæ Eccleſiæ Doctoribus eorumque vita ſcriptis & moribus ſæpe non protrita aut vulgaria affert, & eo fuſius commentatur, quo magis ipſi de rebus eorum & conſiliis ex familiari eorum conſuetudine conſtare poterat. Neque dubito, quin vel hoc nomine exſpectationi legentis ſatis ſint factura. Ceterum tam diffuſe & interdum accurate ac minute non de eruditis ſolum ſed certis etiam argumentis diſſerit, ut *Bælius* non præter rationem in Tomo I. *Dictionar.* p. 240. *not.* E. miretur, quod Ancillonius de rebus tam variis tam erudite e veſtigio commentari potuerit, quamvis non inficietur,

memoriæ vitio Auctorem nonnunquam hallucinatum fuisse. Quæ causa sane est, cur eo minus mirandum vel succensendum putem, quod Viro doctissimo nonnunquam exciderint παροράματα ad Homonymos minori, quam fieri debebat, diligentia distinctos, pertinentia, qualia modeste notantur in *Actis Eruditorum Lipſ.* 1698. p. 289. quorum tamen collectores industrii merita laude non defraudant Ancillonium. Ordine literarum distincti sunt illi sermones, & facile patet, Filium eruditum & industrium, eum quæ distinctis vicibus ex loquentis ore perceperat, ad idem caput omnia revocasse, & in continuum dissertationis, nonnunquam bene longæ, contextum contulisse. Recusa sunt Miscellanea ista *Amstelodami* si titulo credimus, vel potius, ceu deinde compertum est, *Rothomagi* 1702. 12. quam repetitam editionem tribui sibi noluit Filius, indicio facto in *Novis Reipubl. Literar.* 1703. p. 156. mense Martio. Confer. Cl. *Struvii Introduct.* p. 405. Superest ut de auctore *Davide Ancillonio* pauca dicamus. Obiit is 1692. cum vivus verbi divini ministerio apud Metenses defunctus fuisset, inde vero Gallicanæ persecutionis vi & injuriis adactus, cum nonnullis, quos auditores habuerat, Berolinum se recepit. Plura de vita ejus tum in ipsis his Ancillonianis attentus Lector observabit, tum ex Vitæ descriptione cognoscet, quam Filius, qui Historiographi Regii munere cohonestatus

est

eſt, adornavit, ex qua etiam potiora vitæ momenta delibavit *Pet. Balius* Tomo I. Dictionarii.

XIX. Sequuntur *PARRHASIANA*, quæ V. C. *Jo. Clericum* Gymnaſii, quod in Arminianorum gratiam Amſtelodami fovetur, Profeſſorem & ſub *Theod. Parrhaſii* nomine latentem Auctorem agnoſcunt. Prodierunt illa duobus tomis in 8. diſtincta Amſtelod. 1699. & 1701. quo anno prior ille tomus, quod ad ordinem nonnihil mutatus, iterum lucem vidit. Exſtant vero eriam in Belgicam pariter atque Anglicanam linguam translata. *Parrhaſianorum* titulus commodiſſimus forte viſus eſt Auctori, quo exprimeret, ſuas ſe de variis argumentis ſententias libere pronunciandi. Longe aliud vero eorum inſtitutum eſt, quam quod in recenſitis hucusque hujus generis libris utramq; fere paginam facere intelleximus. Neque enim eruditus Auctor tam acute dicta & ingenioſa effata ſectatur, aut diverſa de variis judicia ſine ordine accumulat, quam certa quædam argumenta, eaque ad Philologiæ inprimis circulos referenda, erudite fuſe, & diligenter perſequitur, quemadmodum etiam titulus *varia cogitata ſuper argumentis Criticis, Hiſtoricis, Moralibus & Politicis* ſperare jubet. Sic in priore tomo prolixam diſſertationem legas de Poëtis ac tota Poëſeos ratione, ubi ita ſentire nonnullis viſus eſt, ut & Poëtarum & Poëſeos vindicias ſuſcipiendas ſibi eſſe arbitrati fuerint.

Præterea vero in eodem tomo de eloquentia, Hiſtoria, humanitatis ſtudiis noſtra ætate minus florentibus ac denique Rerumpublicarum inclinationibus non minus fuſe diſſerit, ut non ſolum de ipſarum diſciplinarum ratione & conſtitutione pronunciet, ſed de iis etiam, qui illis excolendis aut uſurpandis vel felici vel infelici conatu operam ex veteribus æque ac recentioribus dederunt, judicium ferat; Ad hiſtoriam literariam, quæ tamen in prioribus paſſim egregie illuſtratur, propius facit narratio quæ in calce Tomi prioris de ſtudiis ſcriptiſque Clerici accurate & diligenter exponit, ita ut ratio & conſilium ſuſcepti operis ediſſerantur, & adverſarii quoque, quos habuit, commemorentur. quibus nunc fuſius nunc paucis & ſtrictim reſpondetur. Cum vero, quod dictum eſt, de argumentis æque ac eruditis Viris libere, quæ ſentit, ac clare tradat, fieri non potuit, quin reprehenſionem nonnullorum incurreret, quorum alii obiter & ὡς ἐν παρόδῳ alii data opera & ſingularibus ſcriptis Parrhaſiana iſta oppugnarunt. Sic exſtat *epiſtola gallice edita ad Amicum, qua judicium de Parrhaſianis exponitur*, cujus Auctor nomen ſuum initialibus literis M. N. ſignavit. Præterea DN. *Frain du Tremblay* in Tomo IV. *Memoriarum Trivultinarum* p. 139. ſq. iisdem ſingularem epiſtolam oppoſuit, quem inprimis ea male habent, quæ eruditiſſimus Auctor de ratione ſcribendæ hiſtoriæ dixerat,

XX.

XX. MOYERIANA ut his faciam proxima temporis ratio jubet, quæ alioquin ne umbram quidem eorum præ se ferunt, quæ vel in his vel in præcedentibus deprehendas. Neque eruditis scripta videntur, belgico scilicet sermone Roterod. 1699. 8. edita. Inscriptio petita videtur a *Pet. Mooy*, quod Typographi nomen est. Ipsa paucis paginis absolvuntur & præter dicta quædam, salem & Satyricum acumen referentia vix quicquam invenias, quod lectu dignum videatur.

XXI. Non dubito in hanc classem referre *Miscellanea Historica & Literaria* gallico sermone duobus tomis 8. edita primum Rothomagi 1700. deinde Roterodami recusa, quibus 1702 tertius accessit. Prodierunt sub ficto nomine *Vigneul Marville* sub cujus larva Abbatem *Garenium* latere monuerat Cl. *Eckardus* in *Excerptis menstruis* 1701. Majo mense p. 38. quod ipsum typographus deinde in præfat. ad Tomum III. professus est. Tertius ille tomus non videtur respondere prioribus vel doctrina vel diligentia, sed dissertatione subjuncta inprimis commendandus venit, in qua varia prioribus tomis adduntur, nonnulla etiam perperam dicta corriguntur. Ibidem p. 199. monet auctor, primi Voluminis tres exstare editiones *Rothomagenses* binas, & unam *Amstelodamensem*, inter quas posterior Rothomagensis palmam ferat. Argumenta, quæ in his modo paucis delibata, modo fusius tractata invenias, maxi-

mam partem ad Historiam Literariam & variorum scriptorum notitiam pertinent, de quibus præclara omnino monentur, quanquam interdum abjectius & iniquius de Auctoribus quibusdam judicare scriptor videatur. Sic quidam *Bruyerium*, ingeniosissimum Characterum Scriptorem To. I. p. 325. durius ab eo acceptum & tractatum non præter rationem existimant, qui felicius omnino, quam ipse sibi persuadet, eo negotio, quod susceperat, defunctus mihi videtur. Adde, quæ Vir elegantissimus *Rondellus* in *Bælii Dictionario* Tom. III. p. 2875. in notis in his Miscellaneis desiderat, *Balzacio* speciatim injuriam factam esse existimans, a qua *Vayerium* Bælius ipse Tomo III. p. 2930. vindicat de quo non pro merito judicasse ipsi visus est *Marvillius* Tomo II. p. 300. Ceterum Auctor *Conatuum Literariorum*, gallico sermone editorum Tomo I. p. 270. graviora nonnulla errata Chronologica in Tomo I. obvia castigat.

XXII. *SANT EVREMONIANA*, (quæ judice Auctore dissertationis Tomo III. Miscellaneorum Marvillii subjectæ, p. 234. *SANTE VERMONDANA* vocari debeant) nomen ferunt a *Carolo* [*Saint Evremont*, nobili Gallo qui maximam vitæ partem itineribus in varias regiones ac denique etiam Angliam susceptis impendit ac an. 1703. Lond. anno æt. 92. obiit. Prodierunt Collectanea hæc Amstelod. 1702. 8. vivo Sant Evremontio, qui tamen pro suis habe-

haberi vetuit singulari epistola quæ excusa est in *Ephemeridibus Parisiens.* 1701. p. 605. in qua alia etiam scripta nonnulla se auctorem mentiri profitetur. Confer Cl. Bernardi *Novæ Reipubl. Literar.* 1701. p. 145. Quicquid hujus sit, non exiguum tamen illis pretium statui merito oportet, cum varia de moralibus inprimis & Historicis argumentis cogitata complectantur, quæ vel cum scriptis ejus aliis ex asse conveniunt, ut inde desumta videri possint, vel saltem ita ad exemplum Evremonianæ dictionis sunt expressa ut ingenii ejus elegantiam ac judicii acumen non uno in loco ostentent. Confer *Pet. Belii* Dictionar. To. III. p. 2405. a. Memini me, in Cl. Bernardo l. c. an. 1706. p. 208. legere, Collectorem haberi quendam, cui *Cotorendy* nomen sit. Ceterum de Sant-Evremonii germanis scriptis, ingeniique ejus præstantia summa cura exposuit Vir doctissimus DN. *des Maizeaux* in Vita ejus, quæ in nova *Miscellaneorum* Evremonii edit. Amstelodamensi 1706. ad Londinensem 1705. curata legitur, in qua ipse Auctor nonnulla corrigenda censuit in *Novis Reip. Literar.* 1706. Tomo I. p. 411. sq. Confer Cl. *Clericum* Tom. XII. *Bibl. Univers.* Artic. XIV. & Tomo IX. *Bibl. Select.* Art. VIII. p. 321. Cl. *Bernardum* in *Novis Reipubl. Liter.* 1706. p. 192. *Bernardum Lamy* in Demonstratione veritatis & Sanctitatis Ethicæ Christianæ dialogo I. *Vignolum Marvil-*

lium Tomo I. Miſcellaneorum p. 270. & Tomo III. p. 225. ſq.

XXIII. Succedunt his *NAVDEANA* & *PATINIANA* Pariſ. 1701. 12. edita & Amſtelodami cum *Additionibus* prolixis ad Naudæana 1702. 12. ſublatis variis typographorum mendis & meliori ordine recuſa. Non conſtat cuinam collectio iſtorum debeatur, quam tamen merito forſan acceptam feras Præſidi *Cuſinio*, qui tam egregie per aliquot annos Ephemeridibus Pariſienſibus edendis defunctus eſt. Hunc enim multa reſecaſſe præfationis Auctor teſtatur. Inſcribuntur illa nomine *Gabr. Naudæi* & *Guidonis* ſive *Viti* (vide *Valeſiana* p. 128. & *Marvillii Miſcellanea* Tomo III. p. 74.) *Patini* Duum virorum præſtantiſſimorum, quos Gallia ſuperiori Sæculo variis doctrinæ generibus innutritos & ingenio inprimis valentes habuit. Conjuncta ſunt utriusque dicta ideo forte, quod vivi animorum æque ac ſtudiorum conjunctione ſibi eſſent familiariſſimi, uterque ſcilicet eodem tempore Medicinæ ſtudiis operantes. Pertinent ea maximam partem ad hiſtoriam literariam, cujus notitiâ, Naudaeus inprimis valebat, cui ideo Cardinalis Mazarini inſtructæ Bibliothecæ ſuæ curam demandabat. Nec deſunt hujus generis obſervata Patinianis, in quibus tamen plura liberius dicta occurrunt, quæ ex epiſtolis ejus decerpta videntur. Additiones ad Naudæana varia obſcure vel brevius dicta illu-

ſtrant

strant, alia etiam emendant, & talia sunt quæ ipsis quoque Naudæanis palmam dubiam facere visa sunt. Eruditis *Memoriarum Trivultinarum* Collectoribus Tomo III. 1702. p. 270. varia fide indigna, alia autem de Viris doctis singularia & notatu digna complecti videntur. De *Gabr. Naudæo* qui 1653. 24. Jul. obiit, vide plura in *Actis Eruditorum Lipsiens.* 1702. p. 225. sq. *Leone Allatio* in Apibus Vrbanis p. 114. *Maresio* in epistolis lib. II. ep. 32. *Morhofii* Polyhistore Lib. I. c. 16. & 17. *Patinianis* p. 39. sq. *Naudæanis* item & ad ea additionibus, ubi etiam absolutum scriptorum ab eo editorum catalogum inveneris. *Guidonis Patini* 1672. æt. 70. defuncti vita legitur in fronte *Naudæanorum*, ex qua eandem descripserunt *Act. Erud.* l. c. adde *Balium* in dictionario, *Marvillii* Miscellanea T. I. p. 28. *Menagiana* p. 271. *Valesiana* p. 138.

XXIV. *ANONYMIANA* fere commemorare neglexissem, quæ Parisiis 1700. 12. gallico sermone lucem viderunt, & in titulo *Miscellanea Poëtica, eloquentiæ & literaria* pollicentur. Recusa illa sunt Amstelod. 1701. Afferam hic Cl. Bernardi de illis judicium, quod exstat in *Novis Reip. Liter.* 1702. mense Martio p. 351. *Il est au nombre de ces Ouvrages, qui ne font ni grand bien, ni grand mal au Public, il y a de la prose, il y a des vers, & c'est tout.*

XXV. *WIGANDIANA* Theologici argumenti sunt, & non nisi tituli nomine locum

)()()(5 hic

hic postulant. Prodierunt illa cura Venerandi D. *Sam. Schelgvigii*, Professoris Theologi in Athenæo Gedanensi Gedani 1702. 4. & complectuntur D. *Ioannis Wigandi*, *Pomesaniensis quondam Episcopi*, *Anabaptismum*, *septem disputationibus in Athenæo Gedanensi ita excussum*, *ut primum Parallelismus inter Anabaptistas & hodiernos Novatores*, *postea autem dissensus inter hosce & Wigandum proponatur*.

XXVI. *TAUBMANNIANA* germanica Lingua Francofurti 1702. 12. edita ea complectuntur, quæ a *Friderico Taubmanno*, Poëseos quondam in Witteberg. Academia Professore eruditissimo 1613. 24. Martii denato, jocose & festive dicta aut ingeniose inventa feruntur. Et quamvis constet eum summum in leporibus & salibus artificem fuisse, nullum tamen dubium est, quin illis, quæ longo tempore variis hominum sermonibus propagata fuerunt, hominum nonnullorum licentia multa addiderit, quæ tanquam ab eo prolata hic venditantur. Nihil in his legas, quod ad rem literariam spectet. De doctrina & meritis Viri de quibus *Plautus* & *Virgilius* singulari cura ab eo editi testantur vide *Lotichium* Biblioth. Poëtic. p. 236. *Wittenium* in Memoriis Philosoph. *Melch. Adami* in Vitis Philosophorum. *Thom. Pope Blount* in Censura Celebrium Scriptorum p. 633. & *Adr. Bailletum* in Iudiciis de Poëtis Part. IV. n. 1386. & Part.

II.

II. n. 455. Adde Cl. *Crenium* p. 104. sq. de Furibus Librariis diss. I.

XXVII. *PITHOEANA* a *Franc. Pithoeo*, Galliæ quondam ornamento, 1621. exstincto, appellantur. Edidit ea *Ant. Teisserius* ex MSto. Parisiensi in limine Tomi III. Additionum suarum ad *Elogia Thuanea* Berolini 1704. 8. Sed pauca illa sunt, & exiguo admodum numero ea exhibent, quæ notatu admodum digna sint, ut existimem, diversa Pithoeana ab istis fuisse, quorum *Ægid. Menagius* mentionem facit Tom. I. *Anti Bailleti* p. 368. & Tomo II. p. 33. qui usum eorum nactum se ex bibliotheca *Pelleterii* profitetur. Vide de *Fr. Pithoeo Perraltum* Tomo II. Hominum Illustr. p. 121. *Teisserium* Tomo III. Additt. ad Elog. Thuanea p. 409. sq. Historiam Operum Eruditorum 1687. p. 222. Fuit huic frater *Petri* nomine non minus inclytus doctrina & scriptis, cujus dicta eadem ratione collecta vidisse se testatur *Jo. Mabillonius* Tom. I. *Musei Italici* p. 204.

XXVIII. *SANTOLIANA* edita sunt cum ejusdem vita Hagæ Comit. 1707. 8. quæ *Jo. Baptistæ Santolio*, illustri inter Gallos & Sacro quidem Poëtæ, qui An. 1697. Divione obiit, tribuuntur. In hac Collectione nihil est quod pietatem spiret, nec potius ab omni alio profectum videri possit, quam ab eo, cujus honesti & pudici mores non solum suorum, inter quos fuit, scriptis, celebrantur, sed ex ipsis quoque ejus operibus elucent

cent. Hinc etiam merito indignantur eruditi Ephemeridum Parisiensium Auctores 1707, mense Augusto p. 304. quod dicta hæc Diogene Cynico & fraudulento impostore digna atque adeo ab ingenio & moribus probi Viri aliena sub ejus nomine vulgata sint. Nihil prohibet quo minus partem querelæ eorum adducam: *C'est un recueil, inquiunt, d'impudences dignes de Diogene le Cynique, & des tours dignes de Panurge. On met tout cela sur le compte d'un Religieux, dont les Poësies sont consacrées par l'usage, que quelques Eglises en font dans les prieres publiques.* Confer de *Santolio* Tomum II. Virorum Illustrium *Perralti* p. 39. sqq. *Adr. Bailletum* Tom. IV. P. V. Iudiciorum n. 1549. Ephemerides Berolinenses gall. ed. 1697. p. 480. & Excerpta menstrua Cl. *Eckardi* 1700. p. 860. Ibi legas Epitaphium Santolio in hanc sententiam positum:

Santolii de morte novem planxere Sorores,
Et socius socium flevit Apollo suum.

XXIX. *CONRINGIANA Epistolica sive Animadversiones variæ eruditionis ex Hermanni Conringii epistolis Miscellaneis nondum editis libatæ* cura *Christoph. Henr. Ritmeieri* Prof. Helmstad. prodierunt Helmstad. 1708. 12. Nactus scilicet erat Vir laudatus a *Casp. Corbero*, Collega aliquot epistolarum tomos, quas Conringius ad præstantissimos quosque ex eruditorum numero Viros scripserat. Ex quibus cum inter legendum varia in suos usus enotasset, sapienter judicavit eorum copiam eruditis o-

mnibus

mnibus faciendam esse, dum epistolas integras, quarum spem in calce præfationis facere videtur, luci exponere liceat. Speciminis loco in calce apparent binæ Conringii epistolæ bene longæ ad D. Justum Gesenium *de Hæresi & Hæreticorum poenis*. Quod ad ipsa illa *Conringiana* attinet, varii generis observationes ut Conringius erat πολυμαθέστατος, in istis leguntur, pleræque tamen ad Viros eruditos & librorum pretium cognoscendum pertinent. Judiciis ejus tanto plus tribuendum erit, quod deliberato animo in chartas conjecta sint. Ceterum *Morhofius* lib. I. Polyhistoris p. 199. monet ab Amico quodam suo ad exemplum Thuaneorum &c. ex familiari conversatione cum Conringio Conringiana esse collecta, quæ hactenus, quod sciam, lucem non viderunt. Ad exemplum horum Conringianorum *Boineburgiana* appellari poterant excerpta illa, quæ ex epistolis Illustris Viri anecdotis Tomo III. *Actorum Literariorum* ex MSS. erutorum inseruit Cl. *Struvius.* Ipse quoque *Jamesiana* dare poteram, cum mihi in promptu sint varia, quæ ex *Thomæ Jamesii*, Viri eruditissimi, epistolis excerpsi, quarum volumen MS. in Bibliotheca Bodlejana Oxoniensi usurpare mihi licuit. His addere poteram *Gronoviana*, quæ repræsentarent Viri eruditissimi *Jo. Frid. Gronovii* Observationes in epistolas Ciceronis & Terentii Comœdias, quæ phrasium reconditarum vim & elegantiam egregie exponunt, & usum earum aliis

Scrip-

Scriptoribus probatis eodem ſenſu frequentatum fuiſſe demonſtrant. Decerpſi ea ex voluminibus MSS. quæ exſtant in eadem Bibliotheca inter MSS. Codices *Eduardi Bernardi* in quibus etiam deprehendi ejusdem Gronovii *Flores Plautinos*, in Catal. Bibl. Grævii memoratos, & *Annotationes in Florum.* Ceterum de Conringio, Helmſtadienſi quondam Profeſſore Medico vide vitam ejus præmiſſam Syntagmatibus duobus epiſtolarum Conringii a Caſp. Corbero editis Helmſtad. 1694. 4. Adde perſonati *Clarmundi* Vitas illuſtrium Virorum Parte V. n. 13.

XXX. *ARLEQUINIANA* prudens ſciensque ſupra ſuo loco in hac recenſione omiſi, quod & argumenti ratione huc minime omnium pertineant, & Collector eorum titulo hoc plerisque nimium abuſus videatur. Quamvis enim ſub iſto titulo non joci ſolum ſed & ſeria cogitata apponantur, nihilominus tamen nec illi ſale & lepore, nec hæc judicio & acrimonia ita ſe commendant, ut Lectorem tenere poſſint. Prodierunt illa Pariſ. 1694. 12. Venerandus *Benthemius* in præfat. ad ſtatum Belgii Eccleſiaſt. & Scholaſticum ea recte inter abſurda ſcripta numerat, quibus a noſtratibus *Claunarriana & Eulenſpigeliana* opponi ac reddi poſſe putat, ut appareret homines, ſtultorum perſonam inter nos ſumentes, ſapientiores eſſe iis, qui ſapientiſſimi videri volunt. In *Novis Reipubl. Liter.* 1706. T. I. p. 208. ita de hac Col-

lectio-

lectione judicatur, ut ineptissimus & futilissimus omnium librorum feratur esse, qui intra sæculi spatium lucem viderint. Ibidem *Cotorendy* consarcinasse Arlequiniana dicitur, cui Saint-Evremoniana deberi eodem indicio supra monuimus. Nec omitti forsan debet *Collectio lepide dictorum ex veteribus æque ac recentioribus* facta ab Anonymo & gallico sermone edita Paris. 1702. Vide *Memorias Trivultinas* 1702. T. IV. p. 471. ubi monetur partem istarum Facetiarum editori debere partem ex veteribus esse compilatam. Idem igitur ex parte hujus scriptoris fuit institutum, quod Gallandii olim erat, de quo supra dictum est.

XXXI. Superest, ut strictim commemorem eos, qui ejusmodi librorum edendorum spem eruditis fecerunt, aut saltem ineditos laudarunt. Sic *Menagius* in Menagianis p. 272. ubi *Hieronymi Bignonii* doctrinam & ingenium promeritis ornat laudibus testatur Abbatem *Gaudonem BIGNONIANA* possidere. Lege, si placet, plura de Bignonio in *Menagii* Amœnitatibus Juris Civilis p. 171. sq. *Hug. Grotii* ep. 121. ad Gallos. *Perralti* Tom. I. Virorum Illustrium, *Clarmundi* Partem VIII. Vitarum n. XII. & Cl. *Dupin* Biblioth. Sec. XVII. Parte II. Eadem Menagiana alibi laudant *SALONIANA* & *BOURDELOTIANA*, quorum illa sunt *Salonis*, qui sub *Hedouillii* nomine primus Ephemerides Parisienses scribere instituit, de quo vide

vide *Marvillii* Miſcellanea T. I. p. 297. hæc autem debentur *Jo. Bourdelotio*, cuius exſtant elegantes in Lucianum notæ V. *Menagiana* p. 282. *Colomeſ.* in Gall. Orient. p. 150. & *Adr. Bailletum* Tomo II. Part. II. *Iudiciorum* n. 486. BORBONIANA, GROTIANA & NAVDAEANA laudat *Vitus Patinus* ep. 155. ubi addit, iſtorum MStorum lectionem prohibere homines ab effuſiori ſtultitia. *MELANCHTHONIANA & DAVMIANA* cum *lexico elegantioris literaturæ* ex huiusmodi libris conflato editurum ſe recepit loco, quem mox dicam Summe Rever. *Valentinus Erneſtus Loeſcherus*. *Cl. Leubſcherus* in *Hiſtoria Scaligeranorum* pagina extrema meminit CONRINGIANORVM, SELDENIANORVM, CALVINIANORVM, MELANCHTHONIANORVM, ſed ubi lateant illa, non addit. Ante aliquot annos in *Memoriis Trivultinis*, anno ſcilicet 1701. T. I. ubi de vita & ſcriptis *Segraiſii* diſſeritur, p. 494. ſq. SEGRAISIANORVM ſpes facta eſt, quorum tanto major eſt exſpectatio, quo præſtantiores laudatores Viri doctrina jam pridem habuit. Vide Illuſtrem *Spanhemium* p. 29. præſtantiſſimi Operis *de Vſu & præſtantia Numismatum* edit. Amſtelod. *Colomeſium* p. 110. Opuſculorum & *Adr. Bailletum* Tomo III. Judiciorum n. 981.

XXXII. Denique & illud non omittendum eſt quod ex iſtis libris Miſcellaneis floſculi quidam decerpti, & binis Tomis collecti Amſtelod. 1704. & 1706. 12. prodierint ſub tit. *Elite des bons mots & des penſees choiſies recueil-*

lis

lis avec soin des plus celebres Auteurs & principalement des Livres en Ana : Sed si ex ista Collectione præstantiam horum librorum metiri velis, eam exiguam imo nullam esse non temere judicaveris, cum præter historias ludicras nihil nisi facetias quasdam, easque non optimas aut elegantiores exhibeant, tantum abest, ut quicquam, quod ad literas faciat, ad quas tamen promovendas primi horum Miscellaneorum editores potissimum respexerunt, avidus Lector in illis sit deprehensurus. Ejusdem & instituti & pretii est libellus qui Amstel. 1709. 8. sub tit. *Choix des bons Mots &c.* hoc, est *Delectus eleganter & lepide dictorum* lucem vidit, cujus collector ex præstantissimis quibusque scriptis iisque non solum editis sed & manu exaratis sua se hausisse profitetur. Optandum igitur erat, ut alius, elegantioribus studiis innutritus atque adeo idoneus harum deliciarum judex & existimator hanc in se operam susciperet, & quæ vel judicia de scriptoribus librisque præstantiora, vel digniora notatu monita aut in rebus ipsis inventa in istis Miscellaneis inveniret, ea uno quasi conspectu decenti ordine legentium oculis repræsentaret. Hunc equidem laborem subiturus aliquando sua sponte erat Vir Summe Reverendus *V. E. Læscherus*, ceu in *Conatibus Literariis* professus est, in *Lexico elegantioris literaturæ*, quod ex his libris concin-

naturum se recepit, sed quo minus id jam forte exspectare possimus a Viro de hoc quoque literarum genere meritissimo, graviora negotia, quæ humeris suis jam imposita sentit, prohibere videntur. Idem consilium ceperat alius, cujus meminit *Leübscherus* in Historia Scaligeranorum p. 25. *notis* : *Tum & ferias*, inquiens, *hic nobis faciet Amicus honorandus M. C. J. ubi luci publicæ exponet, quas meditatur, delicias ex omnibus ejuscemodi hactenus editis libellis maxima industria nec inutili labore colligendis.* Amicum istum suspicor esse Cl. *Christianum Junckerum*, tum temporis in Academia Lipsiensi versantem, qui harum elegantiarum studiosissimum se & gnarissimum demonstravit *Schediasmate Historico de Ephemeridibus sive Diariis eruditorum* Lips. 1692. 12. quod itidem auctius a se exspectari jussit.

XXXIII. Animus erat fusius hic explicare, quid de omni isto scriptorum genere statuendum videatur: Sed cum hæc commentatio cancellos, quibus prolegomena hæc mente circumscripseram, jam pridem reliquerit & longius fuerit evagata, breves tantum lineæ ducendæ mihi erunt. Equidem non negaverim, esse quædam in iis, quæ summo jure reprehendas; sed id simul profiteri liceat, ea talia mihi non videri, quæ efficiant, ut scripta ista lucem nunquam vidisse malimus aut postquam viderunt, lectu indigna judicemus, quam

quam nonnullorum fuiſſe ſententiam perſpexi. Sint itaque in iis facetiæ & ſales liberiores, ſint iudicia nonnunquam ſiniſtra & iniqua, ſint quædam magnis Viris ſuppoſita, ſint erronea quædam & falſa, ſint nonnulla, quæ forte in quorundam gratiam taceri præſtabat; at quotusquisque, quæſo, dabitur liber, in quo, ſi de potiori parte iudicemus, non hæc ſingula vel ſaltem pleraque caveri debeant: Id ſpeciatim, quod inprimis urgeri ſolet ab iis, qui huiusmodi ſcriptis minus favent, quod ſcilicet multa Collectoribus potius quam iis quorum nomina præ ſe ferunt, tribui debeant, id, inquam leviſſimum illorum crimen eſt. Dicta enim iſta ſub alieno nomine oſtentata vel vituperium vel laudem merentur: ſi hoc nec ad Auctorem ſuppoſitum ignominia nec ad legentes ullum incommodum redibit; ſin iſtud; iniuria ſolum fiet mortuis, nempe vel ipſi Auctori cui tribuuntur, vel aliis, de quibus auctor iudicaſſe ſupponitur. Sed quid inde detrimenti vel Reſpublica Literaria vel Lector capiat, non video. Præſtiterat equidem hæc caveri, ſed id tamen non efficiunt, ut totum negotium averſemur. Id præterea obiici ſolet, quod in huiusmodi libris argumenta perſtringantur potius obiter & obſcure innuantur, quam pro dignitate edifferantur, adeoque ad ſuperficiariam potius & imperfectam, quam ſolidam & numeris ſuis ab-

ſolutam eruditionem viam ſternant. Sed quid ſi id largiamur, quod de ſingulis tamen & ſemper dici minime poteſt, nonne vel ſic lectionem merebuntur, præcipue cum ipſorum Scriptorum, qui plerumque eruditione illuſtres fuerunt, auctoritas ſæpius multorum argumentorum vicem ad fidem aſſertioni faciendam ſupplere poſſit? Quod ſi qui vero ab accuratiori indagatione abſtrahi ſe patiantur, tralatitia hac variarum rerum cognitione contenti, illorum inconſulta temeritas his libris & legitimo eorum uſui fraudi eſſe non debet. Sed fateamur nævos, quos dixi, omnes, imo plures, in his ſcriptis deprehendi, qui emolliri dicendo non poſſint: nonne tamen forte in iisdem ejusmodi res ſe dabunt conſpiciendas, quæ omnes iſtas maculas eluere facillime poſſint? Equidem lectionem eorum omni eruditorum generi varietate rerum, dictionis leporibus, cogitatorum vel acumine vel ſolertia maxime jucundam & utilem reddi nemo temere negaverit aut in dubium vocarit. Sed cum hæc cum aliis communia habeant, ea dicam, quæ illis ſunt propria. Eruditi epiſtolarum lectioni multum vel propterea tribuunt, quod in iſtis tanquam in ſpeculo animi latebras conſpiciendas ſcriptor vel invitus præbeat, & in iisdem multa ad Amicos perſcribantur de aliorum vel moribus vel inſtitutis, & ſcriptis rebusque

busque gestis, quæ alibi frustra quæras. Utrumque istud momentum & sæpius & luculentius in hoc scriptorum genere deprehendas. Si enim ad ipsum Auctorem respicias, quis in sermone familiari adeo larvam assumere potest, ut non aliquando vel imprudens vel deliberato animo se totum Amico conspiciendum præbeat? De aliis vero tum inprimis homines ea, quæ sentiunt ipsi, profari solent, cum ea inter paucos prolata in vulgus emanatura non credunt. Ex quo efficitur, nullum forte scriptorum genus esse, quod ad historiam saltem Literariam amplificandam magis conferat, magisque, ut legatur, commendari possit. Sed vix necesse erat etiam tot verba, quamvis pauca illa quidem fuerint, de hoc negotio facere, cum tanto eruditorum applausu pleraque hujus generis scripta hactenus excepta fuerint, ut ille merito communis censeatur, nec ratio habenda videatur paucorum quorundam, qui aliter se sentire profitentur. Inter hos inprimis numerandum censeo Auctorem *des Entretiens sur les Contes des Feez & sur quelques autres Ouvrages du tems*, qui dialogo IV. non adeo benigne de illis sentire videtur. Inprimis autem huc pertinet iniquus omnino Censor, quod ad hoc momentum attinet, *Bruyerius* in *Theophrasto Moderno*, qui inter alia his utitur verbis: *le bongout est perdu, si celui des ana re-*

vient. Nous sommes, dit on, menacez d'envoir encore beaucoup. Jl. commence de nouveau a en pleuvoir, l'orage se forme, & couvre tout le Parnasse : ou dont se mettre à couvert ? Vide Cl. Bernardi *Nova Reip. Liter.* 1702. Novemb. p. 586. Sed festiva est & convenientissima responsio, quam Bernardus ibidem tanquam ab alio prolatam subjungit : *Ne craignez rien, les ana ne couvrent, que le Parnasse, & vous en étes encore bien loin.* Sententia horum verborum eo redit, quod Auctor a procella, quam hos libros Parnasso minari dixerat, timere sibi minime debeat, cum ipse a Parnasso longe sit remotus. Certe si qui de horum scriptorum editione conqueri jure possunt, illi certe possunt, sub quorum nomine prodeunt, qui si reviviscerent, justam haberent causam, cur indignarentur, si in omnium manibus viderent esse, quæ ipsi Amicis tantum intimæ admissionis committenda, ceteris vero solicite tacenda vivi putaverant. Confer hanc in rem eruditos *Actorum Lipsiensium* Collectores 1694. p. 159. & *Morhofium* lib. I. *Polyhist. Literar.* p. 199.

XVIII. Hæc dicenda vel strictim potius persequenda mihi erant; ut occuparem eos, qui his Casauboni reliquiis ipso CASAUBONIANORUM titulo male consultum, aut injuriam etiam factam dicent. Hi autem ut benignius de hoc titulo sentiant, allatis rationibus forte addu-

adducentur. De ipsis vero his *Casaubonianis* ita velim statuat benevolus Lector, ut illa ab istis nævis, qui in aliis ejusmodi scriptis obvii esse solent, prorsus immunia adeoque reprehensione libera existimet. Neque enim hic inveniet jocos aut sales liberiores, nedum obscoenos & in pudorem injurios: non inveniet judicia iniqua aut acerbiora, nisi aliquando justus dolor vel invito expresserit, quod rarius accidit: Non inveniet quicquam, quod ex ipsius Casauboni non quidem ore, sed quod plus valet, ab ipsa ejus manu non fuerit profectum, cum pleraque, quæ hic exhibentur, ipse ex autographis ejus descripserim, cetera autem, ut deinceps dicetur, summa cura ex ejus schedis ab alio fuerint in chartas conjecta. Nec de erroribus solicitus esse debebit Lector, quos certe perpaucos fore Viri & doctrina & candor persuadet, paucissimos autem esse necesse est, cum ista non in Amicorum consortiis effusa, sed intra Museum in literas aliqua cura sint relata. Si quæ obscurius vel brevius dicta sunt meæ forte notæ huic incommodo medebuntur, quas hoc consilio adjeci. Casaubonianorum itaque titulum his Miscellaneis commode præfigi posse putavi, de quibus jam curatius dicendum est. Descripta ea sunt ex variis Adversariorum tomis & schedarum fasciculis, quos propria Isaaci Casauboni manu exaratos

Filius *Mericus*, Canonicus quondam Cantuariensis & paterni nominis ac doctrinæ hæres, Bibliothecæ Bodlejanæ Oxoniensi, legaverat. In quod Musarum sacrarium cum superiori anno exeunte superiorum indulgentia essem admissus, ad Casauboni inprimis schedas, ut ad alia omnia, V. C. *Jo. Hudsoni*, qui illius Bibliothecæ curam summa industria & laude non sine egregio literarum emolumento, gerit prolixo in me favore aditus mihi patuit, cui propterea dignas & promeritas grates merito persolvo. Isti itaque Tomi, cum multa alia præclara habent, quorum passim in notis meis facta est mentio, tum ea, quæ in hac Collectione exhibenda esse censui. Quæ cum & ipsa sint varii generis, ad quatuor tamen hæc capita commode revocari poterunt, ut vel *Judicia* de variis Scriptoribus, vel *illustrationes locorum S. Scripturæ*, vel *Observationes* quasdam *Philologicas & Ecclesiasticas*, vel denique *Animadversiones in Baronium* complecti dicantur. Judicia illa maximam partem descripta a me sunt ex Codice quodam, in quem librarii, nescio cujus, manu polita, ipsius, credo, Merici cura ex Ephemeridibus Casauboni erant relata, partem vero ipse addidi ex aliis ejusdem adversariis quanquam & priora illa judicia ipsi mihi in quibusdam ejus Ephemeridibus observare ex parte licuit. Singulas autem istas inspicere datum non fuit, cum in laudata bi-

bibliotheca non exſtent, quod eo minus mirum, cum *Mericus Caſaub.* in Catalogo paternarum Lucubrationum, quem ibi vidi, conqueratur ſe nonnullorum Annorum Ephemerides deſiderare, nec, quid de iis factum ſit, noſſe. Ex iis autem paucis, quas ipſe ibi vidi, intellexi illum Viri diligentiſſimi morem fuiſſe, ut quotidie annotaret, quæ vel ex Amicis audiverit, vel egerit, vel ſcripſerit, vel conſtituerit, vel legerit, ubi ſimul de Auctore & ſcripti ratione judicium ſuum annectere conſvevit. Ex his itaque Ephemeridibus pleraque, ex Adverſariis autem nonnulla, quæ hic vides, Judicia derivantur. *Explicationes locorum S. Scripturæ* tum ex volumine majoris formæ, quod *ὕλην indigeſtam* inſcripſerat, tum ex aliis Adverſariorum tomis hinc inde conquiſitas deſcripſi, quas librorum S. Codicis ordine diſponere neceſſe non erat, cum indice ſubjuncto Lectori melius conſuli poſſet. *Obſervationes Philologicæ* illæ & *Eccleſiaſticæ* ex quibus voluminibus delibatæ ſint, ſuo loco ſemper ſolicite Lectorem docui. *Animadverſiones* in Baronium itidem ab alio ex Caſauboni autographo deſcriptas inveni, in quibus tamen exſcribendis id mihi licere putavi, ut non omnia de verbo ad verbum repeterem, ſed, ubi fieri poterat, nonnullis omiſſis, fuſius dicta arctius contraherem quamvis ſedulo ſemper operam dederim, ut ipſius Auctoris phraſes retine-

rem. Allegationum quidem fidem præſtare hic non poſſum, cum Annalium Baronianorum copia fieri mihi eo in loco non potuerit, ubi hæc in ordinem redegi, Amplior ſane, fateor, ejus modi obſervationum ſeges ex tam larga meſſe peti poterat, ſi per alia, quæ mihi perficienda & agenda ſtatueram, diutius illis MStis evolvendis immorari licuiſſet. Erunt forte alii, quibus hoc ſpecimine & ἀπανθίσματι ſaliua moveatur ſchedas iſtas omnes, optimæ frugis pleniſſimas, docta opera excutiendi. Ipſe quidem non ſolum illuſtri Viri fama, quam ſcripta ejus cedro digna mihi confirmabant, ſed eorum inprimis exemplo ad iſta volumina evoluenda excitatus ſum, qui illa in ſcriptis ſuis allegarunt. Sic *Jo. Seldenus* lib. II. c. VII. §. 2. libri egregii *de Synedriis Hebræorum* his verbis Adverſaria quædam Iſaaci Caſauboni uſurpata ſibi fatetur: *Reperi*, inquiens, *in Adverſariis Viri præſtantiſſimi Iſ. Caſaub. quæ in Baronium inſtituta necdum edita mecum communicavit digniſſimus paternarum virtutum & eruditionis hæres Mericus Caſaubonus, notam de Laicorum parili ligandi & ſolvendi poteſtate, ſive de δεσμῷ ὑπὸ λαϊκῶν δεθέντι etiam ex Jure divino in Eccleſia Orientali aſſerto.* Ex qua allegatione id quoque conſequitur, in iſto, quem hic Seldenus laudat, Adverſariorum Tomo alias fuiſſe obſervationes in Caſauboni Annales ſcriptas, quam quæ hic legun-

leguntur cum hæc tantum usque ad Tomum IX. pertingant, nec hujus obſervationis copiam faciant. Et memini ſane, in omnibus fere tomis aliqua ad confutandum Baronium notata fuiſſe, ut de hoc inprimis ſolicitus videatur fuiſſe Vir doctiſſimus. Mericus Caſaub. tum alibi tum in tract. de Enthuſiasmo lat. edito p. 89. quem locum Cl. Mölleri indicio debeo, ex Adverſariis Parentis quædam commemorat. Sic *Paulus Colomeſius* ex Ephemeridibus anni 1610. locum quendam Caſauboni de *Eccleſiæ Anglicanæ ritibus* affert in *epiſtolis ſingularibus* ep. LII. p. 568. Opp. quem & ipſe in iis legere memini. Idem p. 569. alium ſimilis argumenti ex Ephemeridibus anni 1611. affert, quas non vidi. Iſta autem & ſimilia alia Lector hic non inveniet, cum de iis inprimis colligendis laborarim, quæ cum aliquo literarum incremento conjuncta putarem. Equidem nonnulla alius generis nonnunquam interſperſi, ſed parce id quidem, & eo animo, ut inde de moribus & candore vel ingenio Viri judicari poſſet. Quo conſilio ne vota quidem ipſa ex pio & ſincero, credo, animo profecta omittere volui, quod aliquibus forſan inconſultum & leve, ſed præter rationem, ni fallor, videbitur. Quod enim modo dixi ex hujusmodi ſcriptis hauriri poſſe, id ut ex his Caſaubonianis ſpeciatim ad Lectorem rediret, efficere annisus ſum, ut ſcilicet de moribus & ingenio Caſauboni judi-

judicari vel ex istis possit. Nec dubito id fieri posse, cum nulla non pagina animi moderationem in hostes etiam virulentissimos, e. g. *Gretserum* & *Eudæmon Johannem*, quos piis etiam votis prosequitur, æquitatem in ferendis judiciis, candorem in pronuncianda de dubiis argumentis sententia, studium veritatis singulare, ut alia taceam, luculentis indiciis evincat. Adde *Colomesii* Miscellanea p. 813. Operum qui Vitam Casauboni se parare ibidem & aliis item locis profitetur. Illis speciatim vel ex his Miscellaneis satisfieri posse censeo, qui eum fluctuanti animo Protestantium cœtui adhæsisse & de amplectendis Romanæ Ecclesiæ sacris sæpe cogitasse, imo jam certum fuisse criminantur. Sic *Pet. Molinæus* in epistola 28. quæ exstat inter Colomesii epp. singulares p. 531. Opp. *Vir est sane*, inquit, *cordatus, pius & probus, sed quem metus & iracundia transversum egerunt. Abhinc triennium cœpit de religione male sentire, & inclinare in Papismum, paucis capitibus exceptis, quæ eum in religione nutantem a manifesta defectione cohibuerunt* &c. vide ibi plura in hanc sententiam, quæ quidem maxime ideo a Molinæo acerbius in religionem Casauboni dicta puto, quod iste] Presbyterianorum sacris non æque ac Episcopalium Hierarchiæ favere videbatur. Ceterum & *Perronius* (ceu constat ex Perronianis p. 54.) gloriatus fuit de eo, quod Casaubonus anno 1610. festo Pentecostes publice nuncium religioni hactenus probatæ mittere con-

stitue-

ſtituerit, quo tamen ipſo in Angliam profectus de convellendis Romanæ Eccleſiæ erroribus cum maxime cogitavit. Taceo alia ejusmodi judicia vel potius ſiniſtras de animo Caſauboni minus religioſo ſuſpiciones, de quibus vide plura in *Ancillonii Miſcellaneis* p. 84-90. Cl. *Crenii* Parte V. *Animadverſionum* cap. II. §. 1. & *Juriei* libro, quem inſcripſit *Spiritum Arnaldi* Parte II. p. 306. Sed illas quidem jam pridem a Caſaubono amoliti ſunt tum *Jac. Cappellus* tum *Mericus* filius in *Pietate adverſus Paterni nominis hoſtes* & hæc ipſa, ceu dixi, Miſcellanea vanitatis & malignitatis coarguunt, paſſim manifeſte docentia, quam acute errores Pontificios Caſaubonus viderit, quam ſerio damnarit, quam flebiliter etiam Eccleſiæ malis & depravationibus ingemuerit, ut, ſi verum ſit, eum aliquando in cauſa religionis nutaſſe, bono certe hoc animo feciſſe dicendus ſit, de veritate rectius perſpicienda ſolicitus, tantum abeſt, ut largis & amplis conditionibus in Angliam invitatus iſti Eccleſiæ lucri & commodi cauſa nomen dederit, quod *Ludov. Molinæus* in *Jugulo Cauſæ* p. 104. profiteri non veretur. Sed de his quidem fuſius, credo & diligentius dicet Cl. *Almeloveenius*, in vita Caſauboni qua novam epiſtolarum ejus editionem, propediem lucem viſuram, inſtruet. Ego quidem ad inſtitutum meum reverſurus de notis, quas addidi, earumque inſtituto dicam. Illas duplici nomine adjeci, cum ut breviter & obſcure dicta illu-

ſtra-

ſtrarem, quod interdum fieri omnino neceſſe erat, alia etiam corrigerem, tum ut Lectori fontes aperirem, ex quibus plura de eodem argumento, quod tetigerat Caſaubonus, haurire poſſet. Id igitur inprimis curavi, ut Caſauboni ſcripta allegarem, in quibus idem eum egiſſe noveram, deinde autem ut ſcriptores alios ad hoc genus pertinentes non ſine delectu adducerem. Qua in re fraudi mihi eſſe nolim, quod exterorum & ſententiis a noſtra Eccleſia diiunctorum Virorum crebriorem mentionem fecerim, idq, non ſine laude, quam doctrina eorum promeretur. Animus equidem erat, notas has contextui ſubjicere, quod convenientius certe futurum erat, ſed cum illæ inter commentandum ſub manu creviſſent, ad calcem eas rejicere coactus ſum exiguo Legentis incommodo. Nonnunquam, fateor, longius evagatus ſum, ſed ita tamen ut ea afferrem, quæ ab argumento minime aliena, nec injucunda prorſus aut indigna lectu videbantur. Atque id quidem non ſine aliorum exemplo feci. Superiori diſſertatione conſtat, *Scaligerana* duos Interpretes *Colomeſium* & *Fabrum* conciſiores, *Naudeana* vero commentatorem diffuſum nacta eſſe, quemadmodum *Colomeſiana* etiam Anonymus eruditus notis ſuis, nonnunquam bene longis illuſtravit. Epiſtolæ binæ, quæ ad calcem relatæ ſunt non exſtant in utraque epiſtolarum Caſauboni edit. Hagienſi *Gronovii* & Brunovicenſi *Grævii*, quas vel ideo hic exhibere volui, quod ad *Caſauboniana* illuſtranda facerent. Reperi illas in ſolutis quibusdam ſchedis, ut dubitem, illas in majori editione Roterodamenſi, quæ prelum jam reliquiſſe dicitur ſed hactenus mihi viſa non eſt, repertum iri. *Præfationem ad Librum de Libertate Eccleſiaſtica* ideo annexui, quod itidem obſervationem quandam Caſaubonianorum egregie illuſtret & libellus hic ſive potius libelli fragmentum in paucorum manus pervenerit: quæ etiam cauſa eſt, cur in notis meis ex eodem loca interdum prolixiora attulerim. Ita vale.





CASAVBONIANA.

Moschion librum περὶ γυναικείων παθῶν melius inscribere potuisset, cùm non de omnibus mulierum morbis dicat, sed de iis, quae ad partum pertinent. An prooemium exstet in edito, non memini. Stilus barbarus est & vix νοητός. Ait (*Moschion*) se transtulisse ex Latino. Ita incipit in MS. Ὁπηνίκα συνεχῶς ἡμῖν ἐν ταῖς γυναιξὶν ἡ μαῖα ἐγέγονεν ἀναγκαῖα &c. plane θαύματα iste loquitùr, non ῥήματα. Non Graecam non Latinam agnosco φράσιν. Praefationem sequitur tractatus, qui incipit: Τί ἐστι μαῖα; caput ultimum inscribitur: Τὰ ἕλκοντα ὅσα ῥυπτεῖ.

Inter alia legi ex occasione libellum, qui dicitur esse *Boethii de disciplina Scholarium*. Mirum scriptum! imperitissimi hominis esse eum partum jures, cum illa tam multa spectes fatua & inepta toto libro sparsa: rursus eruditionis non protritae multa apparent ibi vestigia. Christianum fuisse auctorem persvasus sum. Vid. c. 4. & 5. Hi sunt, qui fimbriam dilatant.

O probum (de *Hilario* loquitur) & Zelo veri-

A tatis

tatus fervens pectus! vigebat illius temporibus Ariana haereſis: adverſus quam & aliquot libros eruditiſſimos ſcripſit hic Pater. Auctoris ſtilus ferreus & ſubobſcurus. Nec male de hoc Patre Eraſmus.

Joſ. Acoſtae Hiſtoria Naturalis & Moralis Indiarum partim in Peru partim in Hiſpania a reduce ſcripta. Opus lectu digniſſimum vel eo nomine, quod dicitur in Hiſpania crematum. Quid illos movit? quid in illo ſcripto non conveniens Eccleſiae illorum dogmatis?

Scripſi ad M. *Velſerum* Auguſtanum & illi hodie veterem ἀνώνυμον περιηγητὴν miſi, quem e Bibliotheca Scaligeri nacti eramus beneficio Rich. Thomſonis. Opus non eſt perfectum.

Gregor. Nazianzeni Oratio in Caeſarium fratrem plane divina eſt, & non ſine fructu a piis hominibus legenda. In epiſtolis eius certat cum pietate elegantia. Inprimis placent epiſtolae ad Evagrium ſcriptae. Legimus *Hiſtoriam Friſicarum rerum* ab *Ubbone Emmio* ſcriptam: operae non poenitet. Eſt enim Vir pius, probus atque eruditus: vel vide qvae ſcribit in Embdae encomio.

Yvonis Carnotenſis epiſtolas legi a Pithoeo & Jureto editas, qui, cum unus e Clero ſit, in epiſt. Dedicator. libere tamen de Clericorum & Epiſcoporum, qua olim qua nunc perditiſſimorum, vita (bonos excipimus) conqueritur: etiam adverſus R. P. ſatis pro homine eius ordinis παῤῥησιάζεται.

H. C. Agrippa de Vanitate & Incertitud. Scientiarum: Miror Viro docto tantum abs re sua fuisse otii, ut iis scribendis vacaret. Nam aliter ipsum sensisse & scientiarum peritissimum ad scientias oppugnandas accessisse nemini potest esse dubium. Apparet studium hominis & lectio multa, quo nomine pœniteat neminem semel inspexisse, etsi in multis fallitur; neque unquam τὸ ἀκριβὲς διαφαίνεται. Ex varietate sententiarum super aliqua disciplina vanitatem illius arguit, in quo fallitur fallitque turpissime & periculosissime. Sic Deus ipse, nefas dictu! non erit Deus, si perversa hominum judicia putamus esse tanti. Quod diximus, parum accurate res ab eo tractari, multa confundi & conturbari nemo negabit, qui vel cap. LXXXI legerit de arte Heraldica. Sed vel uno nomine lectu dignissimus, quod homo Pontificius de erroribus Pontificiis multa præclare disputat, ut totis capitibus de Imaginum Cultu de Sectis Monasticis &c. Librum claudit *Asini encomium*, declamatio non penitus contemnenda.

Percurri hodie *Thomae Smithi* Angli *de recta & emendata Graecae Lingvae pronunciatione* ad Vintoniensem Episc. epistolam. Cum in Acad. Cantabrig. emendatiorem pronunciat. Gr. L. publice recipiendam curasset Checus, Smithus, Ponetus & pauci alii, facileque eam obtinuissent, ecce septimo post anno edicto Cancellarii Academiae, qui ille ipse fuit Episcopus Vinton.

vetatur haec emendatio, & graves querimoniae adverſus auctores ejus inſtituuntur. Huic edicto reſpondetSmithus ſane quam eleganter & erudite.

Literas ſcripſimus ad *Brougthonum*, quem ſanae mentis eſſe opto magis quam credo aut ſpero.

Hodie vidi, quae *Gretſerus* ſcripſit adverſus meas notas in *Gregorii Nyſſeni* epiſtolā. Demiror hominis furorem, ſed me ille non movet. Unum dolet mihi, contumeliam tam acerbam fieri Joſ. Scaligero ab homine ſceleſtiſſimo. In libro, qui dicitur *Officium B. Mariæ*, duo puto nefanda cum impietate conjuncta: primo quod Papa in praefatione diſerte vetat omnium precum illarum in lingua vernacula uſum: Deinde quod in Decalogo totum de Imaginibus praeceptum eſt ſublatum. Euge! fidelis Paſtor, hoc eſt Dei mandata ſervare.

In noſtris & adverſariorum ſcriptis hodie de purgatorio legi, & veſanum ſtuporem, vafritiem, & quid non in Bellarmino deprehendi. O Doctor mendacii, te oro, Domine Jeſu, ſerva me ab illa mendaciorum doctrina purum & mundum. Da te noſcere & in tua unius voluntate acquieſcere: Amen.

In Varaderii Ex Jeſuitæ concione audivi, quod B. Virgo imperare poſſit Filio, & dicere: Mon Fils, faites cela, ou rendez moi ce qve je vous ai donné, rendez moy ce que vous avez de moy, c'eſt moy, qui vous ay fait ce que vous étes, ſans moi vous ne ſeriez pas. Idem dicebat B. Ma-

Mariam dum in utero matris erat, doctiorem fuiſſe, ſapientiorem & viſiones plures ac nobiliores vidiſſe, quam ullos unquam ulla ætate Prophetas vel Apoſtolos. Vocabat advocatam, mediatricem, bonam & propitiam advocatricem; nam Chriſti ſeveritas & juſtitia terribilis eſt: haec tota bona. Mariæ tantundem poteſtatis in Jeſum tribuit, quantum Patri. Imo nihil poteſt tribui Deo O. M. quod hic non tribuerit Mariæ. Inprimis Cant. III. 10. ad Mariam accommodabat. Dicebat etiam ſe audiviſſe ex Miniſtro hæretico, B. Virginem non pluris faciendam, quam aliam quamcunque noſtrarum mulierculárum, quod falſum puto.

D. Molinaeus ad me venit, conqveſtus, me multa de ſcriptis ſuis ſiniſtre loqui. Non negavi diſplicere mihi, quod veteres pios Scriptores tam libere tam nulla ex cauſa damnet, repudiet, vituperet. Rogabat ſibi dari librum Apologiae pro Rege Angliae, quem edidit, in quo ego multa notaveram ipſius, ni fallor, peccata magna: dedi, & ut bonam in partem caperet, rogavi. Utinam ita ſit, & omnes mei atq; illius conatus ad Dei gloriam referantur.

Poſſevini Apparatus ſacer: Apparet, multæ diligentiæ hominē eſſe, eruditionis mediocris, judicii oppido eximii. Videtur enim id inprimis ſpectaſſe, ut molem libri augeret: adeo multa inſeruntur inutilia, & plane mox tollenda, niſi inſaniat, ut in tot libros emendationes leviſſimorum mendorum typographicorum, quae mul-

tis paginis persequitur. Ex uno auctore duos facit, ut in Nicolao de Clemangis. Sæpe eadem repetit de iisdem libris tanquam de diversis loquatur, ut in Nicol. Cabasila. Omitto iniquitatem erga omnes, a Papa quoquo modo dissentientes. Est tamen propter duas res auctor ille & hoc opus utilissimum: primum est, qvod de editis & ineditis Scriptoribus multa utiliter observat, non passim omnibus nota: Alterum est, quod multa obiter inserit, scitu necessaria.

Percurri hodie eiusdem *Bibliothecam selectam*: omnino sunt in utroque tomo, cur legantur, eruditis satis justæ causae.

Apud D. Eliensem fui, & legentem illum audivi caput libri sui VIII. Mira elegantia Vir doctissimus quisquilias naenias & ineptias imo aliquando impias blasphemias Bellarmini confutat: ut, quod negaverat ille, Catholicos B. Virginem vel *Divam* vel *Deam* vocare: nam profert Eliensis multa Lipsii loca, in quibus illam ita appellat, Lipsii, veteris Amici mei, qui hac in parte satis vituperari non potest. Tantine nominis Virum tantam ausum esse impietatem! proh facinus! ego frivolum putavi utrumque scriptum ejus, tam impium non putavi. Sit beata, sit Sancta, sit venerationi omnibus mortalibus Mater J. C. Maria: sit denique evecta in quantum maximum ἡ κτίσις capere & consequi potest honorem: certe Deam se dici ipsa non pateretur neque tot anilibus fabulis immisceri, quas narrat Eliensis.

To-

Tomum I. Commentar. *Chryſoſtomi* qui deſinit in *Jeſaiam*, abſolvi, opus vere aureum, & quod imperfectum eſſe majori ex parte ſit dolendum. Vix puto, ex omnibus ſcriptis veterum Patrum utriusque lingvae, opus ſimile exſtare illi ſcripto, ſi modo exſtaret integrum. Nam meo judicio ipſum ſe Chryſoſtomus eo libro ſuperaverat. Tanta pietas, tanta in Sac. Scriptura eruditio, quam in illo Viro animadverto & in nonnullis aliis veterum, non ſinit me iis adſentiri, qui neoterica atq; adeo unum e neotericis toti vetuſtati anteponunt.

In *Arminii* libello legendo totus hodie fui. Vir ſane ſubtilis, &, ut accepi, optimus.

Ambroſii in *Pſalmos* interpretatio omnis vel vocum eſt, & quaerit ſenſum ac veram lectionem, vel ſenſus ac Doctrinae, verbis comprehenſae. Vtrumque genus interpretationis deſiderat S. Scriptura, & utrumque adhibuerunt fere Patres. Idem ſubinde interpretationes expendit Græc. & Latin. Denique familiare ipſi eſt, digredi ad tractationem locorum Sac. Scripturae ſatis remotorum, ut in Pſal. CXIX. paſſim. Obſerva etiam, multa πρὸς φιλολογίαν poſſe diſci a magno illo Viro.

Vidi epiſtolam a *S. Rege* ſcriptam ad Ordines contra Vorſtium, Arminium, Bertium, plenam ingentis vehementiae. Arminium vocat inimicum Dei, & hunc & Bertium hæreticos perditos. Laudo Maximi Regis Zelum pro religione. Scimus tamen, Viros graves & ap-

prime doctos de Bertio non ita plane sentire, neque de Arminio.

Legi deinde per occasionem D. *Marthae* librum *de Jurisdictione*, multaque in eo observavi Principibus infesta.

Percurri & *Henrici Henriqvez* Summam Theologiae Moralis, Tom. I. Auctor est eruditus & laboriosus: complexus est eo opere Summam Doctrinae Romanae in illis materiis hodie regnantem. Est autem tota doctrina illorum librorum e Scholasticorum ac recentiorum scriptis petita. Tuetur omnia absurda aut temere introducta: ut in *de Fine hominis* sub finem confidenter asserit, in futura vita beatos esse donandos corona aurea. Piget ineptiarum!

V. Kal. Majas. Quod Deus O. M. consilium velit fortunare. Post longam deliberationem longam meditationem & præparationem hodie accinxi me scriptioni Anti-Baronianæ. Scis tu, bone Jesu, nulla me adduci levitate, nulla inanis gloriae titillatione, sed sola cupiditate veritatis defendendae in re praesertim tanti momenti: nam qvum multa sint justa reprehensione digna apud Baronium in Annalibus, nihil tamen est, in quo plus ille operae posuerit, quam ut Papae Romani tyrannidem in Ecclesiam universam & maxime in Reges & Principes confirmaret. Vident omnes, quo hæc doctrina jam pervenerit, qvos progressus fecerit, & quotidie faciat: quot tristia exempla ab illo fonte manantia prodierint. Tibi, magne

gne mundi Rector, eam tyrannidem probari nec credo, nec, ut credam adduci unquam potero. Putamus eos, qui pro sua virili huic errori se opponunt, & recte facere, & Deo, veritatis vindici gratum offerre sacrificium. Hoc fretus, & spe omni mea in Dei auxilio posita aggredior polire, quæ dudum observavi, & editioni parare. Veneror supremum Numen, adsit conatibus meis, det veritatis notitiam, liberet mentem ab erroribus, servet me, meam & meos ἀπημάντους per J. C. unicum mundi Servatorem, cui una cum P. F. & Spiritu S. sit laus, honor & gloria in æternum. Amen.

Cœpi hodie quædam describere e chartis Chronici τȣ̃ μακαρίτȣ *Liveleji.* Sciebam e scriptis, quæ videram, Virum fuisse doctissimum, sed opinionem meam superant hae chartæ Chronologicæ quas utinam Vir magnus perfecisset, & edere potuisset. Constitui ea excerpere, quæ ad annos Domini faciunt, usurus illis σὺν Θεῷ cum auctoris laude paulo post. Dabimus huic curæ plus temporis propter studium nostrum veri cognoscendi, quod da mihi πάτερ ἐπȣράνιε, & mihi, meæ ac meis benedic.

Hodie vidi missum a Rege librum *Puteani* adversus me, & risi imo dolui furorem hominis non indocti.

Rex optimus ostendit nobis librum cui titulus: *Catechesis Ecclesiarum Polonicarum*, quæ unum colunt Deum Israëlis & hominem Jesum, quo libro nullus sceleſtior, nullus detestabilior a

multis sæculis est editus. Et ausus tamen auctor ille dicare Regi M. B. ô scelus! Domine Jesu, dele ex memoria hominum has impietates. Amen.

Hodie vidi librum *Andr. Eudæmon Joannis*, futilem sane: Deus utrumque propitius respiciat. Amen, Amen.

Hodie me avertit a proposito *Rainoldi liber praelectionum*, ante mihi non lectus. O doctum Virum! Tu da similes, Pater ἐπουράνιε. Amen.

Hodie legi *Oecolampadii dialogum de Sacramento Eucharistiae* & miratus sum hominis doctrinam ac peritiam Patrum Græcorum.

Accepi hodie librum in Germania adversus D. *Thuanum* editum. Jesuita fuit, opinor, qui edidit, sed dissimulat auctor nomen suum. Auctor scelestus, qui admirari candorem Thuani debuerat, virus omne adversus Virum summum evomuit, quin eo etiam insaniæ venit, ut in Thuano gravissime reprehendat, quod lanienam Parisiensem non laudarit. Miratus sum fervorem hominis impii. Sed mihi illud hodie longe gravissimum accidit, quod ipsum Thuanum gravissimè ægrotare cognovi. Serva illum Deus immortalis! & qui tantis dotibus Virum illum ornasti, da hoc etiam illi, ut publico inservire quam diutissime possit ad tui nominis gloriam, Ecclesiæ ædificationem, & Regni Galliæ tranqvillitatem.

Miror, neminem *Trajani*, eruditi & literatis faventis vitam descripsisse. Plinius enim non histo-

hiſtoriam ſed Panegyricum ſcripſit. Exſtat tamen Columna Trajani, opus plane θαυμαςὸν & quod eo pluris facere debemus, quo pauciora exſtant hiſtorica monumenta rerum Trajani.

Ciacconii Orthographia Columnae Trajani tam extimae quam intimae, commentarius ingenioſus & bonae frugis plenus eſt, idemque utiliſſimus ad mores romanae militiae intelligendos. Omnino eſt opus illud laude multa dignum, etſi auctorem non doctiſſimum fuiſſe patet.

In libello, quem inſcripſit *Hiſtoria veriſſima à multorum calumniis vindicata* refert Trajani animam precibus D. Gregorii P. R. Tartareis cruciatibus ereptum. En nugas, vide & ride!

Caſu incidi in *Coſmographiam* ineptiſſimi hominis *Theveti*, quo nihil ſol vidit indoctius, nihil φιλοψευδέςερον.

Legi *Gildae Sapientis* libros duos de *Excidio Britanniae* atque utrumque & propter argumenti gravitatem & propter hominis eruditionem digniſſimum lectu judico.

Paulus Diaconus de Longobardorum origine & rebus geſtis. Auctor ſemidoctus eſt, in quo etſi non multa ſint, quae Lectorem alliciant, pauca tamen ſcitu perquam digna & quae temere alibi non reperias, ibi obſervantur quaedam etiam valde ἄʃοπα, & barbariem ejus ſeculi reſipientia.

De Bibliotheca *Photii* miror, quod Vir tantus omnem adeo τάξιν inſuper habuerit: nam ut

ut taceam, quod auctores non distinguit, sed confundit in unum; ut non dicam artium & scientiarum auctores misceri & Historicos diversissimorum temporum: at illud sane quam mirum, eiusdem Scriptoris scripta eiusdem sæpe argumenti locis adeo diversis commemorari, ut Arriani, Jo. Philoponi, aliorum. Qvid quod ejusdem libri eadem excerpta vix paucissimis mutatis verbis proponit bis ut p. 217. & 278. Apparet, Virum doctum, ut quemcunque librum sors ei obtulisset, solitum devorare, ac statim in codicem suorum excerptorum aliquid sibi ex eo annotasse. Solet Photius ita res excerpere, ut verborum elegantias aut proprietatem non negligat. Solet etiam, ubi rerum summam, quas auctores tractarunt, exposuit, de genere scribendi & charactere aliquid notare. Atque id maxime eum auctorem nobis commendare debet. Est enim in ea parte eximius, ut non parum profecturus videatur, qui ejus elogia compararit cum similibus judiciis Dionys. Halicarnass. & aliorum.

Idiotae Viri sancti libri tres Contemplationum. Non scio, sitne Idiota κύριον, an quod vulgo sonat ἰδιώτης. Liber inscribitur de contemplatione divini Amoris, divinus profecto liber, in quo mellitissimis & affectus plenissimis verbis declaratur, quid sit amor, quis quantusque Dei in nos ille sit & alia multa eodem spectantia: aurocontra non carus liber.

Nactus sum Codic. MS. ex Biblioth. Henr. Ste-

Stephani, qui continet *Eustathii* Ἐρωτικά. Est sane ejusmodi, quem legisse me non pœnitet, non legisse haud magni faciã. Inventiones frigidiusculae; narrationes fere ὁμοειδεῖς καὶ πιθανὸν οὐκ ἔχουσαι. Dictio negligens saepe, interdum affectata putidiuscule. Verbis quibusdam & Phrasibus ad satietatem scriptor iste utitur. Vix aliquot periodos reperias sine nomine ὅλος. In eodem codice sequitur alius liber inscriptus τοῦ παλλαδίου περὶ τῶν Βραχμάνων. Sed tractatus ille vix est quinque paginarum. At sequitur alia longa narratio eorum, quae Alexandro & Brachmanis sunt gesta, maxime autem de Dandamide & ejus cum Alexandro colloquio. Unde illa sunt desumta, declarat Palladius extrema sua narratione. Quis iste Adrianus? ego nusquam reperio. An est Arrianus? Nam iste de Alexandro scripsit. Cogitemus. Est vero observandum, totam hanc Philosophiam cum religione Christiana fere consentire: habes ibi animae immortalitatem, habes futurum judicium, & poenas malorum & id genus alia θεωρήματα: ridentur obiter Philosophi Graeci, Epicuraei, Stoici, Peripatetici. Legi Codicem MS. in quo sunt πορφυρίου περὶ προσῳδίας. Γεωργίου Γραμματικοῦ εἰς τὴν Διονυσίου τέχνην. Ανωνύμου τινὸς σχόλια εἰς τὸν αὐτὸν, ὥσγε δοκεῖ· οὐ γὰρ ἐπιγέγραπται τὸ σχεδίον. Γένος Διονυσίου τοῦ Θρακὸς, τοῦ τὴν τέχνην ἐγγραψαμένου τὴν Γραμματικήν. Περὶ τοῦ πῶς συνέστη τὸ Αλφάβητον. Προλεγόμενα τῆς τέχνης Διονυσίου. Auctor de arte Grammati-

ca acturus longe principia accersit, & de definitione quaedam profert plebeja, deinde artem definit, ac tandem ad rem accedit. Multa hic de litteris & earum affectionibus, de prosodia, de accentibus Graecarum dictionum. Sequitur deinde Θεοδοσίου περὶ ὅρου. Apparet scriptum esse Grammatici prolegomena meditantis in Dionysium Thracem. Περὶ τῶν διαλέκτων ἐκ τῶν Ἰωάννου τοῦ Γραμματικοῦ τεχνῶν. Αμμονίου περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων. Τοῦ Πλήθωνος Θετταλίας χωρογραφία. Haec omnia dicto Codice continentur, ubi multa ad artem Grammaticam non protrita. Quod ad libellum *Plethonis* attinet, cum illum legeremus libris omnibus destituti, videbamur agnoscere verba & stilum Strabonis. Conferemus igitur, ubi nos libris nostris restituerit Deus. Sane haud falsi sumus: nam inspecto codice Strabonis comperimus, librum esse ψευδεπίγραφον: omnia namque sunt Strabonis.

Palaephati praefatio perelegans est. Est vero observatu dignum, finiri opus in capite, cujus lemma: περὶ τοῦ κέρατος τῆς Αμαλθείας. Nam quae deinceps seqvuntur capita quinque, nihil cum superioribus habent commune. Non enim origo aut veritas fabularum illis aperitur, sed simpliciter narrantur. In capite περὶ τοῦ Ακταίωνος edita corrupta puto, ac ita restituenda: καὶ νῦν εἴτις πορνοβοσκεῖν δυςυχήσειεν &c. Capite de Europa ἐπολέμει τῇ τυῤῥηνία χώρα scribe τῇ Τυρίᾳ, ex re ipsa & quia sequitur ἐκ Τύρου ἥρπα-

πασεν. Capite περὶ Φινέως editum est: ἱστοροῦσι περὶ Φινέως, ὡς διεφόρουν ἀρμιπποι τὸν νῦν αὐτοῦ lege τὸν βίον. Capite de Glauco Marino ſcribe συγκλείων εἰς ταυτὸν &c. Non intelligo, quid ſibi auctor velit iſto capite, cujus inſcriptio περὶ Ἡρακλέους. Exiſtimo longioris narrationis fruſtum eſſe haec verba: λέγεται ὡς &c.

Percurrebam *Thuani Dioscoridem* ab amiciſſimo Saraceno editum. Duos poſtremos libros, qui prioribus quinque adjici ſolent, an idem auctor compoſuerit, quaerunt eruditi. Quis primus eam quaeſtionem moverit, non ſcio, Saracenus videtur hujus dubitationis auctores facere Cornarium & Guillandinum, quibus Viris quantum in hoc genere ſit tribuendum, alio loco ſatis demonſtramus. Eſto: fuerint ambo artis Medicae peritiſſimi, &, ſi vis, doctiſſimi, at Criticos peſſimos fuiſſe ſcripta arguunt. Videamus igitur, ne etiam in hac quaeſtione contrarium ejus, quod ipſis placet, verum ſit. Mihi videtur Dioscorides initio cogitaſſe tantum de 5. libris, qui τὴν ἰατρικὴν ὕλην univerſam comprehendunt. Neque dubium eſt, eos libros ſeparatim fuiſſe editos ab auctore, priusquam hi duo conſcripti eſſent. Ideo librum V. ἔσχατον τῆς ὅλης πραγματείας appellat. Sed videtur auctor edito eo opere animum ad horum duorum ſcriptionem adjeciſſe vel rogatu Amicorum, vel quod maturiore uſus judicio deſiderari hanc velut appendicē prioribus libris exiſtimarit: aut denique otium uberius

nactus

nactus perpolire & quasi colophonē imponere operi suo voluerit. Sane ejusdem auctoris esse hos duos libros, qui priores 5. conscripsit, multa mihi persuadent, librorum MSS. inprimis auctoritas & stilus, qui plane est idem utrobique. Omnes MSS. quod sciam, & Dioscoridis nomen his libris praeponunt & praefationem habent; quā tollendam de initio hujus censent docti illi. Putamus nos, Dioscoridem morem illum suum, quo usus est in omnibus librorum suorum initiis etiam hic tenuisse, & hac quasi solenni formula prioribus illis hosce posteriores conjunxisse. Sed quod duos hos libros Θηριακῶν καὶ Ἀλεξιφαρμάκων distingunt eruditi, & in duas diversas partes separant, nobis aliter videtur. Censemus enim in universum de libris Dioscoridis haec:

Initio libri quinque priores fuerunt ab eo conscripti, & editis postea adjecit unum de venenis & venenatis, eorumque remediis. Ita facti sunt 6. libri totius operis. At liber hic sextus in duas partes divisus est ab auctore more quorundam veterum, ut Diodori Siculi, Aristotelis & aliorum, qui libros aliquot suorum in duas notabiles partes diviserunt, quas vocabant τμήματα non βιβλία. Vide lib. I. Diodori. Sic primus Metaphysicorum dividitur in μεῖζον & ἔλαττον. Sunt & alia exempla: Ergo etiam Dioscorides duas has partes unum librum esse voluit, & ita appellavit in præfatione, non duos, ut vulgo hactenus censuerunt. Styli similitudinem ostendunt verba certa. Ver-

Vertere cœperam *Josephum Hebr.* in Latinum sermonem: sed deinceps destiti, videns id jam præstitum esse a Munstero. Capite XI Munsterus multa ex editione sua passim subtraxit, quæ legi in editione Veneta. Illi libri a Josepho Græco non sunt profecti.

Porphyrii περὶ ἀποχῆς liber est eruditus, & multa complectitur ex veteribus Scriptoribus, quæ non facile alibi reperias, præsertim ex Theophrasto infinita.

Fernelius de abditis rerum causis: Vir est doctissimus, illi tamen, qui stilum ejus pro norma latinitatis habent, parum mihi boni Critici videntur. In Ciceronis imitatione totus fuit, quare etiam elumbem stilum & languidum sibi finxit. Sed nec satis latine semper loquitur. In dialogis texendis quam friget!

Commentarius Scaligeri in Theophrastum de plantis: cum alibi subtilis est, tum præcipue, cum aliquem reprehendit, ut in illis θαυμαζομένοις disputationibus contra Cardanum. Sic etiam in hoc opere acerrimo judicio in *Gazæ* versionem inquirit, & multa acutissime notat, in quibus ille peccavit.

Æneas Gazæus scriptor est eruditus & elegans.

Nicomachi Gerasení Ἀριθμητικῶν libri duo elegantissimi sunt, quibus numerorum natura explicatur. Ediderat & opus aliud duobus item libris Ἀριθμητικῶν Θεολογουμένων, de quo multa eruditissimus Photius. Hujus operis, quod

est velut εἰσαγωγὴ in disciplinam de numeris, præfatio erudita est admodum.

Aristotelis de Mystica Philosophia libb. XIV. Fr. Roseus Ravennas illos in Bibliotheca Damasci repertos latine verti curavit per Mosen Rouam, mox paulo latiniores fecit Pet. Nicolaus Faventinus; postremo exstitit Lutetiæ Paris. Jo. Carpentarius, ille Pet. Rami æmulus, qui in editione horum librorum nobile atque insigne impudentiæ suæ exemplum edidit. Quoniam illi parum latina visa est versio Fauentini, ipse in alieno opere ingeniosus fuit, & incrustavit nova latinitate vas alienum deinde titulo hoc librum præscripsit; *Opus ex Arab. Lingua in Lat. conversum per Jac. Carpentarium*, qua impudentia nulla potuit esse insignior. Nam ille sceleratus non tam falsæ Rami doctrinæ oppugnator, quam cædis illius Viri boni auctor ne viderat quidem, ut audio, characterem ullum Arabicum, certe impudentissime peritus voluit videri ejus Linguæ, cujus elementa non didicerat, non viderat: nam linguarum fuit ignorantissimus. *Deinde refutat Casaubonus argumenta omnia, quæ Carpentarius dubie tamen ad probandam illorum librorum γνησιότητα attulerat. Inter alia ait*: Sane rudem esse Philosophiæ Aristotelis, & orationis illius ac viæ docendi oportet, cui potuerit persvaderi, hoc opus esse illius. Omnia diversa, sæpe contraria sic ut nihil possit magis. *Varia deinde affert loca ex illo scripto, quæ νοθείαν ejus satis probant.*

Legi

Legi cujusdam Viri docti (*Riveti*) tractatum brevem, quo probare instituit, Romanam religionem, ut hodie docetur, cloacam esse & sentinam, in quam omnes antiquæ hæreses confluerent. Expendimus breviter ejus accusationes, quæ eo majus habent pondus, quo magis negant Pontificii, in suam Ecclesiam vel leviculum nævum posse vel unquam potuisse irrepere. Ego certe scio, multa multos eorum docere, quæ sint plusquam hæretica, ut, quod nuper legebam apud *Hamiltonum* Scotum Jesuitam in Disp. Theolog. de Cultu Sanctorum per imagines, ubi ad extremum docet, imagines valere ad impetrandam remissionem peccatorum tribus hisce rationibus: 1) ex meritis Sanctorum, qui per imagines coluntur, & precibus eorundem. 2) ex meritis orantium & has imagines colentium. 3) ex opere operato ipsarum imaginum. O Satanicam doctrinam! ô errorem Diabolicum! & sunt ista quidem contra ea, quæ Concilio Trident. scribuntur. Sed quia feruntur, palam docentur, laudantur, probantur, non dubium ita vulgo credi & populos doceri. Sic etiam de Indulgentiis parce loquitur Concilium Trident. In praxi tamen quotidie contrarium doceri, exerceri, vigere res clamat ipsa. Vide Indulgentias nuper a Papa concessas Duci de Nevers, quot verba, tot monstra, tot blasphemiæ. *Deinde ex Riveto, quem nominat, & supra sub Viri docti nomine innuerat, hæreses illas fuse recenset, quarum is postulat Pontificios.*

 Mul-

Multi *Apocalypseos* Interpretes ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶσι, quibus non plus tribuo, quam Aretalogis, sua pro divinis ostentantibus. Melius Calvinus & Beza egerunt, qui neq; aggressi sunt interpretationem Apocalypseos, neq; passi sunt, ut Genevæ aliquis ex umbone illius libri interpretationem profiteretur. Multa tamen pii inprimis in disput. de Anti-Christo observarunt de eventibus prophetiarum illarum, quæ vera videantur. Inter alia legi *Ant. Fayi* theses non sane εὐεξελέγκτους. Liber editus est Genev. 1605. sub tit. *Enchiridion Theologicũ, aphoristica methodo compositũ ex Ant. Fayi Eccles. disputationibus.*

Optimus liber est, qui exstat sub tit. *Considerazioni sopra le censure della santità di Papa Paulo V. contra la Sereniss. Republica di Venetia del P. M. Paulo dá Venetia dell' Ordine de Serviti.* Pro insigni Typographi, ut assolet, est picta civitas ipsa Venetiarum, & ad latera hæc scripta: *maledicent illi, & tu benedices.* Ps. CVIII. *in Venet.* 1606. *con licenza de superiori.* Ait auctorem improbitatem P. R. doctissime arguere, modestia quidem summa usum; sed tamen σκάφην σκάφην satis διαῤῥήδην appellantem. Ad duo vero capita reducit, quorum alterum est de bonis, alterum de personis.

Libri *Bellarmini contra Barclajum* Rom. 1610. editi unum in Anglia exstat exemplar. Προλεγόμενα ejus, quibus potestatem P. R. variarum gentium testimoniis adstruit, magna diligentia confecta sunt, sed quæ novitatem istius dogmatis infelicem ostendunt. Th.

Th. Erasti de Excommunicatione liber, qui Heidelbergæ scriptus sed in Anglia in lucem editus est, sane doctus est, & quem legisse neminem pœniteat. *Deinde postquam varia ex illo libro excerpsisset, subjungit ista*: porro cum adversus Erasti sententiam *Beza* scripsisset, Erastus sex libros composuit hoc tit. *Thesium quæ de Confirmatione positæ fuerunt, confirmatio*: & thesis & hi sex libri sane eruditi & aculeati editi sunt Peselaviæ in Anglia 1589.

Gregorii Pachymeris de Vita Chrysostomi liber est eximius & propter argumentum & non nihil etiam propter scriptorem ipsum: pura est hujus oratio, neque omni artificio nudata, & cura dictionis: ἐπιστάσεις αἰτιολογικαὶ, quales in Historicis observabamus, frequentissimæ.

Inter libros MSS. Biblioth. Regiæ unus est inscriptus: Ναθαναὴλ τοῦ Μοναχοῦ τοῦ καὶ χούμνου, qui CPoli ante annos 300. vixit. In eo continetur *Oratio ad Thessalonicenses* missa, & variæ epistolæ, ex quibus apparet, Nathanaëlem illum fuisse alterum Jobum, cui tot adversa contigerunt, ut dici vix queat. Dignus auctor qui legatur vel ob summam in scriptis pietatem.

Maimonidis יד חזקה optimus liber: præfatio ejus docta.

De Nominibus Regum Assyriorum & Chaldæorum *Scaliger* edidit laterculos tres: Sæpe miratus sum, unde Vir ingeniosissimus illa nomina exsculpserit in tanta inopia librorum de illis Regibus & regnis. Sed facile jam rivo-

rum ejus fontes video. Nam cum appellationes Regum Assyriorum, Chaldæorum & Persarum, quæ apud sacros Auctores item Josephum, Eusebium, aliosque veteres exstant, collegisset, & accurata observatione propria cuique illarum gentium trium separasset, sagaci postea conjectura origines illorum vocabulorum rimatus est quam proxime fieri poterat, ad notas ipsi in earum gentium linguis voces ea referens. Nam Assyriorum & Babyloniorum lingua ex sacris literis & maxime e Targum sunt notæ: in Persicis nominibus juvit eum notitia, quam habet Linguæ Persicæ, quæ, ni fallor conjectura, parta illi maxime e Pentateuchi Persici, quem olim vidimus, lectione. Ceterum multa Scaligerum divinantem potius dixisse, quam quod certo sciret, ex eo apparet, quod originem horum vocabulorum ponit quidem sed non exponit. Itaque apparet meram esse conjecturam.

Epistolæ Philippi Melanchtonis ad Camerarium, opus lectu dignissimum: in singulis epistolis apparet doctrina Viri, pari pietati juncta. Sed proprius character scriptorum Melanchtonis est admiranda quædam charitas, & in negotio religionis moderatio. Erat is Melanchthon, qui optaret correctam εἰδωλομανείαν Ecclesiæ Romanæ, de qua sæpe conqueritur, & doctrinam de Justificatione ac similes errores. Sed non id agebat Melanchthon, ut nova omnia faceret, novam Ecclesiæ formam comminiscere-

retur, quod hodie quidam pertendunt fuisse faciendum & ultro fecerunt.

De Jurisdictione Episcopis concessa loquens ait: Quid quod omnia, quæ largiti sunt, habent ejusmodi exceptiones, ut hoc metuam, ne Episcopi existiment, offerri ῥήματα ἀντὶ ἀλφίτων. Sed quid potuimus aliud? quanquam, ut ego, quod sentio, dicam: Utinam, utinam possem non quidem dominationem confirmare, sed administrationem restituere Episcoporum. Video, qualem habituri simus Ecclesiam, dissoluta πολιτεία Ecclesiastica. Video postea intolerabiliorem futuram tyrannidem quàm antea unquam fuit. Ad hæc nihil adhuc concessimus adversariis, præter ea, quæ Lutherus censuit esse reddenda, re bene ac diligenter deliberata ante conventum.

Laur. Suslyga Polonus edidit *velitationem sive Theoremata de anno ortus ac mortis Domini* 1605. Auctor in quæstionibus temporum admodum excercitatus & eruditus græceque non imperitus fuit, sed uno se prodit Jesuitarum discipulum, quod nemini bono faveat. Observa vero mirum hujus Poloni genium, qui re ipsa a Baronio dissentiens cum illo vult videri consentire.

Jo. Feri commentar. in Acta: Ipsa præfatio præ se fert non usitatam pietatem: ipse autem est lectu dignissimus, in quo multa sunt aliena a Pontif. erroribus, unde & Satanici Censores correxerunt in suis Jndicibus.

Jo. Hofmeisteri per utramque Germaniam Vicarii Generalis *commentar.* doctiss. *in priora capita Actorum Apostolicorum* Colon. 1567. Omnino eximium opus hoc est: ipse Virum doctum & excultum melioribus literis se probat, neque vero ita delirat in suis expositionibus, ut hodierna Satanæ mancipia. Pagina 9. laudat suos in *epist. ad Timoth. & Titum* commentarios.

Testamentum S. Ephrem. Opus est judicio magno, ut statuamus, an sit ea scriptio vera. Nam multa sunt, quæ ei fidem adstruunt, præsertim illa inenarrabilis humilitas sancti hujus, quæ passim in ejus scriptis apparet. Sed multa sunt, quæ faciant me dubitare de hoc scripto. 1.) humilitatis indiciis non pauciora fere sunt immista argumenta superbæ de se ac suis meritis opinionis. 2.) si diligenter expendas, videbis, sibi illum scriptorem contradicere.

Euthymii Zigabeni comment. in Evangelia Londini reperire non potui, sed vidi Lutetiæ & Oxoniæ. Pleraque sumta sunt ex Chrysostomo. Sed tamen scriptor non est inutilis. Interpres Latinus Vir fuit doctissimus, qui passim de Vocibus Hebraicis, quæ occurrunt, multa notat erudite.

Subtilissimi *Rich. Suisseth* Anglici *Calculationes noviter emendatas atque revisas* opus diu optatum legi in Biblioth. Oxon. Liber Venet. editus curante *Victore Trincavello*, Veneto Physico: plenus διαγραφῶν Mathematicarum.

Boëthius de rebus Scotiæ scriptor elegans sed forte

forte parum accuratus. Non abſolvit hiſtoriam: alius ſubtexuit quædam de Jacobo Scoto III. nihil ultra ſcriptorum illuſtrium Magnæ Britanniæ, quam nunc Angliam & Scotiam vocant, Centur. IX. Liber eſt non magno judicio ſcriptus: ſed tamen, qui ad πολυμάθειαν ſit neceſſarius.

Alph. Toſtatus copia librorum ſcriptorum, & quidem breviſſimo tempore (nam fuit ὀλιγοχρόνιος) omnes, opinor, mortales ſuperat. Maxima pars ſcriptorum illius ſunt commentarii in libros ſacros vel Veteris vel Novi Teſtamenti. Sunt autem immenſi omnes illius commentarii: nam ad ſingulos fere verſus proponit ingens quæſtionum pelagus. Vir illa ætate, ante annos fere CL. ſummus & admirabilis, ſed quem imperitia ſæculi minorem facit, quam fuiſſet futurus, ſi in hæc tempora perveniſſet.

Percurrebam ſcripta *Serarii in Joſuam*: Video, illum magnum uſum habuiſſe Rabbinorum, & ſatis verſatum fuiſſe in Talmude & Talmudicis ſcriptis, quod arguunt multæ diſputationes in illis commentariis in Joſuam, ut de Urim & Tummim, de Cabbala, de Paſchate prolixiſſima digreſſio, & multæ id genus diſputationes. Miratus ſum in Serario, ſæpe illum afferre noſtrorum interpretationes, fere quidem, ut reprehendat: aliquando tamen ſine ulla reprehenſione. Scaligeri ſæpiuſcule. Idem lib. 11. in Joſuam p. 254. *Andream Maſium*

recensens inter libri Josuæ Interpretes, accurate illum tuetur contra Leonem Castrium & Posseuinum. Ille in *Jesaiam* hic in *Bibliotheca* accusaverant Masium tanquam novatorem & hæreticum, credo, quia furorem illorum per omnia non probabat: & sunt quædam in illius scriptis liberius dicta. Ceterum ipse Serarius Masium gravissime tractat p. 444. & 1223. Est vero locus illustrissimus apud Masium p. 273. c. 17. ubi de malis hodiernis Ecclesiæ ut sic loquitur, graviter & sancte detestatur ambitionem, superstitionem, rituum mimicorum usurpationem, ut vix aliquis nostra ætate gravius illa defleverit. Et hic præcipue locus est, qui male habuit furiosos illos Castrium & Possevinum, Serarius vero p. 1170. excusat.

Postquam legi in *Sixti Senensis* præfatione, Oecolampadium finxisse Volumen Bertrami de Cœna Domini; Carolum Stadium opus contra imagines sub nomine Caroli M. & id genus alia; non dubitavi, Sixtum hunc aut stultissimum esse morionem, qui Criticum agere instituerет, adeo πρὸς τὰ τοιαῦτα ἀφυής, aut metu prævaricari, & dare verba Romano Pontifici. At Possevino fatuo fatuus ipse persuasit, indocto doctus. Nam Sixtum alioquin fuisse Virum eruditissimum, lectio operis me docuit. Fuit & literarum Hebraicarum peritus. Pag. 97. ait, sibi lectum Talmud. Judicia illius non temere sequenda, ut paucis exemplis parebit, &c. Græcæ Linguæ fuit admodum

dum imperitus, quod patet ex p. 157. ubi notas librorum apud Isidorum, Epiphanium &c. occurrentes perperam pingit. Libri V. præfatio, si pauca excipias, docta plane & eximia est, scopus est, ostendere, in scriptis Patrum multa occurrere aut caute accipienda, & cum venia scriptorum legenda, aut plane etiam damnanda: ita tamen, ut nihil propterea decedat existimationi & gloriæ piorum Patrum. Omnino lectu dignissima præfatio.

Sixtus omnia defendit præfracte, scelesté, impie; fuisse Virum doctissimum negare non possumus; sed ille, ut ceteri omnes, non suscepit defensionem veritatis, sed defensionem omnium, quæ Romæ aguntur. Sperabam, quia doctum videbam aliquid moderationis, saltem aliquod votum, quod pietatem ejus ostenderet. Nihil ejusmodi invenio, & omnia illi proba, quæ priorum sæculorum vel imperitia vel licentia invexit. Quid multa? etiam mutilationem Sacramenti defendit. Vide lib. VI. ubi locum Chrysostomi tractat, a quo damnatur manifeste hæc mutilatio. At ille sudat stulte & impie, ut trahat Chrysostomum in partes, & Calvinum confutet vere pie docentem aliam doctrinam.

Justi Baronii, olim *Justi Calvini tract. 6. præscriptionum adversus Hæreticos perpetuarum ex SS. Orthodoxis potissimum Patribus adversus Jo. Rainoldum, Anglo Calvinianum.* Miror vero consilium hujus consarcinatoris, qui Campiani *libellum* (decem

cem scilicet rationes oblati a se certaminis Academicis Oxon. & Cantabrig.) prioribus adjecerit. Nam equidem apud solidi judicii Viros quid valiturus sit iste libellus, nescio. Ego elegantiam declamandi convenientem facile concesserim: ejus scripti pondus & βάρ☉. non agnosco. Itaque non difficile fuit *Whitackero* certamen cum vivo adhuc Campiano. Atque utinam Whitackerus ἀποτομίαν illam secutus non esset, quibus nihil pensi est in gravissimis quæstionibus de Prædestinat. de Libero Arbitrio, de institutis veteris Ecclesiæ a tota vetustate dissentire. Legi mox eum Whitackeri contra Campianum libellum, & animadverti exquisitam Viri doctrinam, peritiam singularem Latini sermonis & Græci, cujus fuit Campianus prorsus ἀμύητ☉. Notavi tamen quædam in Whitackero, quæ probare non possum. Sæpe narrârunt mihi D. Episcopus Eliensis & D. Decanus Paulinus, ipsum initio præclare de Patribus & veteri Ecclesia sensisse, omnemque illorum consentientem doctrinam probasse. Verum, ubi ducta uxore e familiarum Puritanarum principe, in eorum familiaritatem se penitus dedisset, solius repente Calvini admirator exstitit. Et audivi, Decanum Paulinum hoc mihi sæpe asserentem, cum eo tempore non raro graves contentiones in Academ. Cantabrig. inter Theologos orirentur, aliis novam, aliis veterem doctrinam defendentibus, se adiisse non semel Whitackerum,

rum, & rogasse causam, cur unius Calvini opiniones præferret consensui veteris Ecclesiæ. Illum tandem eo venisse, ut diserte diceret, paratum se esse omnes Calvini sententias defendere, atque adeo velle se posthac id facere. Alibi notamus studium illius tempore mortis in asserenda doctrina Calvini de Prædestinatione.

De *Augustini* libello *de utilitate credendi* ad Honoratum loquens & difficultatem ab hæresi pedem hodie referendi agnoscens ait: Domine Jesu, qui injecisti hanc animo meo cupiditatem, ut rebus humanis, quoad possem, relictis tibi pura mente inseruirem, *πρὸς τὴν ἀλήθειαν ὁδηγός ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς ἔσω κατὰ τὸ ἄφατον σου ἔλεος*. Deinde ait librum hunc esse per elegantem & magna pietate plenum.

Vita Philippi Melanchthonis per *Camerarium*: Melanchthon & Camerarius inter felicium Amicorum exempla numeranda sunt. In vita ista Philippi vita & simul historia temporum illorum non leviter attingitur, præsertim autem doctorum hominum *ὁμοχρόνων* vita. Non probo, quod non meminerit anni emortualis Patris Melanchthonis nec anni natalis Philippi: non placet etiam series, quam in vita ejus recensenda secutus est. Tum quædam ibi de aliis recensita in dubium voco, & vellem, ut ne dixisset quidem.

In *Camerarii epistolis* inprimis captus sum pietate, quæ ibi apparet eximia, easq; legi eo majore cum

cum voluptate, quo pauciores solent esse eorum, qui literas humaniores excolunt, quorum scripta pietatem & fidem in Christum τὸν Σωτῆρα redoleant. Memoria patrum docti epistolas, si quid judico, ediderunt, in quibus non multa deprehendas ψυχῆς φιλοχρίστου vestigia, quod in *Bembo* praesertim est observatum sed potest deprehendi in plerisque aliis istius ætatis eruditis. Cujus rei si quis specimen habere velit, legat epistolas *Victorii* Florentini ad Camerarium. Videbit singularem doctrinam Victorii, singularem probitatem, eximiam virtutem, ut de exquisita dictione taceam. Equidem in illarum epistolarum lectione svaviter sum uersatus. In hac tamen parte maximum inter illas & epistolas Camerarii discrimen agnosco. Ego licet nihil plane a *Scaligeris* profectum contemni debere existimem, librum tamen illum (Jul. Cæs. Scaligeri ad versus Erasmi Ciceronianum) nunquam probavi. In scriptis Melanchtonis Camerarius vel maxime commendat dexteritatem illius in veterum dictis verbisque usurpandis: hæc vero laus ipsi Camerario ut si cui alii scriptorum convenit: scitissime enim id fecit, quod in Melanchthone laudavit. Mirum est, quam apposite versibus Poëtarum praesertim Græcorum utatur Homeri, Theognidis & Dramaticorum,

Whitackerus contra Campianum: Magnum omnino fuit Whitackeri ingenium, magna eruditio & magna dicendi copia: Campianus cer-

certe doctrina ei par non erat, in cujus vero rationibus præter declamatiunculæ argutias nihil video eximii. Sed in Whitackero observant moderati & docti Theologi tantum studium defendendi omnia Calvini, præsertim etiam duriora dicta, aut hallucinationes in historia, ut vix sit interdum ferendus.

In *Pauli Monachi Servitæ* scriptis super controversia inter Serenifs. Venetam Rempubl. & Paulum V. R. P. singularem agnosco auctoris pietatem, doctrinam, probitatem & modestiam. Initio controversiæ hujus paulo post cum excommunicati essent Veneti, tum alia quædam scripta publicata sunt Venetiis, tum duo tractatus *Gersonis super invaliditate* (ut loquuntur) *Excommunicationum*. His Gersonis libris Senatus in officio continere populos suos volebat, qui adeo Italice versi cum epistola ejusdem argumenti prodierunt. Hinc Bellarminus, Atlas ille tyrannidis Pontificiæ & præfationem illam quam suspicor esse Pauli, & librum ipsum confutavit. Vidimus illum Bellarmini librum, & detestati sumus. At Paulus ei mox respondit, doctissimis, solidissimis & gravissimis rationibus usus, ut cum legerem mirarer, tanta cum libertate responderi in Italia Pontifici, quem pro suo Numine colant plerique Pontificiorum παπομανοῦντες. Liber ita inscribitur: *Apologia per le oppositioni fatte dell' illustrissimo & Reverend. Signor Cardin. Bellarmino alli trattati e resolutioni di Gersone sopra la validitá delle Scommuniche del Padre Maestro Paulo*

Paulo da Venetia dell' Ordine de Servi. Pro insigni Typographi est imago cum hoc versu Jo. c. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo.* Adjiciuntur deinde approbationes & Magistratus & doctorum, quorum ea cura est, ut appareat, publica auctoritate librum esse scriptum. *Deinde Casaubonus varia ex Pauli responsione affert summa cum laude & fere admiratione Viri.*

Marsilium Patavinum percurrebam, Scriptorem meo judicio inter paucos admirandum. Vixit ille circa annum 1320. Hoc tempus valde exercitum habuit Ecclesia Dei, & suæ tyrannidis multa passim crudelissima argumenta dedit P. R. Sed & summos Viros illa ætas tulit, qui incredibili eruditione & doctrina referti ingenii vires ad debellandum illud monstrum contulerunt: ita non divinum auxilium Ecclesiæ defuit, sed ipsa sibi defuit. Vixit tum *Guil. Occam*, cujus scripta pro libertate Ecclesiæ nemo satis unquam mirari poterit: Vixit tum & *Marsil. Patavinus*, qui defensorem pacis edidit, librum, siquid judico, profundæ eruditionis, & quem Principum Consiliarii memoriter tenere debuerant. Hic auctor eximius & meliori sæculo dignus ita contriverat Aristotelis Latinos Interpretes, ut non solum sentiendi sed & loquendi usum ac rationem inde hauserit. Et cum multa barbara essent in illis interpretationibus, hic Vir non secus ac flosculos Ciceronis hæc barbara usurpat.

Thom. Bozius de signis Ecclesiae. duo sunt ingentia Vo-

Volumina in folio Romæ eleganter edita, nisi quod Græca edita sint depravatissime. Docet hic homo, Ecclesiam esse quandam Monarchiam, quam vocat regnum Christi item regnum Ecclesiæ & regnum Papæ. Quicquid in utroque fœdere dicitur de regno Christi, refert ad regnum Papæ. Sed percurrenti mihi eos libros, qui aliquā sane eruditionis speciem præ se ferrent, tam multa absurda & ridicula deprehensa sunt, ut pro insano illum auctorem habeam.

Sallustii Bartasii alteram hebdomadem perlegi, quod opus est eximium, sed præ ea longe mihi excellere videtur prior ἑβδομάς. Quod fatetur ipse languente ingenio se ad id opus scribendum accessisse, possis etiam, tacente eo, animadvertere. Vincitur igitur Bartasius, sed a Bartasio; ceterum admirabilis nihilominus Poëta est, & magni haberi ab omnibus meretur.

Jac. Wimpfelingii Apologia pro Republica Christiana: liber est ante annos paulo minus 200. editus in Germania minuendæ invidiæ, qua tum premebantur Ecclesiastici ob scelera, quæ patrabant in fraudem Laicorum. Affert Laicorum proverbium c. 1. die Gelehrten die Verkehrten (*docti sunt perversi*) cujus culpam & invidiam derivat in τοὺς θεολογονομικούς, qui professione Theologi secularibus curis & rebus se immiscent.

Ludov. Vivis in Bucolica Virgilii interpretatio potissimum Allegorica lectu digna, ut omnia Vivis.

Laur. Humphredi Interpretatio linguarum ſive de ratione convertendi & explicandi auctores tam ſacros quam profanos libri tres. Multa in his libris de interpretatione librorum ſacrorum: & eſt opus non pœnitendum, niſi adeo prolixum.

Legi opuſcula aliquot *Bembi* φιλοσοφικὰ καὶ πλατωνικά. Ceterum hic ſcriptor & in imitatione Ciceronis frigere mihi videtur ſæpe & in æmulatione Platonis & Platonicorum nugas agere. Exemplo ſit dialogus, quem inſcripſit de tribus animorum vehiculis. Si quid judico, res tota omnino nugatoria eſt, & parum Chriſtiano homine digna.

Bembi Peripateticus ſive de Nominum Inventione conciliat ſententias in ſpecie contrarias ſuper hoc argumento Platonico & Peripatetico, ſcilicet, utrum nomina ſint φύσει an θέσει.

Hermolai Barbari Panegyricus dictus Friderico Auguſto & Maximiliano Cæſar. pulchra & lectu digniſſima Oratio.

Ibidem exſtabat fuſa & prolixa gratiarum actio ab ipſo Caſaubono concepta & Deo O. M. perſoluta, cum divino beneficio ex præſentiſſimo mortis periculo ereptum ſe videret. Vectus ſcilicet erat Caſaubonus cum uxore, filio natu maximo Joanne & illi ætate proximo Merico & ſorore, auditurus concionem Charentoneam. Sed cum linter adverſo flumine ferretur, & prora navigii majoris eundem obrueret, ægre tandem cum uxore & ſuis ſervatus eſt. In hoc negotio cum in variis, quæ aliis λεπτὰ vide-

videri poterant, singularia divinæ providentiæ argumenta agnoscit, tum eandem inprimis hoc nomine deprædicat, quod unum præterea filium & tres filias eodem itinere ad Sacram synaxin capiendam assumturus ab hoc consilio desistere coactus fuerit, ideo, quod liberi isti vestibus ad hoc negotium destinatis, destituti essent. Idem periculo ereptus cum postridie templum adiret sacrum, interfuit Psalmo 86. canendo, ubi tum accinuit ipse a versu 13. casu incipiens, in quo hæc leguntur verba: *& eripuisti animam meam ex inferno inferiore.* Contigit hoc 1608. 13. Kal. Aug.

Atque has quidem Observationes, quas hactenus exhibui, omnes descripsi ex Codice singulari inter MS. Causauboni reliquias obvio, qui non solum Ephemerides ejus quasdam complectebatur, sed varia excerpta alia eaque præstantiora, ad scriptores utriusque linguæ spectantia, quæ ex variis Adversariorum ejus tomis, in margine semper studiose notatis quos ipse deinde evolvi, collecta & nitide descripta erant, prospiciente, ni fallor, eademque prelo forte parante Merico filio, cujus manum passim in hoc Volumine observabam. Neque tamen ipse descripsi omnia, prout a Causaubono in Adversaria conjecta erant, sed contraxi pleraque, ea omittens, quæ non admodum inservire argumento videbantur aut in ipso libro, quem legerat Casaubonus, videri rectius poterant. Ipsas tamen Viri Doctissimi phrases sollicite retinui.

Sequuntur alia ex variis Adverſariorum Caſauboni Tomis delibata & in commemorato antea Volumine omiſſa.

EX Tom. VIII. Accepi hodie libellum Romæ editum ſub hoc titulo : *Aſcanii Torrii Theologi Romani pro libertate Eccleſiæ ad Gallo Francos Apologia* : Impugnatur liber Cl. *Servini*. Miratus ſum modeſtiam hujus Romani, ſed cum cogito, qualia ſint, quæ ſcripſerit Servinus ad venerationem Papæ, deſino mirari. Laudatur igitur Servinus 1) ab elegantia ſtili 2) ab officio pietatis. P. S. notantur levicula quædam, ut ait, peccata illius. *Deinde Caſaubonus recenſet totum librum & ſtrictim confutat.* Ibidem p. 111. ita : Ceterum, quod Bonifacii ſententiam de duobus gladiis tam libere reprehendit Servinus, jam ſupra dixi, ejus me modeſtiam & fidem magnopere deſiderare. Græcos ait Latinosque Patres locum illum Lucæ aliter interpretari. At Athanaſ. Baſilius, Hilarius &, quem falſo nominat, Auguſtinus verba illa ne attingunt quidem. Tantum dicunt, aliud voluiſſe Chriſtum, cum juſſit parari gladium, quam diſcipuli intelligebant.

Ibid. p. 122. ſq. *varia Excerpta ad commentationem de libertate Eccleſiaſtica pertinentia exſtant : Vide notas meas.*

Ibid. p. 139. ait : percurri *Georg. Caſſandri* ſcripta quædam. Is Vir memoria Patrum Doctorem

rem Theologum agens Coloniæ inter Pontificios conatus eſt mitiore quadam & molliore via languenti & corruptæ Eccleſiæ medicinam facere, ſic tamen, ut nollet exire Eccleſia, ſed ipſam potius emendare, quam deſerere. Pacem igitur conciliare inter divulſas Eccleſiæ partes, & ſciſſuram tollere omni ope atque opera videtur voluiſſe. De eo Viro quid ſentiendum ſit vere piis, eorum eſto judicium, qui religionis negotio ſunt a Deo O. M. præfecti. Contrarium quidem ei evenit ejus, quod putabat. Utrique parti voluit ὁ μακαρίτης ſatisfactum: ille vero utrique diſplicuit, unusque gravisſime damnatus eſt. Auctores illi fuiſſe ejus conatus videntur primum Ferdinandus Imp. deinde Maximilianus. Ille cum non poſſet a P. R. impetrare Eccleſiæ, quam optabat Reformationem, aliam viam excogitavit, & in eam rem opera Caſſandri tanquam hominis & docti & pacis Eccleſiæ amantis uti voluit. Sed hæc cogitantem mors oppresſit: Filius Patris exemplum ſecutus eſt, neuter profecit hilum. Vidi Caſſandri librum qui inſcribitur *de articulis religionis inter Catholicos & Proteſtantes controverſis conſideratis ad Impp.* In eo libro ſic noſtrorum ſententiam emollit, ut velit emendari quidem & tolli Eccleſiæ nævos, ſed non totam ejus faciem immutari. Sed de eo libro viderint Theologi. Vidi & alium inſcriptum de Sacra Communione: is liber viſus mihi lectione dignisſimus & a noſtrorum doctrina non longe alienus.

Decuria I. Locorum Memorabilium Hartungi: Vir Optimus & doctissimus multus est in corrigendis Græcis scriptoribus. Multa habet sane levia, sed multa etiam docte observata. Multa e Stephano Strabone & Græcis Scholiastis notat.

P. 179. Dedi *Robertello* horam unam aut alteram, non illi quidem indocto, sed inflato δοκησισοφίᾳ hinc maledicentia in multos magnos Viros, Manutium, Sigonium, Muretum, alios. Ac videtur sæpe non carere ratione in eo, quod sentit, sæpissime vero in modo dicendi. Libellum edidit hoc titulo: *de arte sive ratione corrigendi antiquorum libros, dissertatio. Ars hæc*, ait, *veteres auctores corrigendi a nullo ante tradita fuit, sed nunc primum a me excogitata, nec temere tamen, verum bene & ratione, ut res ipsa demonstrabit. Multa enim restant, quæ ad certam rationem & artem redigi possunt.*

Gloriatur se in artem redegisse historicam facultatem, satyram, elegiam, epigrammata. Ille vero nihil meo judicio præstat admirabile. Est is liber oratio habita in cœtu Studiosorum auditorum, neque adeo erat, cur buccas inflaret. Sequuntur deinde libri duo *variorum locorum in antiquis Scriptoribus tum Græcis tum Latinis* fere ex Asconio, Cicerone, Quintiliano, & magis Livio. Uterque enim fere liber contra Sigonium est scriptus.

Pauca e Græcis Demosthenis, Plutarchi, Euri-

pidis. *Το πᾶν*, neque nimis doctus scriptor
: maledicentissimus, etsi non sine causa inter-
um reprehendit Viros eruditos, ut c.39. lib.
. ubi declamat in Manutium: ex eo loco &
liis patet, eum egisse Patavinum eloquentiæ
rofessorem.

Scripsit Vir optimus (*Victorius*) grandem
:ommentar. in *Demetrium περὶ Ἑρμηνείας*. Præ-
ıtione ad lectorem probat vere adscribi De-
ıetrio Phaler. Multa in hanc sententiam Vir
ptimus, sed verborum utinam parcior.

P. 208. De *Galatino*: Mira res, sæpe capita
ıtegra reperias, ubi ne verbum quidem inve-
ias, quod titulo respondeat. Exemplo sit ca-
ut ultimum libri VII, cujus ἐπιγραφὴ est: quod
ıater Messiæ sedes Dei futura erat, super quam
ivina Majestas sedere debeat. Scopus Gala-
ini est, probare ex Rabbinorum commenta-
iis, illos habuisse notitiam veræ fidei, sed ju-
iores corrumpere doctrinam priorum. Hic
gitur quære, qua fine locum e More Nebo-
him afferat. Nam de Maria ne γρῦ quidem
lle doctor nisi insani sumus.

P. 227. Exstat in Regia Biblioth. liber MS. conti-
ıens λόγους 13. *Nicolai Cabasilæ*, & unum *Maximi*
Planudæ εἰς τὸν θεόσημον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰη-
σοῦ χριστοῦ. Cabasilæ primi septem λόγοι sunt
nstar λόγων κατηχητικῶν, quibus initiandi præ-
parantur ad sacrorum mysteriorum trium βα-
πτίσματος, μύρου, εὐχαριστίας participationem.
taque cum Catechesibus Mystagogicis Cyrilli

 Hie-

Hierosolymit. & Ambrosii libris ejus argumenti & similibus aliis convenit.

P. 232. Observatio super disputatione Theologorum Tubingensium & Græcorum. Edisunt Acta & scripta Theologorum Wurtenbergensium & Patriarchæ CPolit. D. Hieremiæ, quæ utrique ab A. 1576. usque ad 1581. de Aug. Conf. inter se miscuerant, 1584. Hunc librum legenti mihi mirari subiit, cum amica collatio esset instituta, & quidem per epistolas, & inter eos, qui mutuam amicitiam colebant, adeo nihil esse profectum, ut utraque pars in priore sua opinione manserit, & alteri parti ne γρῦ quidem concesserit, quare possit videri instituta ea disputatio: imo si inter præsentes esset acta, nullum dubium est, quin a blandis verbis ad asperiora primo esset ventum, deinde etiam ad verbera. Nam in ultimo responso suo Patriarcha Germanos vocat hæreticos, & miratur, quod Theologos se appellent, qui primorum Theologorum scripta palam repudient. Postremo diserte vetant amplius de negotio religionis ad se scribi. Rursus Germani non multo melius illi respondent, cum hæreseos crimen a se amoliuntur. Causæ hujus obstinationis sunt 1) consilium Dei; qui ἀνεξιχνιάστῳ quodam βουλῇ hæc ita accidere vult, certe permittit, ut hoc pacto & hac, ut sic dicam, æmulatione excitentur studia hominum accendantur ad religionem colendam, & bona opera ad Zelum pietatis. Pacem in Ecclesia spe-

perare non poſſumus 1) quod de principiis re-
igionis Chriſtianæ non convenimus. Sunt qui
ınum agnoſcunt verbum Dei: alii ad verbum
Dei adjiciunt traditiones ἀγράφους, auctorita-
em Eccleſiæ atque Doctorum, qui κατὰ και-
ροὺς in ea fulſerunt. Hæc præcipua cauſa eſt,
quæ conſenſum inter Græcos & Germanos im-
pediit.

Altera cauſa eſt, quod collationes, quæ de
religione inſtituuntur, carent arbitro & judi-
ce, qui litem ſecundum allegata & probata di-
rimat. De officio piorum Doctorum in tali
ſtatu Eccleſiæ putamus hoc non abſurde poſſe
dici: quoniam concordiam ſperare in Eccleſia
hodie non eſt prudentis, vix putem conſultum
hominibus privatis aut etiam dynaſtis & mi-
noris potentiæ Principibus de ea re cogitare:
ſolis enim votis locus eſt relictus, adeo omnes,
quæ diſſident, partes in ſuis opinionibus firmæ,
non ſolum propria defendunt, verum aliena
condemnant. Reſtaret, ſi mens contenden-
tium paulo eſſet ſanior, ὁ δεύτερος πλοῦς, ut
pro pace pacis quandam ſaltem ſimilitudinem
& umbram inducerent rebus deploratis & per-
ditis. Poſſet hoc fieri, ſi aſſidue ob oculos po-
nerentur illa potius, in quibus conſentitur,
quam in quibus eſt diſſenſio. Nam in eo elu-
ceſcit divina providentia & veritas religionis
Chriſtianæ, quod præcipua quæque dogmata
hodieque manent firma & inconcuſſa.

Ex Tomo I. Adverſariorum.

EO continebatur Index Polybianus, & varia Excerpta de opinionibus hæreticorum multæque Obſervationes Politicæ & militares ad Polybianum, ni fallor, commentarium aliquando elaborandum collectæ, ut optimæ frugis, ita dignæ, quæ in ordinem redigantur, & ſic lucem videant. In eodem Volumine p. 215. hæc legas: Scripta *Bellarmini* legenti hæc inter alia occurrerunt, quæ improbanda duco; In libro de Purgatorio multa levia obſervabamus, aut manifeſto frivola, ut, quod validiſſimum argumentum petit e libro Maccabæorum, qua de re alibi, Sed illud præcipue ſtomachum movit lib. 1. c. 14. quod docet, Deo pro peccatis actualibus ſatis fieri debere, eamque ſatisfactionem noſtram eſſe.

Pag. 357. Monita quædam de methodo legendi hiſtorias ſuppeditat, de quo argumento integrum tractatum molitus videtur,

1) Obſervari in ea lectione vult literalem ſenſum & ſtilum auctoris ac narrationem Hiſtoricam. 2. animo comprehendi debent loci communes rerum, quæ frequenter in praxi vitæ vel togatæ vel militaris occurrunt, ut eo referri poſſint, quæ legimus. 3. in ſingulis narrationibus memorabilia tria notanda: *cauſa*, *modus*, *exitus*. 4. ex ipſa narratione Hiſtorici axiomata quædam colligenda, quæ continent τὰ ἄρθρα τῶν φρενῶν 5. ex vi iſtorum axiomatum

um elicienda ſunt præcepta, 6. ἐπιςάσεις noandæ. 7. Inſtituendæ partitiones librorum :ommodæ.

Ex alio Adverſariorum Tomo, quem paraverat Lond. 1610.

Ἐκ τῆς συνεσίας ꙋ Πάνυ Σαραβία.

HIc non obſcuri nominis Vir in Anglia eſt, homo admodum eruditus, publicæ pacis & concordiæ in Eccleſia Dei cumprimis ſtudioſus. Audivi illum n familiari colloquio graviſſime expoſtulare le *Danæo*, a quo eſſet fœdis conviciis laceſſitus. ;ed multo acrius de Paſtoribus G,& E, Eccleſiæ, juos ipſe putat invehere in Eccleſiam Dei peri:uloſam ἀναρχίαν & magno ſcelere eam for:nam πολιτείας damnare, quam hodie Eccleſia Anglicana probat. Solet idem S. dicere, *Be:am* in Colloquio Poſſiacenſi duo magna pec:ata admiſiſſe: prius, quod interrogatus, an velles ſubſcribere Auguſt. Confeſſioni, negavit, & ſibi bellus fuiſſe homo viſus eſt, quod Pontificios hoc dicto refellerit, & eis os obturarit. Vos priores ſubſcribite Aug. Confeſſioni, & nos poſtea ſequemur. Alterum peccatum eſt, quod interrogatus de Vocatione ſua & ſuorum reſpondit, ſe & ſuos fretos eſſe Vocatione extraordinaria. Male ait S. & periculoſe. Nam ſi locus datur huic extraordinariæ Vocationi, ilicet actum eſt de Eccleſia, quam perpetuo lacerabunt novi impoſtores, qui ſe con-

contendent miſſos vocatione extraordinaria.

Idem p. 91. de *Actis Concil. Chalcedon.* ex edit. Rom. ita: pleræque epiſtolæ aut alia Acta Lat. vertuntur Græce, ſed plerumque ita κατὰ πόδα, ut dubitari queat de Hellenismo. juvabit conferre & contendere. Aliquando etiam in lectione aliqua diverſitas poteſt obſervari: ut p. 8. διὸ μὴ ἀμφιβάλῃς: at Leo ſcripſit, *unde non attigimus.* Mox *quatenus* pro ἵνα poſitum vertitur ἄχρις οὗ. Deinde varia ſequuntur ex illis Actis excerpta, nonnullæ etiam in eadem notæ & obſervationes: e. g. ad. p. 168. nota bene quam facile ſit vel peſſimam cauſam ita defendere, ut videatur vel optima. Nam habes hic libellum Monachorum quibus præerat Eutyches Archymandrita, qui de Flaviano Viro Sanctisſimo ſic queruntur, ut rei ignaris videri queat ille pius multum peccaſſe. Atqui iſti profitentur & contendunt, ſe amplecti fidem Nicenam.

Pag. 116. ait, ſe an. 1613. Majo, cum finem parti I. ſuarum in Baronium Animadverſionum impoſuiſſet, abiiſſe Oxonium, & ibi legiſſe domi, cum nefas eſſet, libros ex Bibliotheca Bodlejana exportare, librum, qui de adventu Regis ſcriptus eſt, ſub tit. *Rex Platonicus*, lectu ſane dignisſimus propter admirandam Regis Maximi doctrinam & φιλομάθειαν.

Jo. Rainoldi de Eccleſia Romana idololatria liber admiranda abſtruſæ doctrinæ copia refertisſimus

ſimus ut omnia ſcripta hujus Viri Summi.

P. 121. ſq. varia excerpit ex Cod. MS. recenti ſed eleganter in maxima & craſsiſſima papyro, quam unquam videre ſe meminit, exarato. Titulus eſt: Τȣ̃ μακαρίτου χωνιάτου Θησαυρὸς ὀρθοδοξίας. Notat ſimul eum Codicem fuiſſe Cardin. Poli & librum dici Πανοπλίαν δογματικὴν in Tomo I. Concil. Rom. edit. Gr. & Lat. in fronte Gelaſii.

P. 129. comment. Baſilii MS. in Jeſaiam laudat, & dignum putat, qui ederetur.

Tom. I. Concil. Gr. L. Rom. edit. qui inſcribitur: Τῶν ἁγίων Οἰκȣμενικῶν Συνόδων τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἅπαντα: ubi ſimul in tit. monetur: pleraq; nunc primum græce prodeunt, omnia autem ex antiq. exemplar. tum Gr. tum Lat. diligenter recognita. Hic titulus eſt, (ait Caſaub.) ceterum θησαυρὸς ἄνθρακες, certe quod ad hunc tomum attinet, in quo vix verbum unum extat, non prius editum. Novæ ſunt duntaxat præfationes, & initio operis & aliis locis inſertæ, quarum artificium ad falſum perſvadendum ſatis aliquando mirari non poſſumus, præſertim illam diſputationem, qua probare nititur, Sardicenſe Concilium eſſe appendicem Niceni. Talia multa.

Cl. Eſpencaeus in 1. *ad Timoth.* Liber ille commentar. eſt prolixiſſimus in 1. ad Tim. Multa ibi diſputantur contra abuſus multos & magna diligentia apparet in citandis veteribus ac recen-

contendent miſſos vocatione extraordinaria.

Idem p. 91. de *Actis Concil. Chalcedon.* ex edit. Rom. ita: pleræque epiſtolæ aut alia Acta Lat. vertuntur Græce, ſed plerumque ita *κατὰ πόδα*, ut dubitari queat de Helleniſmo. juvabit conferre & contendere. Aliquando etiam in lectione aliqua diverſitas poteſt obſervari: ut p. 8. *διὸ μὴ ἀμφιβάλῃς*: at Leo ſcripſit, *unde non attigimus.* Mox *quatenus* pro *ἵνα* poſitum vertitur *ἄχρις οὗ*. Deinde varia ſequuntur ex illis Actis excerpta, nonnullæ etiam in eadem notæ & obſervationes: e. g. ad. p. 168. nota bene quam facile ſit vel peſſimam cauſam ita defendere, ut videatur vel optima. Nam habes hic libellum Monachorum quibus præerat Eutyches Archymandrita, qui de Flaviano Viro Sanctiſſimo ſic queruntur, ut rei ignaris videri queat ille pius multum peccaſſe. Atqui iſti profitentur & contendunt, ſe amplecti fidem Nicenam.

Pag. 116. ait, ſe an. 1613. Majo, cum finem parti I. ſuarum in Baronium Animadverſionum impoſuiſſet, abiiſſe Oxonium, & ibi legiſſe domi, cum nefas eſſet, libros ex Bibliotheca Bodlejana exportare, librum, qui de adventu Regis ſcriptus eſt, ſub tit. *Rex Platonicus*, lectu ſane dignisſimus propter admirandam Regis Maximi doctrinam & *φιλομάθειαν*.

Jo. Rainoldi de Eccleſia Romana idololatria liber admiranda abſtruſæ doctrinæ copia refertis-

ſimus

ſimus ut omnia ſcripta hujus Viri Summi.

P. 121. ſq. varia excerpit ex Cod. MS. recenti ſed eleganter in maxima & crasſisſima papyro, quam unquam videre ſe meminit, exarato. Titulus eſt: Τȣ̃ μακαρίτου χωνιάτου Θησαυρὸς Ορθοδοξίας. Notat ſimul eum Codicem fuiſſe Cardin. Poli & librum dici Πανοπλίαν δογματικὴν in Tomo I. Concil. Rom. edit. Gr. & Lat. in fronte Gelaſii.

P. 129. comment. Baſilii MS. in Jeſaiam laudat, & dignum putat, qui ederetur.

Tom. I. Concil. Gr. L. Rom. edit. qui inſcribitur: Τῶν ἁγίων Οικȣμενικῶν Συνόδων τῆς Καθολικῆς Εκκλησίας ἅπαντα: ubi ſimul in tit. monetur: pleraq; nunc primum græce prodeunt, omnia autem ex antiq. exemplar. tum Gr. tum Lat. diligenter recognita. Hic titulus eſt, (ait Caſaub.) ceterum θησαυρὸς ἄνθρακες, certe quod ad hunc tomum attinet, in quo vix verbum unum exſtat, non prius editum. Novæ ſunt duntaxat præfationes, & initio operis & aliis locis inſertæ, quarum artificium ad falſum perſvadendum ſatis aliquando mirari non poſſumus, præſertim illam diſputationem, qua probare nititur, Sardicenſe Concilium eſſe appendicem Niceni. Talia multa.

Cl. Eſpencaeus in 1. *ad Timoth.* Liber ille commentar. eſt prolixisſimus in 1. ad Tim. Multa ibi diſputantur contra abuſus multos & magna diligentia apparet in citandis veteribus ac recen-

centioribus interpretibus. Uno verbo *ἡμιπόνηρον* dixeris non male. Erroribus enim Pontificiorum parce favet. Ibidem laudat parvum librum Espencæi inscriptum: Similium & Adagiorum e Joanne Chrysost. excerptorum Centuria.

Nicol. Villagagnonii libelli: Percurri quosdam, in quibus videtur novam de Paschate Domini afferre sententiam, præsertim in lib. *de Paschatis implemento & in propositionum refutatione.* Ex professo Calvinum & Bezam suis scriptiunculis oppugnat: nulla exquisita eruditio.

Pag. 134. vidi Evangelia quatuor cum Schol. Græc. MSS. antiqua manu exaratis, sed scholia minuto charactere ac pene jam exoleta, quæ pauca visa mihi sunt continere, quæ non sint desumta ex Chrysostomo totidem verbis. Ubi etiam scriptum est in capite penultimo Joannis: ἦν δὲ παρασκευὴ τοῦ πάσχα ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη.

Jo. Ferus: Franciscanus hic Patrum memoria se fortiter Luthero opposuit in Germania. Sed quia videtur fuisse vel intelligentior rerum Theologicarum vel problor quam multi, multa passim in suis scriptis dixit, quæ hodie pro hæreticis damnantur. Cum igitur in Hispania quidam adversus Ferum scripsisset, liber editus est primum Compluti, deinde Coloniæ sub titulo: *Apologia Jo. Feri, in qua 67. loca Comment. in Joannem quæ antea quidam calumniatus fuerat, e Sac. Scriptura Sanctorumque doctrina restituun-*

tuuntur, ubi obiter multa reperiet lector, quæ ad S. Scripturæ germanam intelligentiam illum poterunt promovere. F. Michaële Medina Bellacensi Franciscano auctore. Liber est lectu dignus: præcipue accusatus fuerat Ferus, quod fidei nimium tribuisset: hoc egregie defenditur.

Orthodoxorum Patrum Irenæi, Cyrilli, Hilarii, & Augustini - - de Eucharistia & sacrificio Ecclesiæ ad Pontificiorum & Evangelicorum cognoscendas dirimendasque controversias pro Christi gloria & conscientiarum pace per *Jodoc. Harchium* Montensem Medicum. Narrat in præfat. se ante paucos annos de Eucharistia libros edidisse studio conciliandi dissentientes Evangelicos Lutheranos Calvinian. & Zwinglianos. Sed nemini studium suum probatum esse, ab omnibus superciliose rejectum ut Medicum rerum Theologicarum imperitum. Contra eum scripsit *Beza.*

Diallacticon de veritate materia atque substantia Corporis & Sanguinis Christi in S. Eucharistia: liber est eruditissimus, quem Beza suis scriptis aliquando inseruit, postea sustulit, graviter eo nomine reprehensus a multis.

Percurrebam *Harmoniam* 4. *Evangelistarum* ab *Andr. Osiandro* edit. Gr. Lat. Adjecit & Annotationes, in quibus aliquam Linguæ Ebraicæ & Rabbin. peritiam ostendit, sed sane non magnam.

Rob. Wackfeldi Sacr. literarum Prof. eximii Regiique Sacellani *Syntagma de Hebr. Codicum incor-*

corruptione: item ejusdem Oratio Oxon. habita una cum quibusdam aliis lectu ac annotatu non indignis. Vixit hic vir Oxonii temporibus Henrici VIII. Apparet ex libro, eum valde versatum fuisse in libris Hebr. & Rabbin. & Arabic. etiam literas non plane ignorasse. Summa disputationis est, Judæos non corrupisse sacrum Codicem: fatetur tamen Rabbinos aliquot apices aut vocales alicubi corrupisse, fortasse etiam vocem aliquam: Sed hoc parcissime factum inveniri, & id ipsum nihil admodum summæ rei nocere: Nam depravationes illas in paucis exemplaribus reperiri, & ex ipsis Rabbinis aut Interpretibus posse emendari, vel e libris emendatioribus, vel e commentar. Rabbinicis, vel e Masora.

Ex Tomo Adversariorum lit. α notato ab ipso Casaub.

EDitus est a *Th. Stapletono* Anglo liber hoc titulo: *Vere admiranda sive de magnitudine Romanæ Ecclesiæ libri* 2. Homo ineptus voluit imitari Lipsii libros ejusdem fere tituli: Sed profecto multum inter hunc & illum est discrimen. Ac sunt, qui judicent, editum a Lipsio librum de Reipubl. Romanæ admirandis non respondere aliis doctissimi Viri scriptis. Ego vero de libro Stapletoni vere dicam, nihil stultius, nihil ineptius fingi posse. Saltem probaret nobis serio non autem per jocum, tria hæc *ἰσοδυναμεῖν*, *ἐκκλησία*, ἡ Καθο-

λικὴ

λικὴ Ἐκκλησία & ἡ Ῥωμαίων Ἐκκλησία. Quæ lib. 1. cap. 4. disputat, sunt ludicra. Quid autem improbius, quid magis contra Dei O. M. gloriam, quid denique magis impium, quam debitam Deo uni gloriam ad Romanam Ecclesiam trans ferre. Et non erutum cadaver illius e sepulchro, ut pro hac impietate cremaretur? Svaviludius vero est, cum ad laudationem Romanæ Ecclesiæ transfert templa Æthiopica &c. In summa, qui scripsit, qui legit & probat, impius est. Tolerabilior sit, qui dicat, templa urbium Galliæ facere ad decus Lutetiæ.

Singularis locus est apud Aristophanem in Vespis p. 338. de confusa & valde affini jam tum permutatione τῶν εἰ & ἡ, ubi ait poëta, ἦν ἐξέχῃ εἵλη κατ' ὄρθρον, ἡλιάσει πρὸς ἥλιον: ludit poëta in similitudine vocum εἵλη & ἥλιος & ἡλιάζειν. Vide ibi Scholiasten. Eustath. p. 714. ait esse παρήχησιν inter illa loca φίλα τέκνα φυλάσσειν & φυλέα φίλον item in illo ἢ κοινὸν κυνὶ καὶ βαλ. &c. Apparet sonum jam tum fuisse vicinum. Idem notat in κοίλη κύλιξ & in σκύλλη κοίλη Od. 483. μεῖνα & μῆνες παρηχεῖ Od. p. 548. τῇ ἱρῷ & ἦρχ Od. 656.

Κοινωνία ἀπὸ συμβόλων affine fuit ei, quod nos vocamus change, quod Græci vocant κοινωνεῖν ἀπὸ συμβόλων, de quo locos istos consules Plauti p. 541. in Pseudolo & p. 303. Bacchidib. item Aristotel. Politic. lib. 3. init. item c. IX. Rhetoric. ad Alexandr. c. 3. Quid sit autem σύμβολον & quæ tesseræ illius forma apparet ex

D Pol-

Polluce p. 483. ubi ipse errat. Vide etiam Demosth. p. 49. Huc puto pertinere, quod Plinius l. 33. c. 1. ait: Græcos & Latinos symbolum appellasse, qui postea dictus est annulus. Itaque apud Terentium p. 81. dati sunt annuli. Nota obscura verba Hesychii col. 101. ἀπὸ συμβόλων δικάζειν.

ξαίνειν εἰς πῦρ proverbium, quo utitur Plato 2. 780. ubi Interpretes cum Erasmo vertunt, *ignem dissecare.* Stephanus in Thesauro sollicitus de hac interpretatione vertit *incutere in ignem*, subint. πληγάς. Mihi videtur a sacrificio ductum proverbium, & vertendum, *in ignem nere vel trahere lanam.* Est enim affine proverbium fabulæ, quæ de Ocro legitur apud Propert. Utitur hoc proverbio Nic. Gregoras p. 132. & Aristænet. p. 85.

Dies hodiernus dicendum, non *hodierna*: est enim certum tempus; dies aliqua & die aliqua dicendum; est enim incertum tempus. Sic semper veteres.

Εργολάβος est, qui operas locat, sive qui aliquid faciendum locat, unde apud Xenophontem, ἀνδριάντα ἐργολαβεῖν. Dio p. 197. ἐργολαβεῖς τὰς σαφυλὰς καὶ ἐλαίας. Nota Plutarchum in Catone Majore, quæ Livius ultro tributa vocat, non uno loco ea dicere ἐργολαβίας Vid. Turneb. p. 25. Εργολάβος is est quem gallice diceres homme de metier. Ex Artemidoro p. 17. discas ἐργολάβον & χειροτέχνην unum idemque esse, itemque ἐργολαβεῖν & ἐργοδοτεῖν esse relata.

In

In eodem tomo tractatur controversia : *an priscis novus Orbis fuerit incognitus ?* Habuisse eos notitiam ejus ratiocinando paratam affirmat Casaub. 1) ex Philosophorum auctoritate, qui sæpius de Antipodibus disputarunt, Plutarchus de Antipodibus p. 1597. dubitat ὥσπερ ἔνιοι λέγουσι. 2) ex conatu veterum penetrandi ad Antipodes sive Novum Orbem. Disceptationem apud Alexandrum M. habitam post subactam Indiam refert Seneca lib. Suasoriarum. De Carthaginensibus certum est, eos tentasse explorationem novi Orbis per Hammonem, cujus περίπλους hodie exstat. Vid. Diodor. Siculum p. 208. 3) ex Oraculo Senecæ de inveniendo novo Orbe, in Medea. Historicam novi Orbis cognitionem veteres habuisse & in illum iter instituisse negat, & respondet ad argumenta pro hac sententia afferri solita, sc. 1) auri copiam, qua affluxisse veteres dicuntur. 2) quod Peru diserte nominetur in Sacris literis 2. Paral. 3. 6. Ad prius respondet, hinc sequi, veteres ibi non fuisse, quia regio adhuc auro abundat. Ad posterius: Peru illud esse Ophir. Idem tamen largitur, cognitionem veterum de Novo Orbe obscura quadam historia fuisse fultam.

Ex Tomo β Adversarior.

PAg. 83. locus Herodiani p. 550. emend. ubi ita: Ἑκαστος δὲ ἐπεφέρετο οἴκοθεν ἢ ξιφίδιον ἢ πέλεκυν, δοράτιά τε ἐκ κυνηγητίων, βαρέας τε &c. lege βύρσας & sequen-

 tia

tia omnia verba refer ad parmas, quas isti miseri sibi parant sine arte.

Idem p. 565. Πανταχόθεν τὰς τῆς Ἰταλίας ὁδοὺς παραφράξαντες ἦσαν οἱ Ῥωμαῖοι, τειχίων τε ἐγέρσεσι καὶ πυλίδων ἀσκήσεσι. Casaub. putat hic ἀσκεῖν sumi debere pro formare, & fabricare.

Idem p. 93. sq. varia Θαυματοποιῶν genera hoc ordine recenset:

Τοιχοβάτας fuisse inter θαυματοποιοὺς declarat locus Pollionis (si bene memini) in vitis Imperatorum: declarant & loci aliquot Graecorum, ubi verbum ἀναῤῥίχεσθαι esse positum alibi notamus. Isti, ut in parietes corriperent, soliti adhibere ἐγκεντρίδας, de quibus locus Aristaeneti ep. 20. lib. I. quem Mercerus non expressit. Vid. etiam Suid. in voce Εὐρύβατος.

Ex Oratione Chrysost. de Babyla Martyre p. 33. apparet, fuisse, qui ἥλους ὀξεῖς & calceos manderent.

Ponderis ingentis elatio patet exemplo in Hippocrat. p. 143. illius scilicet, qui ἐκ συνθήκης ὄνον ἦρε. & in Svida in *Theogenes Thasius.* Adde Hieron. in Zachar. p. 276. Martial. V. 12. Plin. VII, 20.

Σχοινοβατία est haec vox apud Hippocrat. Tom. II. p. 408. ubi ad morbi curationem praecipitur: sed apparet, aliter esse legendum, in quo exercent se docti. Quid si intelligas ambulationem per altos juncos, erit similis ei, quae per pulverem fieri solita & praescribi a Medicis; aut

aut probemus ſane *κονιβατῆσι*, ut intelligamus, quos vocat ipſe p. 414. *περιπάτους ἐκκεκονιωμένους*.

Τροχοπαικτῶν apud Artemidorum non eſt trocho ludere, ſed huc pertinet.

Pervolare turres & tecta vicinia: Tertull. locus eſt p. 66. qui huc videtur referendus. An huc referemus conatum Sim. Magi, de quo fuſe ἐν *διαταγαῖς*.

Φοινικοβατεῖν Lucianus περὶ Συρίας Θεᾶς. Φοίνικα ἱςᾶν diff. Arrian. lib. 3. c. 12.

Ignis *αὐτόματος*: habes apud Athen. p. 19. ubi multa. Atq; huc pertinent, quæ de miraculoſis ignibus narrat Scaliger in Cardano p. 71.

Vinum vel lac aut ſanguinem ex ore ejectare. V. Athenæum p. 20.

Super ova & ariſtas in theatris incedere. V. Tacit. p. 535. de Germanis. Locus Hieronymi eximius Tom. II. p. 162. alludit iterum idem p. 216.

Volare per aërem: Lucian. II. p. 360. & Feſtus in *Petauriſta* & de Simone Mago ἐν *διαταγαῖς* p. 91.

Vulnera præſtigiatorum vera ſed arte facta: Vide Cardanum p. 282. atque ex eo opere de ſubtilit. multa peti poſſunt, item ex libro gallico, qui inſcribitur de la Magie Naturelle. Multa item ex Scaligero de ſubtilit. p. 515.

Ἀνδριάντας æneos per frigus complecti ſolitus Diogenes: Plutarch. 414.

Λιθίδια καὶ σιδήρια καταβροχθίζειν: hæc & alia *Gregor. Palama* p. 41.

Enses vorare : V. Plutarch. in Apophthegmat. Laconic. p. 382. & 336. & in Lycurg. p. 94.

Ἀνδριάντας ποιεῖν περιπατεῖν : hæc & multa alia Clemens de Simone Mago p. 20. libri a Turnebo editi.

Σχοινοβάτης funerepens : Apulej. p. 220. Chrys. homil. καθάπερ ἐν τοῖς θεάτροις, οἱ τὴν σχοῖνον τὴν κάτωθεν ἄνω τεταμένην ἀναβαίνειν καὶ καταβαίνειν μελετῶντες, ἂν μικρὸν περιβλέψωνται παρατραπέντες κατενεχθήσονται εἰς τὴν ὀρχήστραν καὶ ἀπολοῦνται. Adde Tertull. p. 1202.

Vesci veteramentis calceorum, caput clavis perforare, species θαυματοποιίας, de qua Chrysost. p. 508. 509. κεφαλὴ καθηλωμένη: ibi multa de ea re.

In notis Scaligeri ad Manilium nuper editis mira quædam narrantur.

Πολυφαγία. Huc refero, quod Sveton. in Nerone c. 37. ubi tamen agitur de non φύσει πολυφάγω sed consuetudine.

Equus mirabilis : Vidimus hodie Scotum hominem, qui equum ejusdem, opinor, gentis ostendebat mille doctum præstigias. Nam saltare, recte incedere & id genus, ne λόγου quidem ἄξια præ ceteris poterat. Vide Chalcondyl. de bove p. 533.

Κόντον ἐπὶ προσώπου λαβεῖν. Chrysost. p. 1867.

Σφαιρίζειν ἐν ξίφεσι : idem l. c.

Urinatores : Chrys. p. 1867.

Funambulorum periculum : Chrys. præclare p. 1470. sed omnino optime Cassianus Collat. 23.

23. c. 9. ubi graphice depingitur tota res. Adde Icari casum apud Sveton. Neron. c. 12.

Parmæ jactatio mirabilis: Martial. p. 222.

Κυβίστησις latine cernuatio: lege Philostr. de Apollon. p. 9. Adde Scaligerum in Manil. p. 444.

Caput induratum ad omnem patientiam: Synes. p. 53.

De Grallatoribus vid. Nonnum Festum & alios.

Παιδιὰ Clem. VIII. 2. διαταγῶν οὐδ' οἱ δαίμονες ἐλαύνοντες.

Per catadromum descendere: p. 484. & Svet. Neron.

Vivi comburii imago: refero huc Tertull. p. 225. Jam & ad ignes quidam se auctoraverunt, ut certum spatium in tunica ardente conficerent. Interpretes ineptissimi referunt ad Herculem.

Αὐλὴ θαυματοποιῶν: expende locum Aristidis. p. 70.

Industriæ mirabilis exempla habes apud Mart. a Baumgarten Itinerar. lib. I. c. 10.

Bruta δαιμονῶντα non puto dubitandum, quin & his sint usi veteres ad suas θαυματοποιΐας. Metaph. ait Hilarionem inter cetera miracula & brutis multis opem tulisse, ὥστε γε, inquit, κάμηλον ὑπερμεγέθη, καὶ ἱκανὸν ἀπὸ τοῦ ὄγκου τοῦ σώματος εἰς θαῦμα τοὺς ὁρῶντας κινεῖν. &c.

Multas θαυματοποιΐας recenset Chrys. Orat. XX. ad. populum Antioch. p. 316. sq. Vide etiam Busbequ. epp. p. 249. 277. Garciam. p. 168.

Addiderat his Casaub. prolixam descriptionem equi cujusdam θαυματοποιȣ̃ sub tit. Memoire de ce que j' ai veu faire a un cheval a Paris rue de la barre du bec ce Janu. an. 1601. In fine legas hæc: Herus equi, Vir honestissimus, natione Anglus, totum artificium nobis aperuit, quod positum est in nutibus, quos dat ipse equo suo, partim gestu corporis, partim manuum gesticulatione, interdum etiam voce aut anhelitu ita submisso, ut ego, qui adstabam & observabam vix perciperem. Equus percipiebat, cujus erat stupenda attentio in observandis nutibus heri, a quo nunquam oculos amovebat.

Exhibebo hic quæ Casaubonus variis Adversariorum locis, ut Tomo *α* p. 122. & 138. & Tomo *β* & alibi σποράδην nullo servato ordine de vocibus, quibus animalium quorumcunque soni exprimuntur, congesserat: quorum ut expeditior sit usus, ea secundum animalium nomina, literarum ordine disposita, digerenda censui.

Accipitres pipant.

Anserum gingritus. Arnob. p. 201. Anseres qualitant, & gingrire dicuntur Festo.

Apes: μέγα ἰύζειν Q. Smyrnæus p. 15. Apum bombitio Festus. 25. Aristot. βομβεῖν apes, ᾄδειν cicadas ait: Apis bombit. Βόμβον apum stridorem vocat Virgil. VII. 65.

Aquila: κλαγγὴ αἐτῶν, βρυχηθμοὶ &c. Max. Tyr. p. 88. clangores aquilæ Sveton. 787. Aquilæ clangunt. *Asi-*

Asinus: ὄνος ἐν ὑάλων ὀγκώμενος. Lucian. p. 389. ὄνων βοὴ Herod. 167. βρωμᾶσθαι rudor asini. Apulejus p. 239. oncat asellus. De asino vide Apulej. p. 50. & 109. βρωμᾶσθαι Eustath. p. 885.

Bos: βοᾶν de boum voce poni videtur. Dio Chrysost. p. 276. b. βρυχμὴ taurorum. Q. Smyrnæus. p. 87.

Bubo: Lucanus: quid trepidus bubo, quid strix nocturna queritur, de bubone Seneca. 341.

De voce *canum* ἰυγὴ Schol. Nicand. 21. ipse Nicander tribuit serpenti p. 27. ὠρυθμὸς tribuit cani Oppian. p. 198. ῥύζειν Suidas. κυνῶν ἐρυγμὸς: L. Smyrnæus p. 263. ad p. 288. distinguit ὑλακὴν ab ὠρυγμῷ. ὠρυγὴ canum *Pausan.* σκυζᾶν de cane Scalig. Varro p. 46. Canis ὠρυόμενος καὶ γρύζων. Chrys. in Matth. Queritur catella Martialis p. 46. Canes ὠρυόμενοι οἷα λύκοι. Appianus inter ostenta p. 300. Baubare Lucret. κνυζᾶσθαι vox Canum proprie. Scholiast. Theocriti Idyl. II. & Schol. Aristoph. p. 346. κνύζειν Oppian. p. 147. Cyneget. γρύζειν de cane Judithæ. Ululare Servius canibus tribuit. Ad Polluc. lib. VII. c. 13. βαΰζειν Sophocl. de canibus, unde nos abayer. Canes latrant & garriunt: Festus gannitio; sed rabiosæ hirriunt, idem p. 73. De canibus baubantibus locus Plauti tractatus a Dousa p. 185. καὶ βλύζειν (scribe βαΰζειν apud Athenæum p. 50. σκυζᾶν ἢ) canire glossarium ἀράζειν ἀραρίζειν scriptum est apud Ammonium voce φωνεῖν, quem locum

confer cum hoc capite: *bittus*, φωνὴ κυνὸς glossar. lege hirritus ab hirrio. Vide Diomedem Grammaticum. De canibus Scalig. Varronis p. 127. Ululatus mœsti canis. Plin. VIII. 40. Canis locutio, serpentis latratus. Plin. VIII. 41. Nictit canis: Festus 122.

Cervus ὀμβρηρέα κρώζει Nicand. p. 28. Apud Hebræos proprium cervorum ערג Ps. XLII. 2. ubi Junius *glocitat* vertit. Mugitum cervis tribuit Seneca Hippolyti. p. 115.

Charadrius avis garrula Novat. ad Tertull. p. 1274.

Corvus πολλάκις ἀλλάττει τὴν φωνήν. Artemidorus p. 63. *Ouantes* gutture corvos. Auson. p. 19. Corvi vox strangulata Virgil. 45. de corvo locus Fulgent. p. 131. de vocibus corvorum & cornicum Servius p. 83. Corvum & cornicem aves πολυγλώσσους facit Artemidorus p. 129. b. κρωγμός proprie κορώνης Eustath. 179. Odyss.

Corvi crocant. Fest. crocatio. Iidem *gluciunt*. Plin. X. 12. κλαγγὴ corvorum in Cicer. λαρυγγίζειν Græci corvos dicunt. Plutarch. de tuenda valetud. p. 223.

Cornici clangorem & stridorem nescio quam recte Prudentius p. 171. tribuit. Cornix παχέα κρώζει Aratus v. 953.

Culices personant. Tertull. p. 573.

Cygnis κρώζειν tribuit Lucianus p. 398. de κρώζειν & κλώζειν Clementis locus p. 29.

Cicada: ὁ τέττιξ ὁ μουσικός. Theophyl. ep. 1. ᾄδειν Aristot. Cicadæ fritinniunt.

Ci-

Ciconia: ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. Ovid. Metam. p. 158.

Columbæ : plauſitant. Columbarum *plauſus* Martial. p. 82.

Coturnices plauſitant.

Cucurruca vox eſt ad exprimendum ſonum avis, quam gall. dicimus *Cocu* & Juvenalis *Curruca*, niſi fortaſſis illo Juvenalis loco *cucura* legendum. Nam id videtur indicare collatio loci illius cum eo Afranii, quem habet Soſipater. p. 261. Movet tamen vetus Interpres, qui *urucam* legit & exponit cum Gloſſar. In meo Iuvenali MS. eſt *curuca* forte ſcribend. *cucurruca*.

Cuculi cuculant. *κόκκυξ κοκκύζει* Heſych. p. 65. b. Proverb. *ὅταν Νίβας κοκκύζῃ*.

Draco συρίττει. Xiphilin. p. 66.

Delphinus habet pro voce gemitum humano ſimilem. Plin. IX. 8.

Elephantis τον θρυσμον tribuit Oppianus 168. barritus Lat. quanquam & barritus dicitur clamor, & Ammianus p. 1847. vox barbara ait idem, p. 1726. & 1848. *Stridor* illis tribuitur a Floro p. 33. & Silio Italico. *τετριγότες ἐλέφαντες*. Lucianus. p. 444. Elephanti *τετριγότες* & *ἐλεεινὸν ἀνακλάειν*. Philoſtr. de Vita Apollon. de comploratione elephant. Plin. p. 130.

Equus : *μιμιχμὸς ἵππων. φωνὴ* Heſych. Equi *φριμαγμὸς* quid proprie : Tzetzes in Lycophr. p. 48. Eſt proprie fremitus equi non hinnitus. *χρεμετισμὸς* equi : Juſtinus Mart. p. 397. Sic Latini hinnire & adhinnire. Cicero pro Sextio:

qui

qui quo tempore conspectus erat, non modo gladiatores sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant: videtur sibilos tribuere equis.

Ἐρωδιὸς κρώζει Aristot. hist. Anim. IX. 1. Eustath. 724. κλάζει.

Formicæ burriunt. Apulej. p. 138.

Gallinæ glocire & glocitare: Festus κλωσμὸν ἀλεκτορίδων. Plutarchus de tuenda sanitate p. 213. κλαγγὴ Oppianus p. 176. Pipant. Nonnius p. 184. Gallina gracillat. *Galli* cocuriunt: κοκκύζουσι. Lucian. p. 191. Aristot. Hist. I. 9. de pullis gallinaceis τρύζουσι Oppian. p. 176. melius in MS. τρίζουσι.

Graculus a sono per ὀνοματοποιΐαν. Quintilianus a voce *gra* vel *cra* Priscianus. κρώζεται κολοιός. Pindarus Nemeon γ. βρύχουσι Eustath. p. 1142.

Grues gruunt: inde congruere. Festus.

Gryllus stridit noctibus: Plin. 537.

Hirundines trinsant. *Fritinnire* earum proprium est. Varro apud Nonium: & pullos reperit fritinnientes. Vide locum Lucani p. 163. fritinnire de infante eleganter Seneca p. 484. χελιδὼν τρύζει Arrian. p. 25.

Hircum volunt proprie dici φριμάττεσθαι Theocrit.

Ἵππαι ὠρυόμεναι Xiphilin. p. 267.

Ἴυγγες τρίζουσι Aristot. II. 12. Hist.

Leones λεόντων ἀντία βρυχήν. Oppian. p. 195. Leo fremens Ammian. Marcellinus p. 1639. b. βλεμεαίνω leoni proprium. Eustath. p. 603. quasi

quasi βρέμειν. ὠρυθμὸς leonis. Theocrit. Id. 26. Leones suis rugitibus tonitrua excitarunt in Theatro Romano. Vopisc. p. 1165.

Lupi ululant, unde exululare apud Ovid. Metamorph. p. 30. λῦκοι καὶ θῶες ὠρύσαντο. Q. Smyrnæus p. 257.

Luscinia sic mutat vocem, ut non dicatur esse eadem. Scalig. in Theophr. p. 290.

Milvorum vox: Julianus Misopogon. p. 128.

Murum vox trit: Sosipater. 260.

Muscas stridulas Arnobius vocat.

Noctua Servius p. 84. Virgil. in Georgic. princip. de noctuis Plinius X. 17. & Dalechampius. Γλαῦκες κακκαβίζουσι. Aristoph. 558. quod Pollux ait eas ὑίζειν forte legendum πνίζειν ex Plauto p. 411. τιττιβύζειν. Athen. 193. κρώζειν cornicari Persio.

Oves βῆ βῆ Cratinus Eustath. p. 674. & Odyss. p. 487.

Passeres pipitant Catullo p. 2. frigullientes susurros edunt Apoll. p. 198.

Pavonum clangor. Ammian. p. 1775.

Perdicum vox Aristot. Hist. An. IX. 8.

Pica vagiens: histor. Pausan p. 246. Pica fere quotidie mutat vocem. Aristot. Hist. IX. 13.

Ranarum coaxatio. Servius p. 83. Ranæ ῥητορεύουσι ait Cicero ad Atticum 560. qua cant Festo.

Scarus λαλαγεῖ solenniter pisces. Oppian. Halieut. pr. Vid. Lambin. ad Od. 3. lib 4. & p. 263.

Silu-

Siluro pisci tribuit Aristoteles ἦχον καὶ μογμόν.
Simiarum stridor. Ovid. Metam. p. 374.
Soricis τρισμὸς Plutarchus.
Striges a stridore dictæ. Ovid. Fastor. 142.
Suis γρυσμὸς Athen. p. 187. Suum κραυγή. Clemens p. 304. χύρρε suum vox. Eustath. 797. γρύζειν vox μικρῶν χοίρων. Schol. Aristoph. p. 32. γρυλλίζειν suum est. κοΐζειν Aristoph. 291. Sues grunniunt, quiritant verres. γρυνίζειν Glossar. Porcus marinus grunniens. Plin. p. 567. περὶ τοῦ γρύζειν, γρυλλίζειν γρυσμὸς Eustath. p. 681.
Turtur: τρυγὼν γογγύζουσα. Clem. p. 258. *Gemere* de turture Virgil. & Servius p. 6. Turtures non solum τῷ στόματι sed etiam τοῖς ὀπισθίοις μέρεσι λαλοῦσι. Vid. Suidas in τρυγὸν λαλίστερος.
Vermes φθεγγόμενοι οἷον τρισμόν. Theophr. 51. τρισμὸς σκωλήκων. Eustath. Odyss. 435.
Vespertilionis vox: vid. Ovid. Metam. p. 117. τετρύγασι καθάπερ αἱ νυκτερίδες. Herod. p. 128. & 177.
Vitulus marinus mugit, sed accipit disciplinam. Plin. IX. 13.
Upupa nomen habet ex eo, quod semper quasi quærens πῦ, πῦ, πῦ clamet: Crucquius ad Horat. p. 242.
Ursa reboat. Valer. Flaccus p. 80. Ursus gemit. Horat. p. 137.
Vulpium est gannire Donatus. ὑλακτεῖν.)
Varia de eodem argumento.
Μηκᾶσθαι Eustath. p. 734. βομβύλιος ζωυφίων idem

idem. 921. de ὀνοματοποιΐα τῶν κέρκ⊚ καὶ κρέξ. id 1171. 1384. de multis aliis 1399. de τρίζειν & τρύζειν 1449. & Od. 820. de τρίζειν, de τιτίζειν, τίτις, τρίζειν, τρύζειν id. p. 173. μηκάζειν improprie de homine. Nicander. 78. κελαδεῖν & ἄδειν ἐπὶ ὀρνίθων. Eustath. 473. de κακάζειν & κηκάζειν idem Od. p. 582. de aliis p. 693. de ὑλακτεῖν, ῥάζειν ῥοίζειν &c. idem Odyss. 591. multa Od. 767. & Iliad. 651.

Pleræque aves aliaque animalia a vocis sono nomen habent, quod docti non animadvertentes facile peccant. Sic in querulus reprehensus recte Varro a Quintil. p. 47. Vide Athenæum p. 195. Isidor. p. 302. Varron. p. 19. Istiusmodi ὀνοματοποιΐαι adeo inusitatæ Romanis, ut de vocibus balare & hinnire dubitet Quintilianus p. 40. Multæ aves nomen a voce habent. Athen. p. 195.

Minuritiones: Festus, idem est λίκιγξ. Schol. Aristoph. Ovid. Trist. indocilique loquax gutture vernat avis. πιππίζει τῇ φωνῇ Athen. p. 197. τρύζειν & τρίζειν non differre ait Galenus T. 3. p. 243. κλάζειν & τρίζειν Dio p. 235. τριγμὸς κεράτων insectorum Theophr. 172. murium idem p. 242. De ἄδειν nota locum Hesych. Vide etiam Aratum p. 207. & ibi Theonem, ubi nota τὸ κλάξ.

Vocis hominum differentiæ κλωγμὸς, ποππυσμὸς & συριγμός. Dio Chrys. p. 270.

Apud Plinium infinita hujus generis, sed quæ lib. X. & XI. leguntur, ea non sunt hic notata.

tata. Vide etiam ejus lib. XXVIII. cap. ult. & ibi Dalechamp. Pollux lib. VII. c. 13. *περὶ φωνῶν ζώων*, cujus caput totum confer cum similis argumenti & inscript. capite apud Aristot. Hist. An. IV. 9. inprimis consule Aristoph. & Apulej. p. 239. Spartianus p. 937. refert, familiare fuisse Getæ, has quæstiones Grammaticis proponere, ut dicerent singula animalia, quomodo vocem emitterent. De vocibus animalium librum promisit Erythræus in Indice Virgil.

In alio Volumine inveniebam notata Casaubono ad oram Bellarmini ex edit. Paris. 1608. quorum præcipuam & nobiliorem partem describam:

PAg. 22. l. 10-13. *Aman Macedo*) ò fidem! ò nugas! sed ex Ruffini corrupta versione Josephi hæc *τέρατα* fabularum sunt conficta.

P. 35. *est autem adversus eos*) adde argumentum longe gravissimum Josephi silentium, cui argumento solutionem invenio nullam.

P. 46. *Nannea ceciderit*) at in Græco est *κατεκόπησαν*. O Bellarm. quid ais? nam c. 9. dicitur ille Aut. abiisse *ἐπὶ ξένης ἐν ὄρεσι* & cap. postr. lib. 6. dicitur obiisse *ἐκεῖ ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ*.

P. 57. C. 4. *ab omnibus*) V. Græca : nam B. egregie fallitur.

P. 94. A. 5. huic argumento respondere solius Dei est : nam illi placuit V. T. Hebraice scribi N. T. græce, quod nihil Latine, ejus rei causa ab eo petenda.

P. 98. E. *non esse improb.* imo est abominabile : & hoc nuper ausus est palam scribere Vignelius Prof. Hebr. L. in præf. Gramm. Ebr. & Fevardent. in Iren. p. 426.

P. 107. C. 14. In hoc capite fidem Bellarm. desidero, qui ex iis, quæ a nostris objiciantur Versioni veteri, selegit, quæ voluit, multa omittens. Vid. Chemnit. Examen I. p. 101.-103. Vnum afferam exemplum 1. Tim. III. 16. Gr. habent καὶ ὁμολογουμένως μέγα &c. Vulg. Int. qui non agnoscit vocem Θεὸς, eripit nobis contra consensum omnium MSS. locum & testimonium luculentissimum divinitatis Christi D. N. Sed dicunt illi forte veteres aliter illum locum legisse, cum etiam Syrus vocem Θεὸς non agnoscat, & Chrysost. quoque videatur eam vocem non habuisse. Nam p. 1576. non repetit vocem Θεὸς, quia tamen pro ea voce ponit δημιουργὸς, videtur, inde posse colligi legisse Θεόν.

P. 112. C. *obliti sunt*, hoc tam falsum est insigniter, ut me ejus tædeat. Vid. Rivet. p. 467.

P. 113. E. *Ecclesia assignatur*) Deum immortalem, quantus paralogismus ! Nam olim & fuerunt aliæ versiones, & illæ tres linguæ, Græ-

E ca

ca præſertim & Lat. per totum Orbem florebant.

P. 114. A. idem confirmat cum Hier. Juſtin. Novell. I. 31. & 185.

Ib. A. 10. Græca non fuiſſe intellecta toto orbe falſum eſt, & tanto Viro indignum. Vid. Hieron. præf. in Galat. p. 174.

P. 115. C. Reſponſio obvia, certa, facilis. Hi populi habuerunt ſuas peculiares linguas, ſed omnes in uſurpatione & intelligentia linguæ Lat. conſenſerunt.

P. 119. B. Baſilium hic allegari & dici a Bellarm. illum non accepiſſe hunc locum de precibus demiror. Nam contra Baſilius id diſertis verbis affirmat, & ne ſit ullus tergiverſandi locus, addit Vir S. in omni enunciatione verborum Dei id eſſe obſervandum, ut peregrina lingua ne utamur. Vide eum p. 540.

P. 126. D. 4. *reſp. exemplis*) hæc ſententia pugnat cum ſententia Joannis VIII. P. apud Baron. Tom X. an. 880. 16. Adde, Gothos olim in linguam ſuam vertiſſe S. Scripturam, teſte Socrate IV. 33. p. 241.

In eodem volumine legebantur quædam deſcripta ex autographo Caſauboni ad D. Collinum Cantabrig. quæ caſtigabant ſcriptum *Andr. Richeomi* de rebus Gallicis; ſub finem petit Caſaub. ne cuiquam dicat hæc a ſe accepiſſe, cum fortunæ ſuæ adhuc in Gallia hæreant.

Ibidem legebantur quædam ejus annotata ad *Pet. Molinæi* librum, quem dixit *defenſe de la*

Foy

Foy Catholique, quibus Molinæus ſæpius caſtigatur.

Seqvuntur quædam ſtricturæ in *Dan. Chamieri de Oecumenico Pontifice* Gen. 1601. 8. quod opus ſingularis diligentiæ & doctrinæ eſſe ait, quanquam ſalſe caſtiget. Inter alia *Fr. Fevardentium* ab illo laudatum videns ait: etiamne hujus aſini & impuri Pyriphlegontis haberi ratio debuit?

Ad quæſtionem de corrupt. Sacri codicis ita reſpondet Caſaubonus: Literæ quidem ſacræ h. e. ὁ νοῦς utriusque teſtamenti ἄφθαρτα ſunt, & nulli depravationi obnoxia; at lingua, quæ literarum illarum veluti φόρεμα eſt, quin aliquam labem aut labeculam ſed ſine detrimento τοῦ νοῦ acceperit longi temporis tractu, non eſt, ut puto, dubitandum. In Græco res manifeſta: multa leviter immutata, quædam gravius tentata, ſed ſic, ut veritas inconcuſſa maneret. In Hebr. cur dubitemus? nonne tota Maſora certiſſimum ejus rei teſtimonium præbet? Vid. Auguſtin. de C. D. p. 825.

- Laudat *Dureti* Præſidis Molini librum *de Miraculis Plantarum*, & ait librum eſſe, quem non pœniteat percurriſſe, quippe in quo commemorentur plantæ omnes miraculoſæ, quarum in ſcriptis fiat mentio. Primo agitur de arbore ſcientiæ boni & mali; extremo libro recenſentur arbores triſtes, quæ ſenſum in ſe eſſe variis rationibus probant: item quæ ad ζωοφύτων

 na-

naturam accedunt, aut quæ producunt ex ſe aves, ut in Scotia a variis deſcribuntur.

Romani Pontificis ſuperbia ex hac Inſcriptione patet: *Paulo V. Vice Deo Chriſtianæ Reipubl. Monarchæ Invictiſſimo & Pontificiæ omnipotentiæ Conſervatori acerrimo.* Vidi Lutetiæ apud Gillotum Theſes cum tota pictura vera imagine AntiChriſti.

Ex Adverſar. X. 2.

SUmmi Viri Dn. *Bezæ* methodum concionandi diligenter obſervans, non aliam eſſe reperio, quam ut ſtatim ab initio nexum cum ſuperioribus diligenter annotet, & indicet, deinde ſingulas ſententias ſigillatim expendat & explicet, & in ſingulis verbis & ſententiis tantum immoretur, quantum ſatis eſſe videatur. Hiſtorica, ſi quæ ſint, exponit ſuis locis, ſed paucis. Solet autem Vir magnus libenter in Locos Communes, quos vocant, digredi. Præterea diligentiſſime ſemper Papiſtarum & aliorum errores cum noſtra doctrina confert. Tandem audita hora brevi anacephalaeoſi aut potius exhortatiuncula claudit concionem. (Hoc ipſum deinde probat Caſaub. analyſi concionis a Beza habitæ.)

Eadem methodo (ita pergit) in lectionibus ſuis utitur, niſi quod in Locis Cnmmunibus magis immoratur & *διδακτικὰ* potius tractat quam *παραινετικά*, quanquam & hæc quoque ſæpe.

Hinc

Hinc legas quasdam quæstiones in tria priora capita Geneſeos ex Th. Bezæ lectionibus excerptas.

Ibidem leguntur excerpta ex ſcripto *Perronii* adverſus Pleſſæum, ex quibus intelligas, quomodo Perronius ad argumenta Pleſſæi reſpondeat, cujus reſponſionibus paſſim Caſaubonus ſtricturas addit. Inter alia de Patrum locis, quæ ad traditiones pertinent, obſervat *a*) quod Patres de traditionibus loquentes de illis loquantur, quas veteri Eccleſiæ conſtabat ab Apoſtolis eſſe profectas. *b*) Si hodie ſcriberent illi, & voces audirent Andradii, Pighii, & ſimilium τεράτων cautius forte locuturi fuiſſent.

Evolvebam alias ejuſdem ſchedas, quibus continebantur Variæ diſſertatiunculæ de vocibus & phraſibus Polybii variis ſecundum literarum ſeriem agentes, quarum tamen prima tantum lineamenta duxerat vix niſi a ſimili manu effingenda.

Pagina prima obſervat, multa eſſe apud Suidam Polybii loca, quæ ex ſimilitudine ſtili dignoſci debeant e.g. in Pruſia, μάχαιρα, ὀττευόμενος; εὐπερίκοπτος.

Ibidem habet voces N. T. & Polybio uſitatiores, quam aliis ſcriptoribus:

Μεγαλεῖον p. 196. φαντασία. ἐπιβάλλοντες p. 102. θυμομαχεῖν ſed diverſo ſenſu. κατασείειν τῇ χειρί p. 31. ἐπισυνάγεσθαι p. 8. παραδειγματίζειν p. 58. βαστάζειν p. 200. ἀπηλγηκυῖαι ψυχαί. κρυσματικαὶ λέξεις p. 74. aliter Paulus, σύγκατάβασις.

σις. ὁ ἐπὶ τῆς θεραπείας 136. ἐπεῖχεν 150. apud Lucam. στοιχεῖν Legat. p. 137. ἐκτενῶς Legat. 213. ad Rom. 4. 12. μεθοδεύεσθαι Leg. 227. ὀψώνιον 126. βασιλικός 232. ut Jo. 4.

Aelianus etiam in Tacticis Polybii verbis ita loquitur, ut omnia fere loquendi genera illius agnoscas.

Mirum σολοικοφανὲς observatur in Polybio p. 45. ὅτι δεῖ τοιαύτης &c. longum & molestum ὑπέρβατον p. 52. sub fin. p. 59. & aliud p. 114.

Sæpe in eadem periodo idem verbum bis ponit ut p. 93. sub fin. καιρῷ & καιροῦ & statim βοηθῆσαι βοηθεῖν. Sic Livius etiam.

Τὸ μονοειδὲς τῆς γραφῆς cogit Polybium sæpe usurpare vocem θεωρῶν.

Solet etiam interdum molestissime repetere, quæ antea dixit, sed nusquam odiosius quam initio lib. IV. cujus causam nullam video.

Polybius & Sallustius similes sibi sunt, quod uterque ament digressiones, & quod fructum historiæ ad prudentiam civilem solicite inculcant,

De Stylo Polybii amplius ait: Amat figuram ἓν διὰ δυοῖν ut p. 6. τὰς ἀρχὰς καὶ ὑποθέσεις p. 198. εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη pro ἑνὸς ἀνδρός p. 196. μέρους καὶ πρύμνας 84. ἀγῶνα καὶ καιρὸν ἀγῶνος, & καιρὸς ibidem est περίστασις p. 117. περιστάσεις καὶ καιρούς p. 265. αἰτίας καὶ πιθανότητας.

In eodem notat ἀπόδοσιν conjunctionum οὐκ ἀκριβῆ, ut τῇ μὲν non statim subjiciatur δὲ sed

ſed alterum aut tertium μὲν, de quo vide Demetr. Phaler. p. 22. Sic p. 271. πρῶτον μὲν neq; aliud ſequitur, quo hæc referas.

Compoſitis nominibus abundat. Vid. Demetr. Phaler. p. 35.

Τὸ ἀκατάλληλον τῆς συντάξεως p. 187. εἰ μὴ καὶ τις ἀναγ. ὑπολαμβάνουσι mira negligentia τις ὑπολαμβανουσι & alibi, ἐκεῖνον μὲν ἀπολελυμένον, σφᾶς δ' αὐτοὺς ἀκμὴν ὑπομένοντας.

Ενάργεια Polybii : hæc virtus mihi videtur eſſe mirabilis, quando res ἀκριβῶς narrantur. Demetrius Phaler. ait : Cteſiam eſſe ſingularem in hac figura p. 69. & 70.

In Rebus Romanis propria Virorum nomina ponit obſcure prænominibus fere ſolis utens.

Τὸ ὁμοειδὲς τῆς γραφῆς. magna Lectoris æquitate opus habet Polybius hac in parte: Nam quis ferat paulo moroſior Criticus, ut libro præſertim primo θεωροῦντες συνειδότες & id genus verbis plenæ omnes periodi ? Quoties illud invenies, τὸ δὲ μέγιστον; Επίστασις in ſimilibus caſibus pene iiſdem verbis toties repetita ut de capta urbe quæ ſe vindicavit e. g. de Selgenſibus p. 163.

Superfluæ locutiones ut p. 190. οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ ſic p. 690.

Ariſtoteles Nic. II. 4. οὐ μικρὸν ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται idem II. 1. οὐ μικρὸν ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Polyb. 96. ὅλος καὶ πᾶς.

Digreſſiones ad methodum declarandam.

Non fero in hac parte Polybium sed est mos Græcorum.

Hellenismus minus purus p. 263. ἐπέτειος ἑορτή. Pollux jubet ἐτήσιος.

Conciones Polybii habent τὸ πραγματικὸν non habent τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης δεινότητα, quam Livius multis earum mira adjecit arte. Sunt obliquæ, de quo Justin. omnino p. 277.

Trajectio duriuscula verborum p. 166. ἀνατρέχειν ἐπειρᾶτο μετὰ τῆς βασιλικῆς ἐπὶ τὸν τῆς παρατάξεως τόπον σημασίας. p. 198. οὐδὲν ἄξιον ἠδυνήθη λόγου βλάψαι. p. 211. sub finem vox νύκτα.

Activum pro Passivo p. 86. συνεξῆρκος τὸ πλῆθος ταῖς ἐλπίσι τῶν pro συνεξαρθέν.

Aoristis utitur pro Futuro: p. 79. οὐκ ἀεὶ τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι etiam sine ἄν. ut sæpe p. 97. p. 106. ποιήσασθαι & p. 109. & 116. λοιπὸν ἤδη ποιήσασθαι 115. ἀμύνασθαι p. 334. Τολμῆσαι pro τολμήσειν.

Poeticæ voces πεπνυμένος ἀνδράσι p. 189.

Numeri mutatio p. 79. ἡμεῖς αὐτὸς sic MSS.

Polybius voce τῆς οἰκουμένης utitur, quasi orbem terrarum Romano Imperio subjiceret, sed uno saltem loco ipse ostendit, quomodo hanc vocem acceperit, p. 258. ubi addit τῆς οἰκουμένης ὅσα νῦν ὑπὸ τὴν ἱστορίαν πέπτωκε.

Reprehensiones apud Polybium aliquando sunt prolixiores, aliquando breves & ἀξιωματικαὶ ut p. 75. τοὺς δὲ λέγοντας. sed vide p. 82. apparet omnia æqui boni consulisse præter mendacia.

Δεῖ

Δεῖ συνεπινοεῖν quædam, quæ Auctor prætermittit.

Historia Polybii, quam ipse vocat πραγματικὴν, non id solum fuit, verum etiam φυσικὴν, sed a potiori parte eam auctor denominavit.

Quod autem φυσικὴ fuerit, apparet ex his reliquiis, ubi toties ad res Geographicas divertit, & magis ex p. 82. &c.

Nævi in Polybio 1.) digressionum nullus modus. 2. quod passim sine fine, sine modo de sua methodo in hac historia contexenda loquitur. Vid. p. 116.. Quoties ante? quoties postea idem dicit? omnino magnus hic nævus. 3. Vocibus quibusdam sine modo utitur. 4. Levitas Græcanica, cujus mirum argumentum habet in voce ἐμβεβαρβαρῶσθαι p. 82. nam tacite innuit se putare Græcos primos mortalium & quondam omnia tenuisse.

4. Neglectus dictionis: huc refero τὸ μονοειδὲς τῶν διανοιῶν & contra, quod in orationibus modo obliquum sermonem cum recto miscet, ut p. 84.

Ibidem de Livio hæc observat: Solet exitus rerum prætermittere. Orationes ejus plane μᾶλλον κομψαὶ ἢ πραγματικαί. Plus artis apud Livium, plus veritatis apud Polybium. Ῥητορεία Livii in rerum narratione e. g. p. 337. de Fabio & Minutio. Inconstantia: Declamatorium stylum in historiam invexit. Superstitio plusquam anilis & fatuissima, ut. p. 409. saxum

ingens volitare &c. Ἀνθηρολογία tanta eſt, ut, cum legas Livium, velis, nolis, capiaris, & poſtquam ſemel perlegeris, iterum cupias relegere, poſtquam iterum, geſtias idem.

De ſua Polybii editione ita: Concinnavi editionem Polybii fide ſumma, ſtudio ingenti, delectu lectionum accuratiſſimo, ſed margines obſidere γρ. noluimus.

Alibi ait: difficultates nusquam diſſimulavimus, ſed offendicula omnia vel ſuſtulimus, vel bona fide indicavimus.

Annotationes in loca Scripturæ Sac. ex Volumine, quod inſcripſit Ὕλην *indigeſtam.*

ROm. II. 17. Ἐπαναπαύεσθαι τῷ νόμῳ ſingulari elegantia dixit Paulus de Judaeis ſic Mich. III. 11. ἐπὶ τὸν κύριον ἀναπαύεσθαι de impiis. Sic fere Olympiodorus in Phaedon. uſurpat: χρὴ τὰς διαλεκτικὰς νοήσεις ἢ ἀπὸ τῶν θείων ἄρχεσθαι αἰνιγμάτων, τὸ ἐν αὐταῖς ἀπόῤῥητον τῆς ἀληθείας ἀναπτυσσούσας, ἢ εἰς αὐτὰ ὁρμίζεσθαι, καὶ ἐπαναπαύεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐνδείξεσιν, ἢ τὸ σον ἀμφότερον.

1. Cor. III. 15. σώζεσθαι ὡς διὰ πυρός. διασώζειν στράτευμα ſæpe Novell. pag. 342. de Duce, qui aliquo trajicit exercitum: & Leo in XIV. Conſtit. Milit. τότε ἐπιστρέψουσιν οἱ ψιλοὶ μετὰ εὐταξίας καὶ διελθόντες τὴν μέσην φάλαγγα ἀταράχως ἐπὶ τὰ ὄπισθεν διασωθῶσιν.

Gal. I. 16. προσανατίθεσθαι Sic fere Euſeb.

pag.

pag. 65. b. προσανέχοντες αὐτῷ ὡς διδασκάλῳ ib. 87. b. ἀνατιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς. id. p. 3. ὅρκος εἶναί τι. de eo loquendi genere diximus ad Sveton. sed aliter apud Hebræos, ut Pſ. CII. 8. quo refer verba Suidæ in κατ' ἐμοῦ ὤμνυσον. V. Druſ. ep. 9. p. 28. & Obſ. VIII. 7.

2. Paral. 21. 29. וילך בלא חמדה Græc. καὶ ἐπορεύθη ἐν οὐκ ἐπαίνῳ. ita Vulg. edit. Romæ mutarunt οὐκ ἐν ἐπαίνῳ non probo. Notamus enim ad Dionyſ. Halicarnaſſ. de hoc Gr. loquendi genere ἡ οὐκ ἐμπειρία, quod & Hebræi uſurpant, ut hic nec dubium, Græcos ſic ſcripſiſſe.

Hebr. XII. 1. Εὐπερίστατος ἁμαρτία obiter explicat Chryſoſtomus I. 667.

Eph. V. 3. πᾶσα ἀκαθαρσία οὐδὲ ὀνομαζέσθω. Sic loqvuntur Scriptores de iis, quæ valde abominantur. Dio Chryſoſt. p. 360. b. στάσιν δὲ οὐδὲ ὀνομάζειν ἄξιον παρ' ὑμῖν, μήτι λεγέτω μηδείς. id. p. 3.

ἀπὸ μιᾶς Luc. XIV. 18. varie exponunt ſupplendo vel φωνῆς vel γνώμης vel βουλῆς. Fullerus Miſcell. putat eſſe Syriac. מחרה ſcilicet שעה hora, ſubito. Ego ſuſpicabar eſſe Græcam locutionem e circo petitam cum ſupplemento βαλβίδος ut ſit ἀπὸ μιᾶς ſimiliter, pariter. Verſ. Syriac מחד non diſſimilis phraſis ἐκ πρώτης in Chryſoſt. II. p. 683.

1. Cor. II. 4. οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. Vulcanius ad Cyrill. putat corrigendum:

dum: quæ lectio fere exstat apud Greg. Nyssen. in tract. quem scripsit de Hexaëmero.

Jo. IV. 35. ἔτι pro ἤδη. Videtur absurdum, cum paulo ante pascha hæc dicantur. Loisellus probabat ita verti: Jam quartus est mensis, & instat messis, Cogitemus.

Jo. XII. 3. Πιστικὴ νάρδος. Gr. πιστικὸς pro πιστός apud Cedren. πιστικώτατοι p. 545. 577. 596. 600. & 606.

2. Cor. XI. 33. Σαργάνη est κόφινος. Confer similem historiam apud Cedren. p. 545. & Zonar. III. 166.

Marc. IX. 18. ῥήσσειν verbum palæstræ, quod significat cum molestia dejicere & affligere humi. Chrysost. sic προσρήσσειν. Isid. Pelus. IV. ep. 108. ubi male interpr.

χελωνὶς Judith. XIV. 13. male hodie χετλωνὶς scribitur in nonnullis editt. Male Int. expon. stratum, quod falsum est ex v. 11. c. 13. Sed de Scriptura recte Stephanus monuit ex Hesych. & Suida emendanda, quod antea nobis pridem in mentem venerat: interpretatio autem petenda ex iis, quæ ad Sveton. notamus de pavimentis tessellatis.

Judic. XI. 39. Jephtham filiam suam non mactasse, sed mundo exemptam perpetuam virginitatem colere jussisse statuit p. 72. ubi inter alia ita: hoc verba Hebraica ita clare significant, ut mirum sit fuisse, qui aliter putarent.

Sed

Sed error inde natus, quod illa לא ידע איש *non novit Virum*, plerique Intt. non ad futurum tempus retulerunt, ut oportebat, sed ad præteritum, ut verterent *noverat*.

Pag. 66. obscurissimum ait esse locum Jes. VIII. 20. לתורה ולתעודה quem diligentius sibi intuenti non displicuisse sententiam C. de P. (*credo Card. de Perron.*) sic locum illum explicantis: præcedente versu eos reprehendit Jesaias, qui consulebant Pythones, nunc docet populum Israëliticum, unde petenda sint Oracula. Ad Legem, inquit, & Testimonium h. e. quin potius Deum consulitis Oracula dare solitum in parte templi, quæ appellatur דביר. Sane Junii versio longe aliter capit locum, & hoc argumentum planissime nobis eripit.

2. Cor. XII. 2. Pauli raptum in tertium Cœlum ita interpretatur Anastasius in Contemplationibus Anagogic. ineditis Serm. II. Ὅταν Παῦλον ὁρᾷς ἁρπαζόμενον ἕως τρίτον οὐρανὸν, πρῶτον οὐρανὸν τὸν ἀέρα εἶναι νόμιζε, κατὰ τὸ λεγόμενον, ἔγνωκα κατὰ πάντα πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. τουτέστι τοῦ ἀέρος. εἶτα δεύτερον λοιπὸν τὸν οὐρανὸν τῶν ἀστέρων, καὶ τρίτον τὸν ἀνωτάτων οὐρανῶν τῶν Ἀγγέλων. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἐξωτέρῳ μέρει τοῦ ναοῦ ἑστήκει τὸ πολὺ πλῆθος τοῦ Ἰσραὴλ, ἐν τῷ ἐσωτέρῳ δὲ μόνον εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, ἐσωτέρω δὲ τούτου τοῦ δευτέρου καταπετάσματος μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, καθὼς ἐν τοῖς οὐρανοῖς εὑρήσει ἐν τῷ ἐξωτέρῳ μὲν καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐρανῷ τῷ ἀερίῳ λέγω στερεώματι τὰ γένη συναναστρεφόμενα τῶν πτηνῶν

Idem

gantiſſimam vocem שריר verterunt πυρφόρον. Vide Heſych. atque illud ne dubita, ſcribi male apud LXX. πυροφόρον & hallucinatus magnus Hieron. qui utramque lectionem cum haberet notam, poſteriori potius adhæſit. Sane male. Vide illum: alluſerunt autem Intt. ad proverb. Græc. ὐδ᾽ ὁ πυρφόρος ἐλείφθη, de quo etiam Erasmus 299. & Schol. Euripid. p. 188.

Cantic. Cantic. IV. 9. emendat legendo ἐν ἑνὶ καθέμαλι τραχήλων. De voce κάθεμα videri vult Athen. & in Gloſſar. Eleutherium κάθεμα περιδέραιον.

Pſalmum XII. percurrens & cum Hebr. contendens verſionem τῶν LXX. obſervabam in ſecundo verſu vocem κακὰ ex gloſſa eſſe, quæ poſtquam in contextum irrepſit, locus male diſtinctus eſt. Nam ita ſcribendum ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε h. e. varium cor habuerunt. Verſu 7. θήσομαι ἐν σωτηρίῳ putet aliquis σωτηρίᾳ legendum, ſed & alibi ita σωτήριον poſitum obſervavi. Quod ajunt παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ in Hebr. eſt יפיח לו quod varie exponi poteſt. Vel *afflabit illi*, vel *dicet illi*, vel *illaqueabit illum*. Conſule Interpretes.

In v. 8. δοκίμιον τῇ γῇ quis intelligat? Sane Hebr. vox בעליל לארץ varie torquetur a doctis. Vide in עלל. Nondum inter doctos convenit, ſit ne τὸ ב radicale an ſervile. Quid eſt autem κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως? debebat ἑπτάκις dicere. V. 9. ait David תשמרם ſerva eos. LXX. φυλάξαις ἡμᾶς ſine dubio quemadmodum

dum sequitur statim תצרנו ita legerunt hic οἱ ὁ תשמרנו. Postremi versus pars posterior est obscurissima & varie exposita. LXX. eleganter hic usurparunt ἐπολυώρησας quod est πολλῆς φροντίδος ἠξίωσας. Perplacet vero, quod mancipium illud Rom. Pontificis observat, LXX. pro זלות vilitatem aut crapulam legisse זלות a זלל quod est epulari vel epulas parare, etsi illi aliter exposuerint.

1. Reg. I. de Davide calefacto ad mota virgine. Semper hoc mihi visum est mirum, donec legi, quod scribit Galenus lib. V. περὶ ἁπλῶν φ. δ. Locus ita habet: ἴσμεν οὐδὲν οὕτως τῇ χαλαπτέψει συντελοῦν ὡς ἀνθρώπειον σῶμα ψαῦον αὐτῆς καὶ τινες παιδία προστιθέμενοι νύκτωρ ἐναργεστάτης ὠφελείας αἰσθάνονται ἀναπαυόμενοι &c. illustris sane locus & ad lucem sacræ illius historiæ auro contra non carus. Legi primo libro extremo Historiarum magni Thuani hoc ipsum præcepto Medici Judæi factum in morbo Hariadeni Ahenobarbi, qui magnis rebus gestis CPoli obiit 1545. Exstat & vetus Inscriptio R. in hæc verba: L. Clodius Hyrpanus vixit A. CXV. D. V. Alitus puerorum anhelitu. Refert obiter Cujacius ad Nov. p. 349.

Eccles. I. 6. κυκλοῖ κυκλῶν πορεύεται. Et prima & secunda vox male videntur scribi, an κύκλῳ κυκλῶν πορεύεται; Sed profecto LXX. sæpe verba appendunt nobis, sententiam non multum curantes: Sæpe vero contra Græci sermonis proprietatem peccant ut v. 10. οὐκ ἔστι πᾶν προσ-

ca præſertim & Lat. per totum Orbem florebant.

P. 114. A. idem confirmat cum Hier. Juſtin. Novell. I. 31. & 185.

Ib. A. 10. Græca non fuiſſe intellecta toto orbe falſum eſt, & tanto Viro indignum. Vid. Hieron. præf. in Galat. p. 174.

P. 115. C. Reſponſio obvia, certa, facilis. Hi populi habuerunt ſuas peculiares linguas, ſed omnes in uſurpatione & intelligentia linguæ Lat. conſenſerunt.

P. 119. B. Baſilium hic allegari & dici a Bellarm. illum non accepiſſe hunc locum de precibus demiror. Nam contra Baſilius id diſertis verbis affirmat, & ne ſit ullus tergiverſandi locus, addit Vir S. in omni enunciatione verborum Dei id eſſe obſervandum, ut peregrina lingua ne utamur. Vide eum p. 540.

P. 126. D. 4. *reſp. exemplis*) hæc ſententia pugnat cum ſententia Joannis VIII. P. apud Baron. Tom X. an. 880. 16. Adde, Gothos olim in linguam ſuam vertiſſe S. Scripturam, teſte Socrate IV. 33. p. 241.

In eodem volumine legebantur quædam deſcripta ex autographo Caſauboni ad D. Collinum Cantabrig. quæ caſtigabant ſcriptum *Andr. Richeomi* de rebus Gallicis: ſub finem petit Caſaub. ne cuiquam dicat hæc a ſe accepiſſe, cum fortunæ ſuæ adhuc in Gallia hæreant.

Ibidem legebantur quædam ejus annotata ad *Pet. Molinæi* librum, quem dixit *defenſe de la*

Foy

Foy Catholique, quibus Molinæus sæpius castigatur.

Seqvuntur quædam stricturæ in *Dan. Chamieri de Oecumenico Pontifice* Gen. 1601. 8. quod opus singularis diligentiæ & doctrinæ esse ait, quanquam falsè castiget. Inter alia *Fr. Fevardentium* ab illo laudatum videns ait: etiamne hujus asini & impuri Pyriphlegontis haberi ratio debuit?

Ad quæstionem de corrupt. Sacri codicis ita respondet Casaubonus: Literæ quidem sacræ h. e. ὁ νῦς utriusque testamenti ἄφθαρτα sunt, & nulli depravationi obnoxia; at lingua, quæ literarum illarum veluti φέρτμα est, quin aliquam labem aut labeculam sed sine detrimento τῦ νῦ acceperit longi temporis tractu, non est, ut puto, dubitandum. In Græco res manifesta: multa leviter immutata, quædam gravius tentata, sed sic, ut veritas inconcussa maneret. In Hebr. cur dubitemus? nonne tota Masora certissimum ejus rei testimonium præbet? Vid. Augustin. de C. D. p. 825.

Laudat *Dureti* Præsidis Molini librum *de Miraculis Plantarum*, & ait librum esse, quem non pœniteat percurrisse, quippe in quo commemorentur plantæ omnes miraculosæ, quarum in scriptis fiat mentio. Primo agitur de arbore scientiæ boni & mali; extremo libro recensentur arbores tristes, quæ sensum in se esse variis rationibus probant: item quæ ad ζωοφύτων

naturam accedunt, aut quæ producunt ex ſe aves, ut in Scotia a variis deſcribuntur.

Romani Pontificis ſuperbia ex hac Inſcriptione patet: *Paulo V. Vice Deo Chriſtianæ Reipubl. Monarchæ Invictiſſimo & Pontificiæ omnipotentiæ Conſervatori acerrimo.* Vidi Lutetiæ apud Gillotum Theſes cum tota pictura vera imagine Anti-Chriſti.

Ex Adverſar. X. 2.

SUmmi Viri Dn. *Bezæ* methodum concionandi diligenter obſervans, non aliam eſſe reperio, quam ut ſtatim ab initio nexum cum ſuperioribus diligenter annotet, & indicet, deinde ſingulas ſententias ſigillatim expendat & explicet, & in ſingulis verbis & ſententiis tantum immoretur, quantum ſatis eſſe videatur. Hiſtorica, ſi quæ ſint, exponit ſuis locis, ſed paucis. Solet autem Vir magnus libenter in Locos Communes, quos vocant, digredi. Præterea diligentiſſime ſemper Papiſtarum & aliorum errores cum noſtra doctrina confert. Tandem audita hora brevi anacephalaeoſi aut potius exhortatiuncula claudit concionem. (Hoc ipſum deinde probat Caſaub. analyſi concionis a Beza habitæ.)

Eadem methodo (ita pergit) in lectionibus ſuis utitur, niſi quod in Locis Cnmmunibus magis immoratur & διδακτικὰ potius tractat quam παρενετικά, quanquam & hæc quoque ſæpe.

Hinc

Hinc legas quasdam quæstiones in tria priora capita Geneseos ex Th. Bezæ lectionibus excerptas.

Ibidem leguntur excerpta ex scripto *Perronii* adversus Plessæum, ex quibus intelligas, quomodo Perronius ad argumenta Plessæi respondeat, cujus responsionibus passim Casaubonus stricturas addit. Inter alia de Patrum locis, quæ ad traditiones pertinent, observat *a*) quod Patres de traditionibus loquentes de illis loquantur, quas veteri Ecclesiæ constabat ab Apostolis esse profectas. *b*) Si hodie scriberent illi, & voces audirent Andradii, Pighii, & similium τεράτων cautius forte locuturi fuissent.

Evolvebam alias ejusdem schedas, quibus continebantur Variæ dissertatiunculæ de vocibus & phrasibus Polybii variis secundum literarum seriem agentes, quarum tamen prima tantum lineamenta duxerat vix nisi a simili manu effingenda.

Pagina prima observat, multa esse apud Suidam Polybii loca, quæ ex similitudine stili dignosci debeant e.g. in Prusia, μάχαιρα, ὀπτινόμενος, εὐπερίκοπτος.

Ibidem habet voces N. T. & Polybio usitatiores, quam aliis scriptoribus:

Μεγαλεῖον p. 196. Φαντασία. ἐπιβάλλοντες p. 102. θυμομαχεῖν sed diverso sensu. κατασείειν τῇ χειρί p. 31. ἐπισυνάγεσθαι p. 8. παραδειγματίζειν p. 58. βαστάζειν p. 200. ἀπηλγηκυῖαι ψυχαί. χρηματικαὶ λέξεις p. 74. aliter Paulus, σύγκατάβασις.

σις. ὁ ἐπὶ τῆς θεραπείας 136. ἐπεῖχεν 150. apud Lucam. στοιχεῖν Legat. p. 137. ἐκτενῶς Legat. 213. ad Rom. 4. 12. μεθοδεύεσθαι Leg. 227. ὀψώνιον 126. βασιλικός 232. ut Jo. 4.

Aelianus etiam in Tacticis Polybii verbis ita loquitur, ut omnia fere loquendi genera illius agnoſcas.

Mirum σολοικοφανὲς obſervatur in Polybio p. 45. ὅτι δεῖ τοιαύτης &c. longum & moleſtum ὑπέρβατον p. 52. ſub fin. p. 59. & aliud p. 114.

Sæpe in eadem periodo idem verbum bis ponit ut p. 93. ſub fin. καιρῷ & καιρὸς & ſtatim βοηθῆσαι βοηθεῖν. Sic Livius etiam.

Τὸ μονοειδὲς τῆς γραφῆς cogit Polybium ſæpe uſurpare vocem θεωρῶν.

Solet etiam interdum moleſtiſſime repetere, quæ antea dixit, ſed nusquam odioſius quam initio lib. IV. cujus cauſam nullam video.

Polybius & Salluſtius ſimiles ſibi ſunt, quod uterque ament digreſſiones, & quod fructum hiſtoriæ ad prudentiam civilem ſolicite inculcant.

De Stylo Polybii amplius ait: Amat figuram ἓν διὰ δυοῖν ut p. 6. τὰς ἀρχὰς καὶ ὑποθέσεις p. 198. εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη pro ἑνὸς ἀνδρός p. 196. μέρους καὶ πρύμνας 84. ἀγῶνα καὶ καιρὸν ἀγῶνος, & καιρὸς ibidem eſt περίστασις p. 117. περιστάσεις καὶ καιροὺς p. 265. αἰτίας καὶ πιθανότητας.

In eodem notat ἀπόδοσιν conjunctionum οὐκ ἀκριβῆ, ut τῇ μὲν non ſtatim ſubjiciatur δὲ

ſed

ſed alterum aut tertium μὲν, de quo vide Demetr. Phaler. p. 22. Sic p. 271. πρῶτον μὲν neq; aliud ſequitur, quo hæc referas.

Compoſitis nominibus abundat. Vid. Demetr. Phaler. p. 35.

Τὸ ἀκατάλληλον τῆς συντάξεως p. 187. εἰ μὴ κ̀ τις ἀναγ. ὑπολαμβάνουσι mira negligentia τῆς ὑπολαμβανουσι & alibi, ἐκεῖνον μὲν ἀπολελυμένον, σφᾶς δ' αὐτοὺς ἀκμὴν ὑπομένοντας.

Ενάργεια Polybii : hæc virtus mihi videtur eſſe mirabilis, quando res ἀκριβῶς narrantur. Demetrius Phaler. ait : Cteſiam eſſe ſingularem in hac figura p. 69. & 70.

In Rebus Romanis propria Virorum nomina ponit obſcure prænominibus fere ſolis utens.

Τὸ ὁμοειδὲς τῆς γραφῆς. magna Lectoris æquitate opus habet Polybius hac in parte: Nam quis ferat paulo moroſior Criticus, ut libro præſertim primo θεωροῦντες συνειδότες & id genus verbis plenæ omnes periodi ? Quoties illud invenies, τὸ δέ μέγιστον ; Επίστασις in ſimilibus caſibus pene iiſdem verbis toties repetita ut de capta urbe quæ ſe vindicavit e. g. de Selgenſibus p. 163.

Superfluæ locutiones ut p. 190. οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ ſic p. 690.

Ariſtoteles Nic. II. 4. οὐ μικρὸν ἀλλὰ τὸ πᾶν δύναται idem II. 1. οὐ μικρὸν ἀλλὰ πάμπολυ, μᾶλλον δὲ τὸ πᾶν. Polyb. 96. ὅλος καὶ πᾶς.

Digreſſiones ad methodum declarandam.

Non fero in hac parte Polybium sed est mos Græcorum.

Hellenismus minus purus p. 263. ἐπέτειος ἑορτή. Pollux jubet ἐτήσιος.

Conciones Polybii habent τὸ πραγματικὸν non habent τὴν ἀπὸ τῆς τέχνης δεινότητα, quam Livius multis earum mira adjecit arte. Sunt obliquæ, de quo Justin. omnino p. 277.

Trajectio duriuscula verborum p. 166. ἀνατρέχειν ἐπειρᾶτο μετὰ τῆς βασιλικῆς ἐπὶ τὸν τῆς παρατάξεως τόπον σημασίας. p. 198. οὐδὲν ἄξιον ἠδυνήθη λόγου βλάψαι. p. 211. sub finem vox νύκτα.

Activum pro Passivo p. 86. συνεζηκὼς τὸ πλῆθος ταῖς ἐλπίσι τῶν pro συνεζαρθέν.

Aoristis utitur pro Futuro: p. 79. οὐκ ἀεὶ τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι etiam sine ἄν. ut sæpe p. 97. p. 106. ποιήσασθαι & p. 109. & 116. λοιπὸν ἤδη ποιήσασθαι 115. ἀμύνασθαι p. 334. Τολμῆσαι pro τολμήσειν.

Poeticæ voces πεπνυμένος ἀνδράσι p. 189.

Numeri mutatio p. 79. ἡμεῖς αὐτὸς sic MSS.

Polybius voce τῆς οἰκουμένης utitur, quasi orbem terrarum Romano Imperio subjiceret, sed uno saltem loco ipse ostendit, quomodo hanc vocem acceperit, p. 258. ubi addit τῆς οἰκουμένης ὅσα νῦν ὑπὸ τὴν ἱστορίαν πέπτωκε.

Reprehensiones apud Polybium aliquando sunt prolixiores, aliquando breves & ἀξιωματικαὶ ut p. 75. τοὺς δὲ λέγοντας. sed vide p. 82. apparet omnia æqui boni consuluisse præter mendacia.

Δεῖ

Δεῖ συνεπινοεῖν quædam, quæ Auctor prætermittit.

Historia Polybii, quam ipse vocat πραγματικὴν, non id solum fuit, verum etiam φυσικὴ, sed a potiori parte eam auctor denominavit.

Quod autem φυσικὴ fuerit, apparet ex his reliquiis, ubi toties ad res Geographicas divertit, & magis ex p. 82. &c.

Nævi in Polybio 1.) digressionum nullus modus. 2. quod passim sine fine, sine modo de sua methodo in hac historia contexenda loquitur. Vid. p. 116.. Quoties ante? quoties postea idem dicit? omnino magnus hic nævus. 3. Vocibus quibusdam sine modo utitur. 4. Levitas Græcanica, cujus mirum argumentum habet in voce ἐμβεβαρβαρῶσθαι p. 82. nam tacite innuit se putare Græcos primos mortalium & quondam omnia tenuisse.

4. Neglectus dictionis: huc refero τὸ μονοειδὲς τῶν διανοιῶν & contra, quod in orationibus modo obliquum sermonem cum recto miscet, ut p. 84.

Ibidem de Livio hæc observat: Solet exitus rerum prætermittere. Orationes ejus plane μᾶλλον κομψαὶ ἢ πραγματικαί. Plus artis apud Livium, plus veritatis apud Polybium. Ῥητορεία Livii in rerum narratione e. g. p.337. de Fabio & Minutio. Inconstantia: Declamatorium stylum in historiam invexit. Superstitio plusquam anilis & fatuissima, ut. p. 409. saxum in-

ingens volitare &c. Ἀνθηρολογία tanta eſt, ut, cum legas Livium, velis, nolis, capiaris, & poſtquam ſemel perlegeris, iterum cupias relegere, poſtquam iterum, geſtias idem.

De ſua Polybii editione ita: Concinnavi editionem Polybii fide ſumma, ſtudio ingenti, delectu lectionum accuratiſſimo, ſed margines obſidere γρ. noluimus.

Alibi ait: difficultates nuſquam diſſimulavimus, ſed offendicula omnia vel ſuſtulimus, vel bona fide indicavimus.

Annotationes in loca Scripturæ Sac. ex Volumine, quod inſcripſit *Ὕλην indigeſtam.*

ROm. II. 17. Ἐπαναπαύεσθαι τῷ νόμῳ ſingulari elegantia dixit Paulus de Judaeis ſic Mich. III. 11. ἐπὶ τὸν κύριον ἀναπαύεσθαι de impiis. Sic fere Olympiodorus in Phaedon. uſurpat: χρὴ τὰς διαλεκτικὰς νοήσεις ἢ ἀπὸ τῶν θείων ἄρχεσθαι αἰνιγμάτων, τὸ ἐν αὐταῖς ἀπόῤῥητον τῆς ἀληθείας ἀναπτυσσούσας, ἢ εἰς αὐτὰ ὁρμίζεσθαι, καὶ ἐπαναπαύεσθαι ταῖς ἐκείνων ἐνδείξεσιν, ἢ τὸ σὸν ἀμφότερον.

1. Cor. III. 15. σώζεσθαι ὡς διὰ πυρός. διασώζειν στράτευμα ſæpe Novell. pag. 342. de Duce, qui aliquo trajicit exercitum: & Leo in XIV. Conſtit. Milit. τότε ἐπιστρέψουσιν οἱ ψιλοὶ μετὰ εὐταξίας καὶ διελθόντες τὴν μέσην φάλαγγα ἀταράχως ἐπὶ τὰ ὄπισθεν διασωθῶσιν.

Gal. I. 16. προσανατίθεσθαι Sic fere Euſeb. pag.

pag. 65. b. προσανέχοντες αὐτῷ ὅια διδασκάλῳ ib. 87. b. ἀνατιθέμενος τοῖς ἀδελφοῖς. id. p. 3. ὅρκος εἶναί τι. de eo loquendi genere diximus ad Sveton. sed aliter apud Hebræos, ut Pſ. CII. 8. quo refer verba Suidæ in κατ' ἐμοῦ ὤμνυσον. V. Druſ. ep. 9. p. 28. & Obſ. VIII. 7.

2. Paral. 21. 29. וילך בלא חמדה Græc. καὶ ἐπορεύθη ἐν οὐκ ἐπαίνῳ. ita Vulg. edit. Romæ mutarunt οὐκ ἐν ἐπαίνῳ non probo. Notamus enim ad Dionyſ. Halicarnaſſ. de hoc Gr. loquendi genere ἡ οὐκ ἐμπειρία, quod & Hebræi uſurpant, ut hic nec dubium, Græcos ſic ſcripſiſſe.

Hebr. XII. 1. εὐπερίςατος ἁμαρτία obiter explicat Chryſoſtomus I. 667.

Eph. V. 3. πᾶσα ἀκαθαρσία οὐδὲ ὀνομαζέσθω. Sic loqvuntur Scriptores de iis, quæ valde abominantur. Dio Chryſoſt. p. 360. b. ςάσιν δὲ οὐδὲ ὀνομάζειν ἄξιον παρ' ὑμῖν, μήτε λεγέτω μηδείς. id. p. 3.

ἀπὸ μιᾶς Luc. XIV. 18. varie exponunt ſupplendo vel φωνῆς vel γνώμης vel βουλῆς. Fullerus Miſcell. putat eſſe Syriac. מחרה ſcilicet שעה hora, ſubito. Ego ſuſpicabar eſſe Græcam locutionem e circo petitam cum ſupplemento βαλβῖδος ut ſit ἀπὸ μιᾶς ſimiliter, pariter. Verſ. Syriac מחדר non diſſimilis phraſis ἐκ πρώτης in Chryſoſt. II. p. 683.

1. Cor. II. 4. οὐκ ἐν πειθοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις. Vulcanius ad Cyrill. putat corrigendum:

dum: quæ lectio fere exstat apud Greg. Nyssen. in tract. quem scripsit de Hexaëmero.

Jo. IV. 35. ἔτι pro ἤδη. Videtur absurdum, cum paulo ante pascha hæc dicantur. Loisellus probabat ita verti: Jam quartus est mensis, & instat messis, Cogitemus.

Jo. XII. 3. πιστικὴ νάρδος. Gr. πιστικὸς pro πιστός apud Cedren. πιστικώτατοι p. 545. 577. 596. 600. & 606.

2. Cor. XI. 33. Σαργάνη est κόφινος. Confer similem historiam apud Cedren. p. 545. & Zonar. III. 166.

Marc. IX. 18. ῥήσσειν verbum palæstræ, quod significat cum molestia dejicere & affligere humi. Chrysost. sic προσρήσσειν. Isid. Pelus. IV. ep. 108. ubi male interpr.

χελωνὶς Judith. XIV. 13. male hodie χετλωνὶς scribitur in nonnullis editt. Male Int. expon. stratum, quod falsum est ex v. 11. c. 13. Sed de Scriptura recte Stephanus monuit ex Hesych. & Suida emendanda, quod antea nobis pridem in mentem venerat: interpretatio autem petenda ex iis, quæ ad Sveton. notamus de pavimentis tessellatis.

Judic. XI. 39. Jephtham filiam suam non mactasse, sed mundo exemptam perpetuam virginitatem colere jussisse statuit p. 72. ubi inter alia ita: hoc verba Hebraica ita clare significant, ut mirum sit fuisse, qui aliter putarent.

Sed

Sed error inde natus, quod illa לא ידע איש *non novit Virum*, plerique Intt. non ad futurum tempus retulerunt, ut oportebat, sed ad præteritum, ut verterent *noverat*.

Pag. 66. obscurissimum ait esse locum Jes. VIII. 20. לתורה ולתעודה quem diligentius sibi intuenti non displicuisse sententiam C. de P. (*credo Card. de Perron.*) sic locum illum explicantis: præcedente versu eos reprehendit Jesaias, qui consulebant Pythones, nunc docet populum Israëliticum, unde petenda sint Oracula. Ad Legem, inquit, & Testimonium h. e. quin potius Deum consulitis Oracula dare solitum in parte templi, quæ appellatur דביר. Sane Junii versio longe aliter capit locum, & hoc argumentum planissime nobis eripit.

2. Cor. XII. 2. Pauli raptum in tertium Cœlum ita interpretatur Anastasius in Contemplationibus Anagogic. ineditis Serm. II. Ὅταν Παῦλον ὁρᾷς ἁρπαζόμενον ἕως τρίτον οὐρανὸν, πρῶτον οὐρανὸν τὸν ἀέρα εἶναι νόμιζε, κατὰ τὸ λεγόμενον, ἔγνωκα κατὰ πάντα πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. τουτέστι τοῦ ἀέρος. εἶτα δεύτερον λοιπὸν τὸν οὐρανὸν τῶν ἀστέρων, καὶ τρίτον τὸν ἀνωτάτων οὐρανῶν τῶν Ἀγγέλων. Καὶ γὰρ ἐν τῷ ἐξωτέρῳ μέρει τοῦ ναοῦ ἐστήκει τὸ πολὺ πλῆθος τοῦ Ισραὴλ, ἐν τῷ ἐσωτέρῳ δὲ μόνον εἰσίασιν οἱ ἱερεῖς, ἐσωτέρῳ δὲ τούτου τοῦ δευτέρου καταπετάσματος μόνος ὁ ἀρχιερεὺς, καθὼς ἐν τοῖς οὐρανοῖς εὑρήσει ἐν τῷ ἐξωτέρῳ μὲν καὶ πρὸς ἡμᾶς οὐρανῷ τῷ ἀερίῳ λέγω στερεώματι τὰ γένη συναναστρεφόμενα τῶν πτηνῶν

Idem

Idem hunc Anastasii locum affert, quo Mosen Scriptorem quidem sed non Auctorem facit Geneseos his verbis: Ηκουσα παρὰ Παύλου καὶ Στεφάνου τῶν Αποστόλων, ἀγγέλους εἶναι τοὺς τὸ βιβλίον τῆς γενέσεως ὑπαγορεύσαντας τῷ Μωυσῇ, καὶ τούτου χάριν οὐκ ἐπέγραψεν αὐτὴν εἰς οἰκεῖον ὄνομα.

Idem λόγῳ γ. συναγωγὴν πονηρὰν καὶ μοιχαλίδα Ιουδαϊκὴν vocat ἀντίχριστον καὶ τοῦ Θεοῦ ἀντίδικον.

Gen.II.26. Idem λόγῳ ς explicat quid sit creari κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν τοῦ Θεοῦ. Ait enim: τὸ μὲν κατ' εἰκόνα θεόκτιστον καὶ φυσικόν ἐστιν ἐν ἡμῖν. τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν προαιρετικὸν καὶ δι' ἐναρέτου πολιτείας ἐπείσακτον καὶ προσληπτόν. & post pauca: ὅθεν καὶ τοῦτο ἐσύλησέ τις τῶν ἔξω μωροφιλοσόφων ἐκ τῆς ἡμετέρας γραφῆς, φιλοσοφίαν εἶναι εἰπὼν ὁμοίωσιν Θεῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ ταύτῃ τῇ Μωσαϊκῇ ἐγκύψας ἱερᾷ γραφῇ.

Hebr. V. 7. Verba Petri δι' εὐλάβειαν obscura: sed observamus passim apud Olympiodorum in Platonis Phæd. legi Socratem usurpare τὸ ἴσως non dubitantem, sed δι' εὐλάβειαν. Idem exponens locum, ubi ait Socrates εἰ ἠνύσαμεν ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφές. Scribit οὐχ ὅτι ἠγνόει ὁ Σωκράτης καὶ διστάζων ταῦτα λέγει. ἀλλὰ τοῦτο διὰ φιλόσοφον εὐλάβειαν. φορτικὸν γὰρ τὸ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν.

Ex. DN. de St. Aldegonde ait se audivisse, quod Ps. XLV. 3. למצא עונו לשנא ita intelligat, ut dicatur de impio, placere illi si sciat vel ani-

animadvertat iniquitatem ſuam eſſe odio. Idem Gen. IV. 7. ita interpretatus eſt: numquid ſi facis bene elevare h.e. elevatio & jus primogenituræ, ſupple: tibi jure competit? ſin minus, ad fores ob peccatum cubans ſcilicet eris. Notabat iſtud שאת alibi ſe legiſſe de jure ac prærogativa, quam habeat primogenitus, cum רבץ de abjecto dici ſoleat.

Matth. V. 18. ἰῶτα ἓν &c. & Luc. XVI. 17. quid ſit κεραία ſubtiliter Intt. Vide Druſium Animadv. II. 60. nos aliter h. e. Simplicius & rectius ex uſu auctorum, Plutarchus pag. 2017. Clement Alex. p. 31. Philon. p. 675. Dionis Chryſ. p. 228. Halicarnaſſ. Tom. II. p. 115.

1. Theſſ. III. 3. τῷ μηδένα σαίνεσθαι. σαίνεσθαι & σαλεύεσθαι idem aliquando. V. Heſych.

Hebr. IV. 13. τραχηλίζειν.. Vid. Moſchopul. Puto eſſe verbum ſacrorum & dici de victima ad extiſpicium aperta.

Τόπος διθάλασσος Act. XXVII. 41. recte interpretatur Beza. Sed afferendus locus eſt, qui aperiat. Dio Chryſoſt. p. 83. de Syrti loquens: τοῖς δὲ κατενεχθεῖσιν οὐκ εἶναι τὸν ἔκπλουν δυνατόν. τραχέα γὰρ καὶ διθάλαττα καὶ ταινίαι μακραὶ μέχρι πολλοῦ διήκουσαι παντάπασιν ἄπορον καὶ δύσκολον παρέχουσι τὸ πέλαγος.

LXX. Intt. interdum, ut alluſionem faciant ad proverbia Græcorum, longiuſcule a verbis Hebr. recedunt, qua de re ad c. 23. Proverb. aliquid annotamus de duobus locis, quibus adde Abdiæ v. 18. καὶ οὐκ ἔσται πυρφόρος τῷ οἴκῳ Ησαῦ. Elegan-

gantiſſimam vocem שריר verterunt πυρφόρον. Vide Heſych. atque illud ne dubita, ſcribi male apud LXX. πυροφόρον & hallucinatus magnus Hieron. qui utramque lectionem cum haberet notam, poſteriori potius adhæſit. Sane male. Vide illum: alluſerunt autem Intt. ad proverb. Græc. ὐδ᾽ ὁ πυρφόρος ἐλείφθη, de quo etiam Erasmus 299. & Schol. Euripid. p. 188.

Cantic. Cantic. IV. 9. emendat legendo ἐν ἑνὶ καθέματι τραχήλων. De voce κάθεμα videri vult Athen. & in Gloſſar. Eleutherium κάθεμα περιδέραιον.

Pſalmum XII. percurrens & cum Hebr. contendens verſionem τῶν LXX. obſervabam in ſecundo verſu vocem κακὰ ex gloſſa eſſe, quæ poſtquam in contextum irrepſit, locus male diſtinctus eſt. Nam ita ſcribendum ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησε h. e. varium cor habuerunt. Verſu 7. θήσομαι ἐν σωτηρίῳ putet aliquis σωτηρία legendum, ſed & alibi ita σωτήριον poſitum obſervavi. Quod ajunt παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ in Hebr. eſt יפיח לו quod varie exponi poteſt. Vel *afflabit illi*, vel *dicet illi*, vel *illaqueabit illum*. Conſule Interpretes.

In v. 8. δοκίμιον τῇ γῇ quis intelligat? Sane Hebr. vox בעליל לארץ varie torquetur a doctis. Vide in עליל. Nondum inter doctos convenit, ſit ne τὸ ב radicale an ſervile. Quid eſt autem κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως? debebat ἑπτάκις dicere. V. 9. ait David תשמרם ſerva eos. LXX. φυλάξαις ἡμᾶς ſine dubio quemadmodum

dum ſequitur ſtatim תצרנו ita legerunt hic οἱ ό תשמרנו. Poſtremi verſus pars poſterior eſt obſcuriſſima & varie expoſita. LXX. eleganter hic uſurparunt ἐπολυώρησας quod eſt πολλῆς φροντίδος ἠξίωσας. Perplacet vero, quod mancipium illud Rom. Pontificis obſervat, LXX. pro זלות vilitatem aut crapulam legiſſe זלות a זלל quod eſt epulari vel epulas parare, etſi illi aliter expoſuerint.

1. Reg. I. de Davide calefacto ad mota virgine. Semper hoc mihi viſum eſt mirum, donec legi, quod ſcribit Galenus lib. V. περὶ ἁπλῶν φ. δ. Locus ita habet: ἴσμεν οὐδὲν οὕτως τῇ καταπέψει συντελοῦν ὡς ἀνθρώπειον σῶμα ψαῦον αὐτῆς καὶ τινες παιδία προστιθέμενοι νύκτωρ ἐναργεστάτης ὠφελείας αἰσθάνονται ἀναπαυόμενοι &c. illuſtris ſane locus & ad lucem ſacræ illius hiſtoriæ auro contra non carus. Legi primo libro extremo Hiſtoriarum magni Thuani hoc ipſum præcepto Medici Judæi factum in morbo Hariadeni Ahenobarbi, qui magnis rebus geſtis CPoli obiit 1545. Exſtat & vetus Inſcriptio R. in hæc verba: L. Clodius Hyrpanus vixit A. CXV. D. V. Alitus puerorum anhelitu. Refert obiter Cujacius ad Nov. p. 349.

Eccleſ. I. 6. κυκλοῖ κυκλῶν πορεύεται. Et prima & ſecunda vox male videntur ſcribi, an κύκλῳ κυκλοῦν πορεύεται; Sed profecto LXX. ſæpe verba appendunt nobis, ſententiam non multum curantes: Sæpe vero contra Græci ſermonis proprietatem peccant ut v. 10. οὐκ ἔστι πᾶν

προσφατον, pro ἐδὲν πρόσφατον. V. 15. obscuram vocem רעות expon. προαίρεσις, meo judicio infeliciter. Nec scio quid voluerint. Vide tamen Mercerum.

Cap. II. v. 2. τῷ γέλωτι εἶπα περιφοράν, quid hoc est? sane Hebr. מהולל varie accipitur, sed vox περιφορὰ nullum hic sensum reddit. Sic autem accepit & v. 12.

Cap. III. 17. σὺν τὸν δίκαιον καὶ σὺν τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ Θεός. Nota σὺν adverbium pro ὁμοῦ. Sic IV. 4. VII. 27. & 30. VIII. 8. 15. 17.

Cap. IX. 3. pro περιφορὰ dixerunt παραφέρεια, nisi est error, ut puto, pro περιφορά. Verum ita & X. 13. Atque omnino in hoc libello Ebr. הוללות sic semper exprimitur.

Initio c. X. mirum est, si θανατῶσαι scripserunt ὁ pro θανῶσαι. Ibidem σαπρίζειν est, quod dicimus gall. *Gaster*. διαφθείρειν. Neque enim in propria significatione accipitur. Alii Intt. σήπειν.

XI. 4. observa τηρῶν ἄνεμον & βλέπων ἐν ταῖς νεφέλαις ad lucem loci cujusdam epist. ad Atticum a nobis emendati.

1. Cor. VII. 21. Εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι &c. Chrys. p. 486. ad Corinth. τὸ εἰ καὶ explicat per *etiamsi*.

Pauli σκόλοπα 2. Cor. XII. 7. Chrys. ibid p. 925. exponit de ἀντικειμένοις ejus quod approbare mihi visus est Casaub.

Matth. XVI. 8. Chrys. p. 961. Petro, ait, pro

misi

misit Christus se τὰ θεμέλια τῆς Ἐκκλησίας ἐπὶ τῆς ὁμολογίας αὐτοῦ καταθήσεσθαι. Idem in Homiliis a Frontone editis p. 261. ita: ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεμέλιος ἡ πέτρα σαλεύεται. ἀλλ' ἐξ οὐρανοῦ τὴν Εὐαγγελικὴν ἄγκυραν ἔλαβον, καὶ τὴν πέτραν στερρὸν σεισμῶν. Cyprianus & Hieron. sæpe dicunt super Petrum fundari Ecclesiam. Baronius l. 170. omnes fere Patres hac locutione usos collatis eorum verbis docet, & omnino hic consensus Patrum & quod toties Dominus suas promissiones Petro quasi peculiariter adstringit, ostendunt, aliquam huic præ ceteris prærogativam honoris esse attribuendam.

Παραβουλεύεσθαι Philip. II. 30. In vetustissimis Codicibus est παραβολεύεσθαι. Scaliger quoque ita legit. Notum, qui sint παράβολοι in recentiorum Græcorum & Latinorum scriptis. Τύπος autem verborum in ευεσθαι frequens illis. Juvat nonnihil interpretatio Chrysost. 1269. αὐτὸς παρεβουλεύσατο καὶ ἐξέδωκεν ἑαυτόν. ita scriptum: sed verbum ἐξέδωκε videtur indicare scripsisse Chrysostomum παραβολ. Idem paulo post: ὅταν ἴδωμεν ἁγίους ἐν κινδύνοις, παραβουλευσώμεθα. Sed & hic lectio mutanda, si in superiore loco, & omnino si apud Paulum. Hæc pro lectione Viri ingeniosissimi. Sed pro recepta videntur hæc posse afferri. Libri opinor omnes ita scribunt. Adde quod eo verbo reperio usum alibi Chrysostomum, absque dubio non sine allusione ad h. l. Locus succurrit p. 512. & 1699. & 1465. μὴ πα-

ϱαβȣλευσάμϑυ@. Sane isti loco παραβȣλ. non convenit: nam omnino desideratur παραβολ. Loquitur enim de eo, qui præcipiti audacia se in pericula conjiciat. Anonymus περὶ κέρβου &c. καὶ ὡσάυτως δεῖ μικρόν τι παραβȣλέυσασθαι, καὶ πρὸς μάχην ὁρμῆσαι. Hesych. παραβαλλόμϑυ@. Vide omnino. Apud Fr. Lindenbrogium in Actis Pass. SS. Abdonis & Sennes: Et jussit eos introduci in Amphiteatrum, ut ferarum morsibus consumerentur. Et cum ut audacissimi parabolani ingressi fuissent, &c. In Astrampsychi lib. MS. legimus sæpius hæc verba: εἰ τιθεὶς παραβόλιον νικῶ. Et: θὲς παραβόλιον νικᾷς. Et: μὴ θῇς παραβόλιον, νικᾷ σε, vel potius, ut sæpius scriptum in aliis locis νικῶσαι. Affine ibidem: νικᾷς ἀγωνίζου ἕως τέλους, vel νικᾷς ἀγωνίζου ἕως θανάτȣ. Igitur θεῖναι παραβόλιον est ἀγωνίζεσθαι, παραβολέυεσθαι. In eodem Astrampsycho leguntur & hæc: Εἶπε τὴν δίκην, ἄρτι νικᾷς ἀγωνίζου. Unde licet suspicari, θεῖναι παραβόλιον & ἀγωνίζεσθαι in superioribus locis de pugna forensi accipienda. Ibidem θὲς παραβόλιον, νικᾷς καὶ κερδαίνεις. Et: θὲς παραβόλιον, νικᾷς καὶ ὠφελῇ. Et: θὲς παραβόλιον, νικᾷς καὶ ἔυθυμ@ ἔσῃ. Apud Cœl. Aurel. periculosa & φιλοπαράβολ@ p. 45. & 49. Syrus vertit per verbum בסר quod plane respondet verbo ἀφειδεῖν, in ea re poni solito, ut apud Plutarchum p. 1766. Facit huc apud eundem Plutarchum p. 1782. de elephantis, qui juberentur ϛάσεις ἵϛασθαι παραβόλȣς. Ita scriben-

bendum non κτᾶσθαι. Nota omnino, qui in istis arduis vincebant, παράδοξοι dicebantur. Plin. epp. p. 323. Remansit in lingua Hispanorum *parabolan*, qui Italis *charlatan*. Chrysost. p. 1284. ὁ παραβόλως ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις ἐκδιδοὺς, quod una voce demus παρακινδυνεύειν. ut Mauric. lib. 8. ἄνευ λυσιτελείας ἢ ἀνάγκης παρακινδυνεύειν οὐ χρή. Metaphrastes in Epimacho Martyre: φυλακῇ τὸν ἅγιον καὶ δεσμοῖς παραδίδωσιν, οἷα παράβολόν τι καὶ δρασὺ δεδρακότα.

Ezech. XVI. 16. εἴδωλα ῥαπτά LXX. videntur esse βωμοὶ κατάστικτοι, qui in honorem idolorum a Judæis exstruebantur. Plane fit idem ab iis, qui τὸν ὀβολιαῖον ἄρτον περιφέρουσι die illa, quam vocant ἑορτὴν τοῦ Θεοῦ, passim per plateas altaria excitant, auro & argento fulgentia & serico nitentia.

Ἐστὶ pro significat: Augustin. lib. de doctrina Christ. monet τὸ *est* sæpe in S. Scriptura significare τὸ *significat*. Artemidorus p. 35. Ἐστι δὲ τὰ πρόβατα οὐδὲν ἄλλο, ἢ ἄνθρωποι. p. 40. b. in fin. Ἔστι γὰρ ἡ γυνὴ ἤτοι τέχνη τοῦ ἰδόντος ἢ πραγματεία. Apud Aristoph. in Equitib. p. 200. exponitur Oraculum & pro eodem ponitur δεῖ & λέγει.

Luc. I. 28. κεχαριτωμένη. Vide de hac voce in histor. Debaræ p. 197. Drus. Obs. l. 13. c. 6. In salutatione Angelica certum est, male accipi hanc vocem ab iis, qui B. Virginem immodicis laudibus afficiunt prorsus in Dei contumeliam. Sane χαριτοῦσθαι non est idem ac πλή-

πλήρης πνεύματος. Hoc Christo convenit, quatenus est Deus eique tribuitur Jo. 1. illud B. Virgini jure tribuitur quam gratia a Deo cumulatam omnes fatentur pii. At rursus Viri boni, dum huic errori obviam ire cogitant nuperis versionibus suis nimis meo judicio enervant debitam Virgini Mariæ reverentiam. Quis ferat versionem novissimam Genevensium, *qui a été receue a grace*, quid jejunius dicerent de ea, quæ rea apud judicis tribunal pependerit diu, & ægre tandem gratiam invenerit? Nec Bezæ assentior: nos putamus verti debere, *repleta gratia*, qua versione & cavetur erroribus Pontificiorum, & honori B. Virginis cumulate satisfit. Adde quod insistitur vestigiis interpret. Syr. & Arab. quarum utraque usa participio verbi מלא. Illud non probo, quod Arabes participio eodem exprimunt τὸ πλήρης Jo. I. Nam aliud πλήρης χάριτος, aliud κεχαριτωμένος. Quanquam si de Christo, ut homine, accipias, non male Arabs. Beza male & Gall. versio, qui vim emphaticam verbi χαριτοῦσθαι elevant, cum verba illa in οῦσθαι sint ἐμφατικώτατα, & plenitudinem rei designent. Sic οἰνοῦσθαι oppleri vino, χρυσοῦσθαι obtegi auro, μουσοῦσθαι non leviter esse tinctum literis, sed probe imbutum & δευσοποιῶς. Plutarch. p. 2056. ad Coloten ἅτε πολυπράγματος αὐτὸς ὢν καὶ μεμουσωμένος. Sic ὑπνοῦσθαι non est levi somno esse correptum, sed somno penitus oppressum, ut in loco Herodoti de cæde

de Candaulæ p. 4. Sic χριϛιανοῦσθαι dicitur fieri Christianum: nam χριϛιανίζεσθαι minus recte rem exprimit. Itaque eo verbo recte usus Scaliger de Emendat. p. 485. Verbo χαριτοῦν utitur Greg. Nyssen. in serm. de Martyre Theodoro; τὸ μὲν ἁπλῶς ἀποθανὲν σῶμα &c. Achmed in Onirocrit. p. 7. διότι ἀπὸ Θεοῦ κεχαρίτωνται. sed locus Pauli ad Eph. l. 6. ita explicandus ubi nostri errant sanè. Rivetus, Vir eruditus p. 864. affert testem suæ interpretationis Chrysostomum in illum locum, quem ego fateor verbis favere in speciem, re plane e diametro contradicere contendo. Nam de inhærente gratia loquitur. *χαριτοῦν reddere gratum* male redditur: nam potest reddi gratum munus, quod verbis ornatur ab offerente, vel quod mittit amicus conjunctissimus, cum tamen ipsi muneri nihil propterea accedat, quod impium sit de B. Maria putare, quæ non solum aliena commendatione & merito Christi facta est grata, sed etiam donata est gratia inhærente, & vere impleta est gratia. Verba in ιζω & ουν aliquando idem, ut perspicue liquet in καταποντίζειν & καταποντοῦν. χρυσοῦν 4. Reg. 18. 16. est laminis aureis obducere. σαρκοῦσθαι de Christo: ϛεφανοῦν & ταινιοῦν donare corona & tænia.

1. Cor. III. 15. σώζεσθαι ὡς διὰ πυρός. Alibi habemus expositionem Scaligeri quæ perplacet. Est enim παροιμιῶδες & est ea locutio in usu omnibus linguis. Cicero in fragm. lib. de Con-

ſolat. *Non naſci longe optimum, nec in hos ſcopulos incidere vitæ. Proximum autem, ſi natus ſis, quam primum mori, & tanquam ex incendio effugere violentiam fortunæ.*

Mos Scripturæ τὸ δοκοῦν ἀντὶ τοῦ ὄντος λέγειν probatur ex Greg. Nyſſ. περὶ τῆς ἐγγαστριμύθου. ed. Front. Gr. Lat. p. 59.

Matth. II. 11. προσκύνησις Græci laxe uſurpant, & de civili cultu: Sic προσκυνητὴν νεαρὰν leges in aſſutis Novellis p. 21. & 22. & Juris Orient. Leuenclavii p. 272. Procop. Perſic. lib. 3. προσκυνεῖν de civili cultu καὶ τοὺς ἱερέας αἰδοῖ τε πολλῇ προσεκύνησαν καὶ τῇ ἄλλῃ φιλοφροσύνῃ ἐσπάσαντο.

Matth. VI. 11. ἄρτος ἐπιούσιος --- --- Arabs Int. ad mentem non vocem ſpectavit, cum redderet *panem noſtrum* ἐπαρκοῦντα. Sed Syrus, ut obſervat Caninius, habet ſic לחמן דמוחר quæ interpretatio confirmat eorum ſententiam, qui ab ἐπιοῦσα deducunt τὸ ἐπιούσιος. Idem olim ſenſit Athanaſius, cum ſcriberet p. 473. ἀλλαχοῦ τὸ ἅγιον πνεῦμα καλεῖ ἄρτον ἐπουράνιον, λέγων τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. Ἐδίδαξε γὰρ ἡμᾶς ἐν τῇ εὐχῇ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι αἰτεῖν τὸν ἐπιούσιον ἄρτον τουτέστι τὸν μέλλοντα, οὗ ἀπαρχὴν ἔχομεν ἐν τῇ νῦν ζωῇ τῆς σαρκὸς τοῦ Κυρίου μεταλαμβάνοντες.

Marc. IX. 49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται &c. Joſ. Scaliger non ille quidem corrigendum hic quicquam eſſe ait, verum illud affirmat, antiquiſſimum hic latere mendum quod omnia

fere

fere ſecula agnoverunt. Nam Paulum ſcripſiſſe πᾶσα πυρία πυρὶ ἀλισθήσεται, qua de re hæc ſunt ipſius verba in epiſt. ad D. Servinum Fiſci patronum: Le lieu de πυρία à la fin du IX. de S. Marc eſt ſi veritable, qu' on peut preferre cette correction a toutes les autres du monde: non que je veuille, qu'on a depravé l'Ecriture. Il eſt vray, qu' un Jeſuite, un Sophiſte, un ſciolus y contredira: Mais quoi? faut il pour cela denier la verité? Le mot de πυρία n' eſt point au LXX Interpretes de la Bible Grecque, mais ὁλόκαυστον au II du Levit. qui eſt bon. Mais l' Apotre, qui a tourné les paroles de Moyſe & non point ſuivi la verſion des LXX a trés elegamment tourné πυρία ce que l' Hebreu dit אשה h. e. ignitum ſacrificium, quod igne abſumitur. Car אש eſt πῦρ, אשה πυρία ignitio i. e. ignitum ſacrificium igni dicatum, quia totum igne abſumebatur, & propriè dicitur de omni oblatione, quæ igne abſumebatur præter pecudes. Nam victima, quæ igne abſumebatur, dicebatur עולה non אשה. Par quoi libum, quod igne abſumebatur, non potuit dici עולה ſed אשה & illud nunquam offerebatur ſine ſale. כל אשה ימלח item ſcriptum eſt πᾶσα θυσία ἁλὶ ἀλισθήσεται, quod idem eſt. At ego dico vobis: *Vos eſtis ſal mundi, in quo ſaliri debent omnia, quæ Deo offeruntur* i. e. boni mores &c. *Quod ſi vos, qui eſtis ſal mundi, inſipidi eſtis, quid erit præterea, quo ſaliri poſſit?* Comme le lieu de S. Marc eſt aujourd hui, il n' a ni rime ni raiſon.

Et ce γὰρ a fort mauvaise grace, rendant plus absurde la sentence. Car il attache à ce, qui a été dit auparavant, qui n'a rien de commun toutesfois avec la suite: puis apres quid est salire igne? Je scai tout ce qu'on en dit. Tout cela ne faut pas une nefle.

Act. XXVI. 24. Isocrates ad Dionys. scribens studia vocat σώφρονα μανίαν.

2. Tim. II. 16. & Tit. 3. 9. περιΐστασο: Erasmus *prætermittito*, Beza *cohibe*. Neuter bene: melius Vetus *devita*. Id Græcis est περιΐστασθαι hoc sensu, & hoc ipsum παραιτεῖσθαι dixit Paulus 2. Tim. II. 23. quare recte Syrus per verbum אשתאל quod est passivum vertit τὸ παραιτεῖσθαι. Lucianus in fine Hermot. τὸ περιΐστασθαι jungit verbo ἐκτρέπειν, & Josephus eo loco, quem citat Phavorinus jungit cum φεύγειν. Vide etiam Suidam. Est igitur proprié περιΐστασθαι declinare & circuitu effugere alicujus rei occursum. Nota, Chrysostomum 2. Tim. II. 16. legere καινόφωνον non κενόφωνον, etsi Syrus aliter. Ceterum de voce περιΐστασθαι cogita adhuc. Nam etsi superiora certa, tamen Chrysost. accepisse videtur pro *cohibere*, ut cum p. 1728. ait. μάχεσθαι καὶ μὴ πολλὰς τῆς ἀνδρείας περιΐστασθαι.

Αποτρέπου eodem sensu dixit 2. Tim. III. 5. At hac mente expono εὐπερίστατον ἁμαρτίαν ad Hebr. XII. 1. ut ibi notamus. Apud Athen. p. 675. περιστατέον pro fugiendum. Chrys. p. 1057. κωλύειν & παραιτεῖν pro eodem.

Versionem Tremelii N. T. Syriac. multis locis

cis non possumus probare, ut cum Matth. VI. 16. vertit: ne sitis atrati &c. non placet, quod vocem כמירין vertit *atrati*. Vox כמר in Niphal est denigrare, ut Thren. V. 10. Syrus hac voce eleganter usus est ad denotandum homines mœstos & turbatos, & vocem σκυθρωπὸς hac voce semper exprimit. Vid. Luc. XXIV. 17. ubi cum Tremell. vertat *tristes*, cur hic non idem facit? Nec recte vertit Beza per *tetrico vultu*; tetricitas enim in vultu est nota gravitatis vel naturalis vel affectatæ, & lætam etiam tetricitatem reperias. Lucanus ad Pisonem:

Talis inest habitus, qualem nec dicere mœstum
Nec Fluidum, læta sed tetricitate decorum
Possumus.

Quare recte Glossarium *tetricus* vertit αὐστηρὸς, σοβαρός, ἀξιόπιστ@ at σκυθρωπὸς idem est ac *tristis* & *mæstus*.

Verbum προσωποληψία ut alia multa Græca lingua debet Spiritui S.

Παρακαλεῖν in N. T. tria significat, *Hortari, consolari, docere*.

Thomæ distinctio vera: *fides justificat causative, opera justificant ostensive*.

Augustinus Enchirid. ad Laur. III. p. 193. *fides impetrat, quod lex imperat*.

Jam ante Christum doctores Ecclesiæ statuisse τὸν λόγον Patri ὁμοούσιον necessario sequitur ex eo, quod Jonathan plurimis locis τὸ יהוה vertit per מימרא ὁ λόγ@. Phra-

Phrasis *sola fide justificari* nititur similibus veterum locis apud Ambros. in Rom. III. Basil. serm. de humilit. Chrys. in Rom. III. 26. Hilar. in Matth. VIII.

ὁδὸς τοῦ Κυρίου, τῆς ἀληθείας sæpe in N. T. In Alcorano quoque religio Christi vocatur ὁδός. ὁδὸς ἀληθείας de religione Christiana passim Chrysost. I. p. 48. 4. & 49. 4. Sic apud Philosophos ὁδός est Philosophia ut p. 148. Protrept. Jamblich.

Ex illo Adversariorum Tomo, quem confecit Lond. 1610. de quo supra.

1. TIm. III. 15. de Ecclesia: hodie A. Melvinus mihi dicebat, se novam interpretationem commentum, quæ ipsi valde arrideret. Nam vult distingui ante στύλος, ut hæc dicantur de Christo, non de Ecclesia. Mira novitas!

1. Cor. VI. 4. βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τούτους καθίζετε; ita legit h. l. ἐρωτηματικῶς D. Decanus Paulinus Vir longe doctissimus & est singularis observatio.

Hebr. X. 5. τὸ σῶμα In Hebr. est *aures*: non *corpus*. Putat Decanus Paulinus, Vir doctiss. non inepte dici posse ortam hanc lectionem ex præcedentis literæ σ repetitione quum esset initio ὠτία, nam ex σ & ωτία facile fit σῶμα.

Psalm. LXXXIII. 12. in Hebr. est *sol* in Lat. *misericordia*. Putant Interpretes pro שֶׁמֶשׁ legisse

ſe LXX. שֶׁמֶן oleum. Sed hoc parum ad rem. Decanus Paulinus putat in Græco pro ἦλιος ſcriptum eſſe ἔλεος.

Act. XIII. 18. τροποφορεῖν in Actis videndum an legi debeat τροφοφορεῖν: nam manifeſte alluditur ad Deuter. I. hæc verba: ὡς τροφοφορήσει σε Κύριος ὁ Θεός &c. ibi eſt in Hebr. נשא & videtur eſſe bajulare more infantum lactentium. Exſtat & vox in Macchab.

Ἑτεροχωφεῖν inepte Siracides c. 19. ubi eſt notata alia γραφὴ ἐθελοκωφεῖν, quæ vox eſt Strabonis.

Ἐν ἡμέραις αὐτοῦ ἠλαττώθη ἀποδοχεῖον ὑδάτων. Sirac. c. 50. Scaliger ad Euſeb. ἐλαττώθη ex Ariſt.

Ibid. ὡς σελήνη πλήρης. ex ſequentium aliquot locorum comparatione ſuſpicor deeſſe aliquid.

Maccab. I. 3. ſub fin. καὶ ἐξεπέτασαν τὸ βιβλίον locus eſt corruptus.

II. 5. τοὺς ἐξελθόντας πάντας ἐπὶ τὴν θεωρίαν. Dunæus meus putabat, & hic & alibi apud Joſephum θεωρίαν eſſe ſabbatum.

Cap. XI. χρηματισμὸν videtur eſſe commonitorium legatis dari ſolitum.

Cap. XII. τῇ δ' ἐχομένῃ &c. Eruditus Dunæus recte emend[illegible] καθ' ὃν τόπον & χρείαν explicat pugnam.

III. Maccab. ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι. alibi in hoc libro ἐν χειρῶν νομαῖς pro ἐν χειρῶν νόμῳ.

Ex

Ex Tomo Adverſar. ε. p. 113.

SI dabit ὁ μέγας ἐν ὐρανῷ Θεὸς conjicienda ſunt in unam diatribam, quæ de Genealogia Chriſti obſervavi. Nam & nobiliſſimum argumentum eſt, & multa occurrunt notatu digna. Primo deſcribenda eſt utraque ſeries e Matthæo & Luca, ut factum eſt a nonnullis, Piſcatore in Matth. &c. Deinde brevi præfatione oſtendendum eſt, certam πληροφορίαν veritatis de certa origine ſervatoris non pendere a ſolutione quæſtionum, quæ incidunt in hoc ſubjectum. Si veri Chriſtiani ſumus, ſatis nobis eſſet vel unica Lucæ affirmatio I. 27. ἐξ οἴκου Δαβίδ. Hoc teſtimonium ſi exſtaret unicum in S. Scriptura, cui non ſufficeret Chriſtiano? quis jure potuit exigere a Spiritu S. ut Tabulas Genealogicas in medium afferret? Olim in Romano Senatu cum fidei ſuæ tabulas proferret Metellus Numidicus, totum Concilium ab earum contemplatione oculos avertit, teſte Valer. Max. p. 118. nos exigemus tabulas a Spiritu S.? Neque tamen ſine gravi cauſa propoſitæ ſunt hæ deſcriptiones ab Evangeliſtis eo tempore, quo hæc ſunt ſcripta. Facta eſt enim copia hoſtibus Chriſti Judæis explorandi veritatem illarum. Neque ego dubito, Judæos, ſi quid falſi potuiſſent reprehendere, fore id objecturos. Quod tamen non legimus eos feciſſe: itaque præſcriptum eſt adverſus poſteritatem Judæorum.

Veteres æque ac recentiores in hoc argumen-

mento multa non satis vera attulerunt. Veteres in eo errârunt, quod putarunt, duplex Christi genus describi, a Matthæo Regium, a Luca Sacerdotale.

Cainan apud Lucam interponitur inter Arphaxad & Sela: secus in Hebr. de quo fuse Toletus p. 263. & pronunciat contra Hebr. veritatem libere. Contra Torniellus A. M. 1694. damnat & Hebr. & vet. Int. & solos tuetur LXX. Beza facinus ausus illaudabile expunxit illum locum. Fr. Junius docte & pie & sancte tractat hanc quæstionem in Parallel. Sacr. LX. Parall. *Josias genuit Jechoniam.* Matth. I. 11. multi multa in h. l. Accurate Maldonatus, sed qui tamen turpiter labitur in explicatione particulæ ἐπὶ, quam vult poni pro *circiter.* Non enim tempus præcise denotari 36. annorum. prius ineptissime; at Junius felicissime desiderat τῆς ex usu Gr. Linguæ. Idem Maldonatus reprehendit Bezam, quod μετοικεσίαν verterit *transportationem* maligne simul & imperite. Nam transmigratio vox, quam ipse didicit e Calepino extare apud Sveton. & Livium, omnino inepta est ceu ipse Beza observaverat. *Transportatio* autem non minus latina vox est, & ita semper Scaliger, vel *deportatio.* Statuit differentiam inter גולה μετοικεσίαν & שבי αἰχμαλωσίαν, quod nihil ad rem facit. Hic quædam nota de vocibus ἀποικίζω, qua semper utuntur LXX. & μετοικέω, quæ mihi vox est ex corruptis locis orta, ut Jer. XX. 4. ubi μετοικοῦσι corrupte pro μετοικιοῦσι,

Ies.

Jes. XIII. 21. שעיר cum veteribus de *dæmonibus* interpretor, Junii versio, qui per *scopem* vertit, nulla est.

Act. XIV. 2. κακῦν ponitur pro *male affectum reddere*. B. putat esse τῶν ἅπαξ λεγομένων. Ego reperio illam vocem in ea significatione apud Pollucem p. 201. & Plutarch. in Alcibiade p. 372. paulo aliter.

Luc. XV. 16. quæritur, quæ sint ista κεράτια? Non est Græca vox, & Latina est ambigua. Vulgo pro eo accipitur, quod tegit legumina, puta fabas & id genus. Sed locus Plinii XV. 24. de arbore accipiendum esse videtur docere. Nam inter arbores siliquam ponit, & iterum Columella & alii. Notabis vulgatam interpretationem confirmari auctoritate veteris Interpretis. Horatius ad illud ep. 2. 1. Vivunt siliquis & pane secundo. Juvenal. ad illud Sat. I. *Sed laudem siliquas* &c. Meminit & Pers. Sat. 3. siliquis & grandi pasta polenta.

2. Maccab. IV. narrat auctor R. Antiochum instituendam curasse juventutem Judæorum moribus & institutis Græcorum, eumque constituisse Gymnasia, ubi, inquit, τοὺς ἐφήβους ὑπὸ πέτασον ἦγε. Junius *petaurum* vertit, de quo Festus & Gr. prorsus audacter & infeliciter. Ego puto jussos esse gestare pileum Macedon. istos adolescentes, quod exprimitur per petaurum. Vide Pollucem Hæc nos pridem raptim. Ex iis, quæ disputat. Vir doctissimus Faber intelliges, propius a veritate

nos

nos abfuiſſe, quam Junium cum ſuo petauro.

Ex Adverſar. X. 2.

1. TIm. V. 12. quid ſit ἀθετεῖν τ. π. π. hic quæritur: Calvinus in Comm. & Beza in notis plane in ſcirpo nodū quærunt, atque id eam ſolum ob cauſam, ne locum dent interpretationi Pontificiæ, qui votorum hic Monaſticorum aut ſimilium mentionem fieri putant. Nos hic intelligimus promiſſionem quandam a viduis fieri ſolitam, qua ſe miniſterio Eccleſiæ devovebant, at non ea forma, qua hodie fiunt vota. Nam apparet, liberum illis fuiſſe redire ad nuptias. Denique aliud πίςις aliud εὐχὴ aut votum Latinorum. At Calvinus, qui ad fidem in baptiſmo datam refert, errat. Ceterum in verſ. Gall. & notis optime hic locus accipitur, & in verſ. Ital.

2. Tim. III. 16. πᾶσα γραφὴ θεόπνευςος fatendum eſt, ſimpliciorem interpretationem eſſe, quam Pontificii probant, quæ etiam eſt Hieronymi & Veteris. Omnis enim Scriptura divinitus inſpirata eſt utilis. Plane Syrus ita vertit: Quare hic nolim contendere cum Pontificiis: etſi poſſum affirmare auctoritate Athanaſii, ita non obſcure accipientis p. 60. Tomi II. Poſſem dicere B. Chryſoſtomum ita expreſſis verbis accipiendum eſſe, ut accipit Beza, docere p. 1679. Poſſem alias rationes afferre. Sed eſto: Grammaticæ conſulatur; at ſenſui

quid inde deperit? annon dicit Paulus SS. scripturam reddere ἄρτιον? hoc autem est, perfectum; nam impie faciunt, & imperite, qui aliter interpretantur. Sic Augustus apud Sveton. ἄρτιος & ὁλόκληρος pro eodem accipit. Sic Syrus vocem vertit. Sic ipse Hieron. perfectum pro ἄρτιος posuit. Sed Syrus hoc amplius, quod de perfectione accipit etiam sequentem vocem ἐξηρτισμένος. Neque aliter aut Hieron. aut Chrysost. acceperant. De h. l. fusissime Rainoldus ad theses suas p. 306. sqq.

De Jo. V. 39. per imperativum vulgo lectum h. l. in Ecclesia Romana apparet vel ex Augustini sermone in hæc verba Tom. X. p. 171. 172. Tertull. p. 391. lib. de præscript. ita: *Secundum quod & alibi aperte: scrutamini*, inquit *scripturas, in quibus salutem speratis.* Hic duo notabis, ἐρευνᾶτε legisse modo imperandi, & illud δοκεῖν docte neglectum esse a Tertulliano. Observabis etiam, Bellarminum Tom. I. p. pr. plane illum locum ita ut nostrum capere.

Subjungam hic alias quasdam Casauboni observationes ex ὕλῃ indigesta.

Baronius in Martyrologio nos sæpe vocat *Novatores*, quo nomine JulianusConstantinum vocavit testeAmmiano p. 1594.

Ἄσημον pro argento etiam Rabbini ex Gr. dixere. Drusius aliquid ea de re. Vide etiamCedrenum p. 343. Hinc exponendus & emendandus est locus Cedreni p. 122. ἀσπάρεα ἀπὸ ἀσήμου καὶ χαλκοῦ πεποιημένα h. e. ex argento & ære

ære, & fortaſſe intelligit mixturam ex utraque materia. Sed tamen Suidas pro *ἀσήμου* habet *σιδήρου. ἄσημον* hodie Græcis eſt argentum. Vide Turco-Græc. p. 191. Caſaub. I. c. p. 1.

Notat ſæpe Hieronymus, LXX. ut qui eſſent Judæi, populo ſuo parcentes prætermiſiſſe multa, quæ ad Judaicæ gentis dedecus videbantur pertinere. Vide commentar. illius in Jerem. p. 304.

Μυστήριον pro Sacramento militari apud Herodian. *φυλάσσοντας τὸν στρατιωτικὸν ὅρκον, ὅς ἐστι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς σεμνὸν μυστήριον.*

Imprecari bono ſenſu uſurpat Hieron. in Sophon. p. 221. & 222.

Ut olim pagani homines, quos laudare volebant, dicebant ex eorum tumulo violas naſci: (vide Perſium Sat. I.) ſic homines Chriſtiani, quos vivos magni fecerunt de iis mortuis ſcripſerunt, eorum ſepulchra miraculis ornari. Id etiam de Laicis ſcriptum invenitur apud Gothofredum Viterb. de Henr. Claudo Imp. LXXXVII. poſt Auguſtum. Caſaub. p. 75.

Ibidem ait immortalitatem animæ ex Moſis locutione *colligi cum populo Dei* probari poſſe.

Præficarum uſus etiam apud Chriſtianos. Vid. Choricius Rhetor Gazæus in *ἐπιταφίῳ* ſermone, quem habuit in obitum Præceptoris ſui Gazæi. Meminit illius conſuetudinis Chryſoſt. in Matth. p. 306. Caſaub. p. 72.

Lingua peregrina in ſacris recepta apud quoſdam Moſcovitarum, quanquam plerique

Slavonica Lingua omnibus nota utantur. De Zychis, qui vulgo Ciarcaſſi dicuntur a Turcis, ſcribit hoc Georg. Juvianus Genuenſis lib. 2. Navig. Sed operæ pretium ſit videre locum in Jure Orientali p. 243. ubi proponitur hæc quæſtio: an Saraceni aliique barbari forte Chriſtiani neceſſe habeant Gr. L. uti quam non intelligebant. Reſp. ſua quemque lingua debere ἱερουργεῖν. Caſaub. p. 48.

Memini videre Chriſti προτομὴν in antiquiſſimo numo argenteo literis Syriac. inſcripto, qui erat Bezæ, ubi apparebat forma ejus auguſta. Veteres Hiſtorici accuratiſſimi tribuunt illi τὸ οὖλον καὶ τὸ ὀλιγότριχον, ut ex Suida apparet in voce εἰκὼ & in voce *Nero.* Adde Cedrenum p. 286. Niceph. Call. p. 89.

Solent Patres, cum hanc aut illam hæreſin refellunt, multa loquendi genera uſurpare, quæ ſi urgeas, longe erres & αἵρεσιν ἀντὶ αἱρέσεως parias. E. c. Dionyſ. Alexandr. Epiſc. contra Sabell. diſputans, qui τὸν υἱὸν ἠρνοῦντο καὶ τὰ ἀνθρώπινα αὐτοῦ τῷ Πατρὶ ἀνετίθεσαν, ut ſepararet Filium a Patre, in epiſtola quadam dixit ſic filium a Patre diverſum, ὥσπερ ἐστιν ὁ γεωργὸς πρὸς τὸν ἄμπελον, καὶ ὁ ναυπηγὸς πρὸς τὴν σκάφην, nempe ὡς ποίημα πρὸς τὸν ποιήσαντα. Hunc non deſtiterunt Arriani ſibi vindicare ὡς ὁμόδοξον. Itaque coactus eſt Athanaſius libro integro hanc Arrianorum technam refutare. Vide illum p. 430. T. V. Pagina autem 431. hoc vocat Athanaſius κατ' οἰκονομίαν γράφειν,

quod

quod etiam dicitur συγκαταβατικῶς, ut ſæpe Patres. De hoc more Sergius Ep. Conſt. ad Honorium Papam Rom. apud Baron. VIII. 402. de hæreſeos Monethelitarum origine. Vide & p. 406. & 407. Iſtud eſt, quod Baſilio dicitur ἀμετρία τῆς ἀνθολκῆς in ep. ad Maximum, ubi de Dionyſ. Alex. loquitur.

Idem Caſaub. p. 4. b. *de Euchariſtia veterum mentem ita exponit:* Illud ſane conſtat, qui noſtrarum Eccleſiarum doctrinam tuentur, ſæpe ex contentione parum magnifice de Sacratiſſimo myſterio diſſerunt. At contra Patres paſſim ut Chryſoſt. in Corinth. comment. φρικωδέστατον μυστήριον vocant. Et ait Chryſoſt. τοῦτο τὸ ἐν ποτηρίῳ αἷμα ὃν ἐκεῖνό ἐστι τὸ ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ῥεῦσαν. Vide totam diſput. quam putamus ſane accipi & poſſe & debere. Idem p. 567. vocat ἄρτον poſt participationem nedum poſt conſecrationem, σὺ ἄρτον ζωῆς λαβὼν πρᾶγμα θανάτου ποιεῖς. Ibidem vocat χριστὸν, quod non ſuccenſendum, ſed recte accipiendum. τὰ χείλη, inquit, ἐγένετο πρόθυρα τῇ ἐπιβάσει τοῦ χριστοῦ. poſtea τὸν χριστὸν ἔνδον ἔχεις. Vide & p. 1050. ubi ait eſſe corpus τοῦ ἄνω καθημένου.

Idem p. 9. b. *de eodem argumento:* Chryſoſt. homil. XL. in Acta Euchariſtiam vocat πνευματικὴν τροφὴν & in Orat. de Cruce μυστικὴν τροφήν. In Matth. p. 699. σύμβολα τὰ τελούμενα. Alibi πνευματικὴν θυσίαν. Theodoret. p. 235. de Providentia μυστικὴν τράπεζαν, πνευματικὴν τροφὴν & λογικὴν τράπεζαν vocat Chryſ. 1610.

 com-

comment in Corinth. ἤνωσά σε καὶ συνῆψα ἐμαυτῷ οὐχ ἁπλῶς μίγνυμαί σοι, ἀλλὰ συμπλέκομαι, τρώγομαι, λεπτύνομαι κατὰ μικρόν.

Idem p. 17.a. *objicit sibi* locum Chrysost. in Corinth. p. 532. 533. ubi dicit panem & vinum esse ipsum Corpus & Sanguinem Christi & ait quoque: τί γίνονται οἱ μεταλαμβάνοντες; σῶμα χριστοῦ. οὐχὶ σώματα πολλὰ ἀλλὰ σῶμα ἕν. *Respondet autem*; Vir pius & ceteri Patres, ut sanctius & φρικωδέστερον hoc mysterium nobis redderent, multa dicere, quæ necessario expositionis egeant. Sicut enim unio (de qua in citato loco) est mystica; ita participatio corporis Christi itidem est mystica.

Idem p. 45. a. Certum est, multos Patrum, cum non distinguerent satis diligenter inter naturam συμβόλων καὶ ὧν ἐστι σύμβολα, & credidisse & docuisse, vere inesse pani & vino Carnem & Sanguinem Christi, sed hoc confuse & sine ulla explicatione modi, quo putarent constare veritatem hujus Sacramenti. Adducit ibidem locum Chrysost. ex p. 520. ubi ait, factum sæpe, ut Scriptores Sacri βουλόμενοι τὸν τύπον ἐγγὺς τῆς ἀληθείας ἄγειν, τοῖς τῆς ἀληθείας ὀνόμασι κεχρημένοι ὦσι καὶ ἐπὶ τοῦ τύπου.

De Transsubstantiatione Pontificia p. 65. refert, quæ sibi dixerit Jo. Covetus. Monuit enim, quod Ordo sacerdotum dignitati suæ stabiliendæ libens insinuaverit in animos Laicorum, in sua potestate esse, ut Deum h. e. Christum faciat, consecratione nempe & vi illa, uti jactent, quinque verborum: *hoc enim est corpus*

meum:

meum. Quarę nuper in hac urbe (*ita pergit Casaub.*) Lusitanus Monachus palam pro suggestu ita disputabat: etsi summus honos B. Mariæ Virgini debeatur, majorem tamen Presbyteris deberi. Nam, ajebat planus ille, B. Maria semel Christum peperit, Presbyteri quotidie procudunt. Deinde illa novem verbis concepit, hi quinque tantum verbis opus habent.

In Anglia uxores Episcopis non interdictæ sunt ante annum 1102. Vide Cambdeni Angliam p. 163. Ex loco in assutis novellis p. 23. apparet, Episcopos habuisse uxores quas, cum fiebant Archi-Episcopi, rejiciebant. Athanas. p. 739. πολλοὶ τῶν Ἐπισκόπων οὐδὲ γεγαμήκασι, μοναχοὶ δὲ πατέρες τέκνων γεγόνασι. Ergo non omnes Episcopi cœlibes. In Canone 74. Concilii Carthagin. jubentur Episcopi κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους ἀπέχεσθαι γυναικῶν. Notat ibi Balsamon. σημείωσαι οὖν, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς παρούσης συνόδου εἶχον ἀποχρηματίστως τὰς οἰκείας γαμετὰς οἱ Ἐπίσκοποι. Quibus machinis ista evertentur? Apud Euseb. VI. 42. H. E. Chæremon Episcopus Nilopoleos εἰς τὸ Ἀράβιον ὄρος ἅμα τῇ συμβίῳ ἑαυτοῦ φεύγει. An non hæc illius uxor? Scio fore qui negent. Nos meliori jure illis frontem. Vide super hac quæstione historiam gravem, quæ temporibus Hildebrandi accidit apud Lamb. Schafnabrug. p. 157. b. Nota etiam p. 158. vocari conjugia Sacerdotum inolitam longo tempore consuetudinem. Vide & p. 184. b. & 185. & 233. ubi Presbyteri

ri conjugati memorantur. Canon. V. Apostol. pro hac sententia itidem facit, ad quem confer Zonaram & Balsamon. *Casaub.* p. 44. *Idem* p. 45. *pergit:* Nota Hieronymi locum. II. p. 32. qui est singularis. Synesius, cum creatus esset Episcopus, prædixit se uxore usurum, quod etiam fecit, ut patet ex ejus ep. 132. Vide etiam Novell. p. 432. & Jus Orient. p. 492. *Idem Casaub. alibi in hoc Volum.* ait Justinianum nonnihil ad instituendum & sanciendum Sacerdotum cœlibatum contulisse, cujus exstent multæ de Clericorum electionibus constitutiones, & in iis multa cura semper cœlibatus, adeo, ut velut in pœnam matrimonii sanciat, eum non posse creari Episcopum, qui habeat liberos, κἂν δῶρον ὦσι γάμου νομίμου. Quis non videt iniquitatem hujus legis? cui refellendæ vel hoc sufficiat, quod nova est: Ecclesia autem Dei moribus antiquis stat & sanctionibus. Itaque non defuit, qui hanc Constitutionem tolleret. Vide in Novell. p. 431. & 486. Quod autem per sanctiones Apostolorum fas sit Episcopos habere uxorem diserte testatur Chrysost. p. 1701.

Idem p. 14. a. Quid multa? partim pietatis zelus, partim περιεργία in rebus sacris hoc dogma procudit. Obliti sunt viri optimi verborum Pauli ἡ κοίτη ἀμίαντος. Legatur quoque Chrysost. p. 1520. 1569. &. 1570.

Idem p. 38. Clement VI. 1. 17. τῶν διαταγῶν ea est sententia, quod, si quis ad Episcopatum acce-

accedat ἄγαμος, nefas illi esse uxorem ducere, si uxoratus, debere abstinere a ceteris mulieribus ἑτέραις μὴ συμπλέκεσθαι, & ἀρκεῖσθαι ᾗ ἔχοντες ἦλθον εἰς τὴν χειροτονίαν. Hic vero ingenii vires exserit Turrianus, ut aliam afferat interpretationem. Svave inprimis est, quod manibus pedibusque contendit, scribendum ἣ ἔχοντες ἦλθον, quod tam φορτικὸν, ut pudeat legisse. At illum non puduit scripsisse: hæc quidem est ὅλη μανία.

Idem p. 76. ex Regio MS. satis antiquo Theodori γραπτῦ κατὰ Εἰκονομάχων notat auctorem acerrime propugnare εἰκονολατρείαν. Locum Græce ex libro affert, cui subjungit: Ex hujus igitur Doctoris mente imagines aptiores sunt ad docendum, quam ipsum θεόπνευστον Evangelium, ipsæque adeo sunt Evangelium. Nam hoc disertissime scribit. O durum os? picturas vocat ἱερὰς ἱστορίας. Apparet & doctum & ingeniosum esse scriptorem.

Idē p. 41. b. Augustinus de Visitatione infirmorum libro posteriore memorat solitam cruci addi quandam hominis patientis imaginem, sed libri illi sunt spurii. Gregor. Nazianz. p. 294. meminit imaginis δημοσίᾳ προκειμένης. Orig. contra Celsum p. 386. ait oportere Θεῷ μόνῳ λατρεύειν adde p. 385. 387. 400. Si quando Deus O. M. dederit de hoc argumento (de Cultu Imaginum) aliquid scribere, omnino diligenter expendenda est tota illa Oratio nobilissima Dionis de notitia Dei, ubi fundamenta

aperit omnium vanitatum, quas ἡ εἰδωλοποιΐα invexit, & ſimul, quomodo poteſt, patrocinatur ei veterum ſtultitiæ, ſed parce, & ut puto magis ad evitandam χριςιανισμȣ̃ ſuſpicionem, quam quod ita ſentiret.

Idem p. 48. b. Anguſtini ævo imagines in templis non fuiſſe patet ex ejus Commentario in Pſ. CXIII. p. 1307. & de Moribus Eccleſiæ Cathol. lib. I. p. 774. Idem Tomo III. p. 144. ait nefas eſſe Chriſtiano in templis collocare Dei Patris imaginem. Euſeb. H. E. VII. p. 76. notat ut rem raram ſibi viſas imagines & Chriſti & Apoſtolorum, quas ἐθνικῇ συνηθείᾳ pagani homines, beneficio ab iis affecti, feciſſent. Idem lib. III. de vita Conſtant. M. multis deſcribit magnificam templorum illius ætatis ſtructuram; de imaginibus autem nihil prorſus habet. Lampridius p. 997. diſerte ait, templa Chriſtianorum non habuiſſe ſimulachra.

Idem p. 42. Non fuiſſe apud veteres illum imaginum cultum, qui hodie obtinet, ex eo patet, quod objectum eſt Chriſtianis, illos *äeri preces fundere* quia ſcilicet ſimulachra non habebant. Vide Acta Pionii Mart. 2. 254. Fatetur etiam Auguſtinus Tom. IV. p. 377. ſolitos ſimul Chriſtum, Petrum, Paulum pingi, ſed ubi? in parietibus nempe: & omnino illuſtris eſt ille locus adverſus τȣ̀ς εἰκονομανȣ̃ντας· *Sic*, inquit, *errare meruerunt, qui Chriſtum & Apoſtolos non in Sanctis Codicibus ſed in pictis parietibus quæſierunt.*

In ejusdem Volum P. II. p. 10. affert locum Ana-

Anaſtaſii ex lib. I. Contemplatt. ejus Anagogic. inedit. notatu dignum de varia apud varias gentes diei ratione: Εἶτα φῶς καὶ πάλιν σκότος ἐγένετο, καὶ τοῦτο ἡμέραν κατωνομάκει Μωσῆς, ἀλλ' οὐ παρὰ πᾶσιν οὕτως ἡμέρα ἐπιμετρεῖται. ΒΑΒΥΛΩΝΙΟΙ μὲν γὰρ ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν τὴν ἡμέραν λαμβάνουσι, νυκτὸς οὐδ' ὅλως μνείαν ποιούμενοι, οἷα μὴ καθ' ὑπόστασιν οὔσης, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς γινομένης. ΑΙΓΥΠΤΙΟΙ δὲ ἀπὸ ἑσπέρας τὴν ἐπιφοιτῶσαν ἀριθμοῦσιν ἡμέραν ἕως αὐτῆς ἑσπέρας διὰ τὸ πρὸ τῆς τοῦδε τοῦ παντὸς διακοσμήσεως σκότος ὑποτίθεσθαι τοὺς κοσμογράφους, ὁποῖον δὲ σκότος ἢ αἰσθητὸν ἢ μὴ τοιοῦτον ὑπὲρ ἡμᾶς, κἀκεῖνός ἐστι νοεῖν καὶ διὰ τὸ νύκτα τε πάντων μητέρα ὀνομάζει. (Hic Caſaub. in margine monet locum eſſe mutilum) Ὅθεν οἱ Μυθικοὶ πρότερον ἀπὸ Λητοῦς τεχθῆναι Ἄρτεμιν φασιν εἶτα Ἀπόλλωνα. Τοῦτ' ἐστι ἀπὸ νυκτός. Αὕτη δ' ἂν εἴη Λητώ, καὶ γὰρ λήθη κατ' αὐτὴν καὶ ὕπνος γίνεται. Πρώτην τὴν οἱονεὶ ἀερότεμιν τεχθῆναι σελήνην, μεθ' ἣν καὶ ὁ Ἀπόλλων, τοῦτ' ἐστιν ὁ ἀπὸ ὅλων ἥλιος, ἵνα μὴ κατακαθαλώσῃ τὸ πᾶν. ΟΜΒΡΟΙ δὲ ἔθνος Ἰταλικὸν ἀπὸ μεσημβρίας εἰς μεσημβρίαν τὴν ἡμέραν ἐνεῖναι φασίν· οὐδὲ γὰρ ἐπὶ πάντων κλιμάτων ἴσον δρόμον διασώζει ἡ ἡμέρα. ἀμέλει τε περὶ τὰ βόρεια πελάγη καὶ τὴν Θούλην βραχυτάτη νύξ. ὅτε γὰρ ΕΓΓΥΣ (ita legerat Caſaub. quanquam dubius, ut monet in margine) πρὸς δύσιν ὁ ἥλιος γένηται, ὀλίγον τῆς αὐτῆς μείνας καὶ εὐθὺς κατὰ ἀνατολὰς αὖθις ὑποφαίνεται. ΑΘΗΝΑΙΟΙ δ' καὶ ΡΩΜΑΙΟΙ ἀπὸ Ἀνατολῶν μέχρι δυσμῶν τὴν

ἡμέ-

ἡμέραν ὁρίζονται ὡς ὁ ΚΑΤΩΝ φησὶ καὶ ὁ ΛΑ-ΒΕΏΝ.

Idem Anaſtaſius Serm. IV. tres νομοθεσίας ante Chriſti adventum fuiſſe ait eo loco, quem Caſaub. affert ibidem: Τρεῖς τινες ἐν ἀνθρώποις πρὸ τῆς ἐπιδημίας καὶ ἀναλάμψεως τοῦ χριστοῦ γεγόνασι θεοσεβείας καὶ θείας νομοθεσίας καὶ νόμοι καὶ τρόποι. Ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ἐν τῇ πρώτῃ κτίσει ὁ Θεὸς δέδωκε φῶς ἀμυδρὸν γνώσεως τῷ Ἀδὰμ, τὸν νόμον τῆς ἐντολῆς. Εἶτα κατὰ δευτέραν τάξιν μετὰ τὸν κατακλυσμὸν ἀνακτίζων τὴν κτίσιν καὶ ἀποκαλύπτων τὴν γῆν πάλιν ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ὑδάτων δίδωσι δεύτερον νόμον περί τινων ἐνταλμάτων καὶ προσαγμάτων τοῦ (forte τῷ) Νῶε, ὥστε καὶ διαθήκην ὀνομάζει τὴν πρὸς αὐτὴν νομοθεσίαν. Τρίτη δὲ λοιπὸν γέγονεν ἡ ἐν Σινᾶ νομοθεσία.

Anaſtaſio judice Serm. IV. homo ad ſimilitudinem crucis Chriſti formatus eſt: ὁ ἄνθρωπος inquit, σταυροειδῶς σχηματιζόμενος τὴν εἰκόνα, κατ' εἰκόνα Θεοῦ σταυρωθέντος χριστοῦ τυγχάνων τεσσάρων κεράτων τοῦ σταυροῦ προετύπωσε.

Idem eodem libro cœleſtia Signa ita accommodat ad perſonas ſacras. Lucam facit *leonem*, Marcum *bovem*, *arietes* τοὺς σπερματοβολοῦντας τὸν λόγον τῇ ποίμνῃ: *Sagittarios* τοὺς τῷ λαῷ προεστῶτας. *Lyram*, τὸν σοφώτατον Παῦλον. *Cancrum* Petrum: διττὴν γὰρ πορείαν ὁ νοητὸς ἥλιος ἐν αὐτῷ ἐπορεύετο, τὴν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. Intelligit autem prædicationem Evangelicam apud Judæos & Gentes. *Septem planetas* τοὺς ἑπτὰ Διακόνους διὰ τὴν πρὸς τὸν λόγον ἀντέρησιν. Οὗτοι γὰρ

γὰρ ἐν τῷ στίζειν τὸ πλῆθος τὸ ὑπὸ τῶν ἄλλων διδασκόμενον, ἵνα μὴ καταπέσῃ διὰ τὴν ἀνάγκην τοῦ σώματος ἀντήρεδον τὸν λόγον ὑφ' ἑτέρων διδόμενον.

De crucis uſu in ſignando apud veteres Caſaub. l. c. p. 21. a. ita ex Chryſoſt. hom. IX. in Acta. Εἰσὶ πολλοί, οἱ ἐν βαλανείοις εἰσιόντες ἅμα τὰς θύρας ὑπερβῆναι σφραγίζονται. Τοῦτο οἶδεν ἡ χεὶρ καὶ μηδενὸς κελεύοντος ἀπὸ τῆς συνηθείας ποιεῖ. Πάλιν λυχνοῦ ἀφθέντος πολλάκις τῆς διανοίας ἑτερόν τι σκεπτομένης ἡ χεὶρ τὴν σφραγῖδα ποιεῖ. Conferri jubet Cujac. ad tit. Cod. 8. lib. pr. Tertull. c. 3. de Corona Milit. Exſta etiam Chryſoſt. Oratio, qua hortatur Chriſtianos, ne eos pudeat ſigni crucis. Pars eſt Homiliæ LV. in Matth.

Idem p. 18. *vocem ἀντίτυπον operoſe interpretatur.* Magna, *inquit*, quæſtio de hac voce: memini Epiſcopum Ebroicenſem oſtendere mihi locum Nicetæ p. 562. qui ἀντίτυπα τοῦ σώματος τοῦ χριστοῦ explicabat prolixe, ut ſint quaſi ſigilli ἐκμαγεῖα diverſa quæ idem re ſint & numero ſolum differant. Ceterum vocem hanc varie obſervamus accipi. Itaque loci conſiderandi Autorum. Sæpe Anaſtaſius utitur: Εἴτις βούλοιτο ὥσπερ ἐν μέσῳ τούτων τῶν δύο ἡμερῶν σκοπεῖν λέγω δὲ ἐκείνης τῆς ἕκτης ἡμέρας, καὶ τῆς ἐν ᾗ ὁ δεύτερος Ἀδὰμ χριστὸς ἑκουσίως τὸ πάθος ἔπαθεν, εὑρήσεις ταύτας ὥσπερ ἀπαραλλάκτους τινὰς ἀντιτύπους καὶ ἰσοφυεῖς δύο εἰκόνας ἀλλήλας μιμουμένας. Deinde voce ἀντίτυπος eximia quædam inter duo corpora

pora similitudo notatur, at non declaratur unquam eo verbo ἀυτότης duarum substantiarum, nec aliquis unquam locus afferetur, ubi vox ἀντίτυπος ad designandam essentiæ ταυτότητα usurpetur. Αντιτυπεῖς ὀσίαι Dionys. Areopagita p. 70. & p. 57. ἀντιτυπία. Αντίτυπα dicuntur, quæ non sunt ἀρχέτυπα h. e. exemplaria ejusdem rei, eundem typum referentia. Τύπος est figura aut res alteri similis; sic ait Artemidorus p. 81. b. τύπους ἐν τῇ συνηθείᾳ καὶ τέκνα καλοῦμεν. Exstat vox ἀντίτυπος apud Æsch. p. 96. apud Epiphan. p. 197. agnus paschalis dicitur ἀντίτυπος Christi. Anastasius Serm. IX. Εν τῷ Δευτερονομίῳ ἐν ταῖς εὐλογίαις ταῖς τοῦ Μωυσέως, αἷς προεφήτευσε ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ὡς ἀντίτυπον καὶ ἀντίδικον χριστοῦ τὸν Αντίχριστον εἰσάγει προφητικῶς ὁ θεῖος Μωσῆς. In Scholiis ad V. 14. Διαταγῶν Clementis fuse explicatur hæc vox, adeo ut putem omnes, qui postea de hoc argumento scripserunt inde esse mutuatos: *ita Causab.* p. 38. l. c.

Idem p. 28. *de superstitioso ignis abusu locum affert* ex Theodoreti Quæstion. in libr. Regum MSSt. πῶς νοητέον τό. διήγετους υἱοὺς αὐτοῦ ἐν πυρί; ὁ μὲν τώσηπος ἔφη. καὶ τὸν ἕνα αὐτοῦ υἱὸν ὁλοκαύτωσε τῷ Βαάλ. ἐγὼ δὲ οἶμαι τὸ μέχρις ἡμῶν φθάσαν τῆς πλάνης εἶδος τὸν λόγον αἰνίττεσθαι. εἶδον γὰρ ἔν τισι πόλεσιν ἅπαξ τοῦ ἔτους ἐν ταῖς πλατείαις ἁπτομένας πυρὰς καὶ ταύτας τινὰς ὑπεραλλομένους καὶ πηδῶντας, οὐ μόνον παῖδας ἀλλὰ καὶ ἄνδρας, τὰ δέ γε βρέφη παρὰ τῶν μητέρων φερόμενα

μάτα δὶα τῆς φλογὸς ἐδόκει ἤ ἀποτροπιασμός τις εἶναι καὶ κάθαρσις. Ταύτην οἶμαι καὶ τοῦ Ἀχὰζ γεγεννῆσθαι τὴν τιμωρίαν. *Ex adverso hujus loci scripserat*: de hoc more multa Scaliger p. 713. de Emend. Temp. ex Concil. in Trullo habiti can. ξε liquet, superstitionem hanc obtinuisse. Ita ille: Τὰς ἐν νουμηνίαις ὑπό τινων πρὸ τῶν οἰκείων ἐργαστηρίων καὶ οἴκων ἀναπτομένας πυρκαϊὰς, ἃς καὶ ὑπεράλλεσθαί τινας κατὰ τὸ ἔθος ἀρχαῖον ἐπιληροῦσιν ἀπὸ τοῦ παρόντος καταργηθῆναι προστάσσομεν. Vide omnino Balsamonem in illum locum.

De *Arcani disciplina* hæc affert veterum loca. Zenon. Veron. serm. de continentia, Ambros. IV. p. 343. Cyrilli Catechef. in prologo & in adjecto jurejurando. Epiphan. p. 136. hæreticis objicit, audere illos Sac. Eucharistiam celebrare ante Catechumenos. Philotheus Patriarcha: πιστεύομεν εἰς Πατέρα καὶ υἱὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον, ὁμοούσιά τε καὶ ὁμόδοξα ἐν οἷς καὶ τὸ βάπτισμα τὴν τελείωσιν ἔχει ἔντε ὀνόμασι καὶ πράγμασιν. οἶδας ὁ μυηθείς. Vid. etiam Epiphan. p. 492. Cyrill. in Proph. p. 412. Theodor. in dial. p. 7. 8. & 38. Augustin. VIII. 1286. docet ea ἀπόρρητα esse de coena Domini. Chrysost. p. 688. Comment. ep. ad Cor. ait se non posse perspicue exponere locum (βαπτισμ. ὑπὲρ τῶν νεκρῶν) ne cogatur εἰς τοὺς ἀμυήτους ἐκφέρειν τὰ ἀπόρρητα. Adde tomum a Front. ed. p. 400. 647. 796. 798. & 900. Sic. p. 1013. ἴσασιν οἱ πιστοί. add. p. 1480. & 1550. sic p. 1865. ἴσασιν

οἱ

οἱ μεμυημένοι. Idem p. 872. καὶ αὐτοὶ ἐπιψηφίζονται καὶ ἐπιβοῶσιν ἅπερ ἴσασιν οἱ μεμυημένοι. οὐ γὰρ δὴ θέμις ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἀμυήτων ἐκκαλύπτειν ἅπαντα.

Omnes Christiani Clerici, omnes Sacerdotes laxa significatione. Vid. Cujac. ad Feud. p. 472. Chrysost. p. 1292. Comment. in ep. ad Cor. omnes Christianos provocat contra Episcopos malos, quia sint omnes διδακτοὶ Θεοῦ. Λαϊκὸς ἱερεὺς in Jure Orient. p. 258. videtur opponi Sacerdoti, qui sit Monachus. Sic opponuntur μοναχὸς ἱερωμένος & ἀνιερὸς ut apud Blastarem. Λαϊκός ἱερεὺς passim in Photio & Balsam. Laici sunt & ipsi Sacerdotes κατά τι ait Hieron. II. 136. & 137. Ibidem p. 139. etiam Laicis ait permissum baptisare. Clem. διαταγ. VIII. c. 33. ὁ διδάσκων ἢ καὶ λαϊκὸς ἢ ἔμπειρος δὲ τοῦ λόγου καὶ τὸν τρόπον σεμνὸς διδασκέτω. ἔσονται γὰρ πάντες διδακτοὶ Θεοῦ. Adeo iniquum est Ecclesiæ nomen Clero proprium facere, ut sæpe legamus, Episcopos e medio populo factos, idque jus esse voluit Justinianus p. 314. Novell. Chrysost. p. 872. ad Corinth. ait populum in quibusdam συνεργεῖν τοῖς ἱερεῦσι in aliis pari cum illis jure censeri. Idem in sequentibus Laicos vocat λαὸν & τοὺς ἀρχομένους. Vide etiam p. 1703. Electi omnes Sacerdotes Ambros. V. 567. Euseb. H. E. p. 63. & 74. b. Laicis excommunicandi vim tribuit Zonaras in ep. 35.

Non omnes Christianos esse ἱερεῖς Isidor. Pelus. 493.

Pelus.

Simoniæ vestigium est apud Chrysost. Tom. III. p. 793. ubi queritur dignitates Ecclesiasticas esse pretio addictas suo tempore. Sic enim ait, φθόροι εἰσεπήδησαν εἰς τὰς Εκκλησίας, ὠνηταὶ γεγόνασιν αἱ ἀρχαί. μυρία ἐντεῦθεν τίκτεται κακὰ καὶ οὐδεὶς ὁ διορθούμενος, οὐδεὶς ὁ ἐπιτιμῶν. Improbat illud Justinian. p. 22. Novell. οὐδὲ χρημάτων, inquit, ὠνήσασθαι τὴν ἱερατείαν αὐτοῖς συγχωροῦμεν. Adde Nazianz. in Orat. Funebri in Basil. T. I. p. 335. Ambros. de dignit. Sacerdotali c. V. Justin. in Novell. p. 39. ἀργυρολογεῖν τὰς ἀρχάς πάσης ἐστὶ πονηρίας προοίμιόν τε καὶ πέρας. Idem in Novell. p. 170. tollit. ἐμφανιστικὰ sive ἐμφανίσματα h. e. insinuationes, quæ a novis Clericis solebant exigi. Huc etiam pertinent αἱ συνήθειαι sive τὰ ὑπὲρ συνηθειῶν dari solita a Patriarch. & Episcopis, de quibus in Novell. Justinian. p. 306.

Chrysostomi doctrinam de Justificatione idem p. 12. b. *edisserit ita*; Chrysost. quibusdam videtur τὸ πρῶτον αἴτιον salutis humanæ parum habuisse exploratum. Ego puto eum de Justificatione & causa salutis recte sensisse, quod vel ex eo loco appareat, ubi p. 1557. commentar. explicat, quomodo Christus sit nobis ἀντίλυτρον. Sed cum videret Optimus Vir depravatam hominum vitam, putavit, e re esse plurimum in doctrinam de regeneratione & bonis operibus incumbere. Caute lege p. 1647. Idem p. 1730. eleemosynam vocat φάρμακον ἁμαρτημάτων,

σμῆγμα τῦ ῥύπου τῆς ψυχῆς. p. 1738. τὸ μὴ μνησικακεῖν vocat ὁδὸν λύσεως ἁμαρτημάτων. Pag. 1781. de morte Chriſti parum Theologice philoſophatur. Idem adverſus Judæos p. 185. recte docet ex Paulo, Chriſtum ἀπὸ χάριτος μόνης δικαιῶσαι τὸ γένος ἡμέτερον. p. 1632. explicat copioſe, quid ſit beneficium mortis Chriſti: p. 1739. πολλαὶ inquit. ὁδοὶ αἱ καθαρεύουσαι. quæ nos a peccatis liberant: p. 1760. videtur λύτρον noſtrum facere eleemoſynam & bona opera & ita in Act. homil. 21. ubi hom. 25. ait ναὶ οὐκ ἔστιν ἁμάρτημα, ὃ μὴ δύναται ἐλεημοσύνη καθαρίσαι. ὃ μὴ δύναται σβέσαι. πᾶσα ἁμαρτία κατωτέρα ταύτης ἕστηκεν. *Caſaub.* p. 12. a. *ait* Chryſoſtomum dum ſtudioſius verſatur in commendando pietatis & largiendi ſtudio, ſic interdum loqui, quaſi cauſam ſalutis noſtræ ſtatueret bona opera. Multa reperies in illo generis hujus, quæ puto mollienda potius eſſe interpretatione, quam exagitanda ſic p. 1274. ait potuiſſe Deum dare Apoſtolos & Epiſcopos, nullius rei indigos, ſed noluiſſe, ne periret populo ſua ſalus. ἀλλὰ σοῦ, inquit, ἡ σωτηρία ἐξεκέκοπτο, quaſi per hæc opera bona quæratur ſalus. Sic ſtatim: ἵνα δυνηθῇς σωθῆναι.

Purgatorium quidam Patrum non agnoſcunt, ut de Gregor. Nazianz. alibi notamus. Quidam agnoſcunt, ut Gregor. Nyſſ. quem ſcimus in multis ſecutum eſſe Origenem: vide eum ἐν λόγῳ εἰς τοὺς κοιμωμένους, ubi καθαρσίου πυρὸς meminit. Suſpicor equidem, totum hoc

hoc dogma e ſchola Platonica in Eccleſiam primum eſſe translatum. Præterea meminerimus, purgatorium ignem neque Origenis neque Gregorii Nyſſ. neque aliorum Græcorum ullam affinitatem habere cum eo quod eſt fundamentum tot Miſſarum, tot indulgentiarum, totius denique culinæ Papalis. Nos vero Adverſar. δ p. 259. notamus, quam longe aliter ſenſerint plerique veterum ex Græcis & Romanis. *Ita Caſaub.* p. 37. a. *qui in eodem volumine alibi de Cyrillo ait*: Videtur clare deſtrui purgatorium a Cyrillo Concil. Epheſin. p. 167. ubi dicit animas hominum ante Chriſtum ſubiiſſe receſſum telluris, & impleviſſe ᾅδου ταμεῖα, poſt Chriſtum non adiri ᾅδην, ſed animam ſequi Chriſtum.

De deſiderio Catechumenorum, quo ferebantur in Sacramenta idem hæc p. 43. a. In Gloſſario ſcriptum ſic: *deſiderat* λειτουργίας τελετή. Cum hæc inepta ſint, varie docti emendant. Junius *deſidera*, & vult deſideram a deſidendo dictum. Utinam tacuiſſet, aut melius exiſtimationi ſuæ conſuluiſſet. Joſ. Scaliger ſcribit *deſiderata*, & explicat ex Tertulliano lib. *de ſuſpiriis epoptarum.* Eum vide in Catullum p. 171. Mire placet nobis ea conjectura, quam & veram eſſe perſvaſi ſumus. Juvat unice locus Chryſ. p. 741. Juvat & proverbium apud Plutarchum p. 848. ὐδεὶς ὀδύρεται μυούμενος. (Simillimum eſt Hebr. proverb. apud Fagium præfat. in Berſchit.) quo pertinent & quæ diſputat. p. 2020,

σμῆγμα τȣ̃ ῥύπου τῆς ψυχῆς. p. 1738. τὸ μὴ μνησικακεῖν vocat ὁδὸν λύσεως ἁμαρτημάτων. Pag. 1781. de morte Christi parum Theologice philosophatur. Idem adversus Judæos p. 185. recte docet ex Paulo, Christum ἀπὸ χάριτος μόνης δικαιῶσαι τὸ γένος ἡμέτερον. p. 1632. explicat copiose, quid sit beneficium mortis Christi: p. 1739. πολλαὶ inquit. ὁδοὶ αἱ καθαρεύȣσαι. quæ nos a peccatis liberant: p. 1760. videtur λύτρον nostrum facere eleemosynam & bona opera & ita in Act. homil. 21. ubi hom. 25. ait ναὶ ȣ̓κ ἔστιν ἁμάρτημα, ὃ μὴ δύναται ἐλεημοσύνη καθαρίσαι. ὃ μὴ δύναται σβέσαι. πᾶσα ἁμαρτία κατωτέρα ταύτης ἕστηκεν. *Casaub.* p. 12. a. *ait* Chrysostomum dum studiosius versatur in commendando pietatis & largiendi studio, sic interdum loqui, quasi causam salutis nostræ statueret bona opera. Multa reperies in illo generis hujus, quæ puto mollienda potius esse interpretatione, quam exagitanda sic p. 1274. ait potuisse Deum dare Apostolos & Episcopos, nullius rei indigos, sed noluisse, ne periret populo sua salus. ἀλλά σȣ, inquit, ἡ σωτηρία ἐξεκέκοπτο, quasi per hæc opera bona quæratur salus. Sic statim: ἵνα δυνηθῇς σωθῆναι.

Purgatorium quidam Patrum non agnoscunt, ut de Gregor. Nazianz. alibi notamus. Quidam agnoscunt, ut Gregor. Nyss. quem scimus in multis secutum esse Origenem: vide eum ἐν λόγῳ εἰς τȣ̀ς κοιμωμένους, ubi καθαρσίου πυρὸς meminit. Suspicor equidem, totum

hoc

hoc dogma e ſchola Platonica in Eccleſiam primum eſſe translatum. Præterea meminerimus, purgatorium ignem neque Origenis neque Gregorii Nyſſ. neque aliorum Græcorum ullam affinitatem habere cum eo quod eſt fundamentum tot Miſſarum, tot indulgentiarum, totius denique culinæ Papalis. Nos vero Adverſar. δ p. 259. notamus, quam longe aliter ſenſerint plerique veterum ex Græcis & Romanis. *Ita Caſaub.* p. 37. a. *qui in eodem volumine alibi de Cyrillo ait*: Videtur clare deſtrui purgatorium a Cyrillo Concil. Epheſin. p. 167. ubi dicit animas hominum ante Chriſtum ſubiiſſe receſſum telluris, & impleviſſe ᾅδου ταμεῖα, poſt Chriſtum non adiri ᾅδην, ſed animam ſequi Chriſtum.

De deſiderio Catechumenorum, quo ferebantur in Sacramenta idem hæc p. 43. a. In Gloſſario ſcriptum ſic: *deſiderat* λειτουργίας τελετή. Cum hæc inepta ſint, varie docti emendant. Junius *deſidera*, & vult deſideram a deſidendo dictum. Utinam tacuiſſet, aut melius exiſtimationi ſuæ conſuluiſſet. Joſ. Scaliger ſcribit *deſiderata*, & explicat ex Tertulliano lib. *de ſuſpiriis epoptarum.* Eum vide in Catullum p. 171. Mire placet nobis ea conjectura, quam & veram eſſe perſvaſi ſumus. Juvat unice locus Chryſ. p. 741. Juvat & proverbium apud Plutarchum p. 848. οὐδεὶς ὀδύρεται μυούμενος. (Simillimum eſt Hebr. proverb. apud Fagium præfat. in Berſchit.) quo pertinent & quæ diſputat. p. 2020,

Ex quo constat paganos ad mysteria sua hilares & gaudio exsultantes accedere solitos. Quod cum per errorem ab istis fieret, Christiani vere & jure usurparunt in illo præsertim veteris Ecclesiæ Zelo, cum omnia piorum dicta & facta ad pietatem referentur, cujus hic maximus in terra fructus ἡ κοινωνία τῆς ἁγίας τραπέζης. Puto igitur & κοινωνίαν dictam esse *desideratam* & ei actioni proprium fuisse verbum *desiderare*. Nam qui accedebant ad S. Mensam panem sumturi dicebant, *desiderare* se illum, testantes, has formulas se esse meditatos & animis paratis eo venire. Neque dubito, formulæ originem fuisse e verbis Domini nostri qui Luc. XXII. 15. actionem illam divinam inchoans ait ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα. Tertullianus ita capit verbum *desiderare* lib. II. ad Uxor. c. 4. & 6. Non possumus istis locis aliter exponere τὸ *desiderare*, quam ut diximus, nisi cui placeat non ad eam, quæ proprie Cœna Domini dicitur, esse allusum, sed ad agapas veterum. Vide etiam quæ notamus in Exc. Ambrosii, nam illi *gratia desiderata* appellatur ἁγνὴ ἡ τελετή. Ante omnia vide locum Chrysost. ex Orat. ad populum Antioch. ed Angl. p. 158. ex quo apparet, proprie de celebritate Paschatis eam vocem usurpari. Dionys. Areopag. τοῖς ἀγῶσιν ὡς θείοις ὁ τελούμενος ἐπιβήσεται χαίρων. Quædam disputat in hanc sententiam Philo Judæus p. 68. Catechumeni & Competentes diu manebant suspensi prius quam ad

ad Sacramenta admitterentur, ac videntur mox baptiſati etiam ad S. Cœnam fuiſſe ſoliti admitti. Itaque *deſiderata* appellatione utrumque Domini Sacramentum poſſis complecti. Inſignis locus Auguſtini lib. de fide & operibus p. 60. Etiam Gregor. M. vocem *deſider.* ita accipit ep. p. 839. Chryſoſt. Tom. I. p. 71. Catechumenos hortatur ad hoc deſiderium ſuſcipiendum. Ambroſ. in re Sacrament. ita capit verbum *deſider.* Tom. IV. p. 365. Catechumenis, dum erant in exſpectatione Communionis, dabatur Sal. Vid. Pithœus in Gloſ. Capitul p. 77. *Deſiderium Sacramenti* pro communicatione ipſius Sacramenti habitum patet ex veteribus.

Antiocheni & plerique in Oriente ἀναφορὰν vocant Liturgiam: de Antiochenis id teſtatur locus Anaſtaſii Sinaitæ de Sacra Synaxi. Vide Baron. VIII. 165. Exſtat & Anaphora D. Baſilii, quam e Syriaca L. in Lat. transtulit Andr. Maſius, qui diſerte adnotat eam vocem in Syr. L. & Eccleſiis, quæ illa utuntur, hodie retineri. Ratio nominis in illis verbis N. T. poſita: ἀναφέρομεν θυσίαν. Porro ea ſive Anaphora ſive Liturgia Baſilii collata a nobis cum Græca edit. parum omnino conuenire eſt reperta. Acceſſit deinde alia editio Arabica Romæ nuper verſa, quam neque cum Gr. neque cum Syriac. edit. congruere animadvertimus. Quare, qui tantopere illi tribuunt, doceant me velim, quomodo idem ſcriptum po-

teſt cenſeri, quod parum adeo conueniat in tribus illis lingvis, Gr. inquam, Syr. & Arab. Caſaub. p. 39. b.

Idem. p. 5. b. ridet illos, qui *Ecclesiam* pro *templo* dicere nolint, cum tamen Chryſoſt. diſerte p. 563. in Corinth. τὸν τόπον dicat ἐκκλησίαν. Adde p. 1484. & in Novellis p. 187. ἐκκλησίαις κινδυνεύσαι καταπεσεῖν. Vide Fulleri Miſcellan. II. 9. Sic προσευχαὶ locus, ubi convenitur ad preces Joſeph. p. 645. & 739. συναγωγὴ de locis.

Idem p. 8. b. obſervat, Chryſoſt p. 962. in Cor. diſtinguere inter συγκαταβαίνειν & δογματίζειν. Hoc eſſe docere aliquid neceſſario credendum aut faciendum: illud accommodantem ſe infirmitati alienæ aliquid remittere. Huc pertinere ait diſcrimen inter κελεύειν & γενόμενον συγχωρεῖν p. 984. Chryſoſt. etiam vocat οἰκονομίαν.

Quæſtio illa, corpuſne an anima majorem peccati ſuſtineat culpam, præclare tractatur a Greg. Palama, diſertiſſimo Patre, & Chryſoſt. p. 1064. in Corinth. qui videtur cauſam animæ facere deteriorem.

De ignorantia docta multa Seneca. Chryſoſt. etiam p. 1155. οὐδὲν τῆς ἀμαθίας ταύτης σοφώτερόν ἐστιν, ἐν οἷς οἱ μὲν ἐπαγγελλόμενοι μηδὲν εἰδέναι σοφώτατον, οἱ δὲ περιεργαζόμενοι ἀνοητότεροι πάντων εἰσί.

Chryſoſt. p. 1844. Commentar. ὁ νόμος ἐκεῖνος τὰ πολλὰ ἄνομος ἦν & Homil. χ in Acta

ὐ γὰρ ὅσον φιλοσοφίας τὸ μέσον καὶ γραμμάτων (intellige primam literaturam) τοσῦτον τῆς Ιυδαικῆς πολιτείας καὶ τῆς ἡμετέρας τὸ διάφορον, ἀλλ' ὅσα ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων. Conſtat & ſexcentis argumentis probari poteſt, mores paganorum in Chriſtianiſmum irrepſiſſe: hoc vocat Baſilius Seleuc. Ἑλληνισμὸν χριστιανισμοῦ προσωπείῳ κρυπτόμενον. De Novendialibus & aliis feralibus epulis e ritu paganico Lipſ. ad Tacit. p. 145.

Nic. Faber, Vir harum rerum peritiſſimus, de βδελύγματι Laurentano interrogatus, an aliquid de eo legiſſet, nihil ſe inveniſſe dixit Thuano. Caſaub, p. 41. b.

Subjungam hic ex Tomo β Adverſariorum *Punicas Voces ad ſuam originem revocatas.*

BOno omine incipiamus a Sanctiſſimo nomine Chriſti משיח Meſſias. Auguſtinus Tomo III, p. 95. ait, convenire cum Punica lingua, ut pleraque omnia lib. 2. contra literas Petiliani Donatiſtæ. Ergo משח etiam Pœnis eſt ungere. De affinitate Linguæ Hebr. & Punicæ idem Auguſtinus in Pſ. CXXXV. ſerm. XXXV. in Evangel. Lucæ notat idem, *Mammon* Punice eſſe lucrum, ut *mammona* Hebr. *divitias.*

Bal ait Servius Punica lingua ſignificare Deum p. 230. Hebr. eſt בעל quod in ſacris literis idolum

lum significat. Apud Syros est Dei nomen & fere cum cognomine ut *Bahalpeor*. *Carthago* Hebr. קרת contignationem fecit.

Byrsa ineptum est, quod Græci somniant: melius Scaliger putat esse Bytzra quasi βύσρα a בצר munivit.

Sufes Consul, summus Magistratus Carthagin. Festus. Hebr. est צופה? Επίσκοπος.

Mappa: Cæsar pro elephanto. *Gadira*: Gadir sermone Punico est sepis. Solinus c. 25.

Nomina Propria ut Hebr. multa sunt in *al* desinentia: Sic Jerubaal in *bal* sic *Maherbal*, innuit celeriorem Deo secundante. Asdrubal, Hannibal, in quo nihil intelligo, nisi quod videtur *Hannibal* a חנן compositum. Pœni habent etiam חנון Hanno, חנה Anna. De Asdrubal & Hannibal Scalig. Emend. Temp. p. 277. Apud Plautum in Pœnulo male, ni fallor, legitur p. 626. muthum balle pro Muthumballe est enim nomen compositum, ut cetera similia.

Mosgaba, ὕψωμα. שגב ἄιρω, tollo in altum.

Procopius diserte lib. IV. ait sua memoria locutos esse Phœn.

De affinitate Punic & Hebr. L. Hieron. III. 222.

De Phœnicum Lingua constat, fuisse Hebr. ex Vocibus, quæ habet Euseb. Præpar. p. 22, 23 & Hieron. in Jes. p. 34.

In his tribus vocibus apparet Pœnos solitos צ vertere in ס vel ש *Sur* pro צור Tyrus: sic *suffes*, *bursa*.

Σί-

Σίκλος. mensuræ genus apud Histenos, qui didicerant a Pœnis. Athen. p.331.

In Plauti Pœnulo hæc animadvertebam Punica ex Hebr. L. vocabula.

Pag. 626. ed. Dousæ ait Hannonem appellans Pœnus Pœnum Milph.

Ano, cujates estis? Lego cum Aldo *Avo*, & interpretor, salvete, valete. Radix est אוא quæ vox Hebr. significat *desiderare*, *avere*. Punice forte alio sensu *avere*, *salvere*. vel est a חוא q. d. *vivite*, Deus vos servet. Sic apud Dion. in veteri formula ζήσειας. Utut sit typus purus putus Chaldaicus. Nam in hujusmodi verbis quiescent. א״ נ ponitur in imper. plur. ו pro י sic מְלֹּו implete. Adspiratio illa densa ח aliquando perit.

Respondet Pœnus.

Hanno muthum balle beccha] ex interpretatione hujus versus, quæ est apud Plautum ibi statim, puto hæc ita exponenda & legenda: *Hanno Muthumballe becathrego* aut potius *mecathrego*. h. e. *Ego sum Hanno, Muthumbalis filius ex Carthagine*. Vocem *Hanno* antea exposui. *Muthum* puto male separari a seq. voce *Balle* vel *Balbe*. Videtur enim compositum a בעל, ut alia, de quibus ante. Prior pars sit non a מות Hebr. quia nemo libens usurpat mentionem mortis, nedum pro nomine suo nomen mortem significans sibi imposuerit. Sed a Syriaco מתן *exspectare*, *cunctari*. Unde est מתינות pedetentim. At si quis contendat, separatim esse legendum,

con-

concedam, ut sit formula loquendi de mortuo, q. d. ὁ μακαρίτης, ὁ μοίρας αἰωνίου λαχών. Syrorum vox est מתרמא *aeternus*.

Sequitur *becha edre*, quod corruptum esse ex interpret. apparet. Latet enim hic nomen *Carthago*. Ea urbs compositum nomen habuit *Carthago* vel *charta do*. Nam τὸ δ servatur a Græco in Καρχηδών. Videtur in hac correcta lectione exstare sive *do* sive *go* scribas ea vox, significans *novus*. Nam Carthago significare καινὴ πόλις conjicio ex Stephano & Eustath. qui scribit & hanc in Africa & illam in Hispania fuisse appellatas alio nomine Καινὴ πόλις. Appellata etiam Carthago Κάδμεια: q. d. urbs Orientalium, vel eorum, qui ex Oriente venerant. Hac appellatione voluerunt posteris in memoriam revocare originem suam, ne putarent se Afros αὐτόχθονας: vel fortasse arx aliqua fuit ad Orientem urbis sic dicta, ut arx Thebarum. Κακκάβη etiam dicta est, quod ἵππου κεφαλὴν significat, de qua voce nihil monere queo.

Sequitur *anech* vox Carthag, pro אנכי Hebr. *ego*. Nomen pro verbo Substant. Φρασις Hebr. Mox lege *Poe. Ava.* Mil, salutat. Poe *doni*. De *avo* diximus. Rescripsimus *doni* pro *dourni*. Nam ludens mox Milphio indicat ita dixisse & mox quoq; ita scriptum est *donni*. Est autem *donni* pro *adoni* אדני vel in plur. אֲדוֹנַי Ita videntur alios salutasse Pœni. ut Latini *Domini*. Hebræi quoque ea voce utuntur vel פלוני אלמוני. Sequi-

Sequitur *Ano donni* Scribe *Avo*, ut supra vel *Ave*, ut sit sing. *Doni* sis lege, non *donni*. Sed *Avo doni* salvete Domini, ut in Virg. *vos o Calliope*. Sic mox loquitur Milphio idem: *tamen qui Zonam non habes, quid in hanc* &c. Respondet Pœnus: *me bar bocca.* Nihil pronuntio: id tamen sequens jocularis propositio Milphionis docet, voces hic scriptas longe abiisse ab hoc sono *Mescari boucca* h. e. εὐοδία sive εὐδοχία αὐτῷ καί σοι ישר Syr. *placuit* inde משרא placitum, εὐδοχία. *boucca* corruptum ex *bouca* illi & tibi ב pro ל. Initio putabam *Mebarecca* aut simili aliquo modo scribendum a ברך sed prior sententia verior.

Ad Actus V. principium p. 524 inducitur Hanno Punice loquens. Utinam haberemus verba ejus, ut erant a Plauto relicta. Assequeremur aut omnia, aut pleraque omnia. Nam quod vulgo non observant, Punicorum versuum sequitur Latina interpretatio, quanquam a fine videntur desiderari versus quidam Latini. Id ita esse probat consvetudo poëtarum, qui id solent facere, quando forte barbarum in scenam introducerent.

Notata Is. Casauboni ad oras Annalium Baronianorum, quæ alterius manu in Volumine quodam majori erant descripta.

A. C. XXXIV.

§. 237. *De electione Matthiæ*) quam aliter Euse-

Eusebius in eadem re Histor. Eccles. III. p. 11. b.

239. *Videas ex his Petrum*) longe aliter Basilius p. 392.

280. *Habentur hac certa fide*) nugacissima historia & futilissima ac stultissima Recitatur infra Tom. V. p. 485. b. infra p. 317. ait, eam totum Christianum orbem recepisse.

291. *Jac. Alphæi cognom. justus*) Mentiris. Vide Barlaam p. 205. Euseb. H. E. p. 11. b.

Ibid. ex Chrysost. citat. *si quis a me percontaretur*) longe aliter Græca. Vide locum p. 928. & omnino Exc. Chrysostomi p. 19. b. ubi notat omnium Apostolorum ἐπιείκειαν, qui loco cesserunt Jacobo, non unius Petri.

A. C. XXXV.

§. 2. *Nunquam vel a Philone*) vide iterum infra p. 499. ubi docte, hic indocte. Vid. Philon. p. 709. Nota & Josephum p. 426. & Itinerarium Benjaminis & Iren. p. 324. Hieron. de Scriptor. Eccles. in *Petrus* dicit, Petrum prædicasse Evangelium τῇ διασπορᾷ Judæorum per Asiam & Pontum. Expende locum Josephi p. 426. sed ante omnes vid. Jos. Scaligerum in Euseb. sive Canones Isagog. 278. ubi breviter rem expedit docta distinctione. R. Abraham meminit hujus διασπορᾶς nominatim Babylon. Medicæ, Græcæ & plurium aliarum.

Dicti inveniuntur dispersi) puerile & fatuum argumentum. Veruntamen ego non ausim affir-

affirmare, διασποράν in illa Petri epistola esse illas veteris populi reliquias; nam & διασποράν esse factam post Stephanum apparet, & mirum sit, populos remotiores tam cito accepisse Evangelium. Apud Joan. VII. 35. διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων h. e. nationes Græcæ. *Vide notas.*

§. 25. *Relinques exemplo doctrinam*) nota fraudem & confuta: quam stulta hæc!

§. 26. Ad locum Josephi de Samarit. ubi Baron. intelligit Simonem) expende: ego non assentior; nam Epiphanius nihil de ea re.

A. C. XXXVI.

§. 2. Locus Chrys. τριάκοντα πέντε ἐδούλευσε) locus est in edit. Savil. Tom. V. p. 994. Addendum ἔτη, quod omnino notandum. Passim ita peccatum.

§. 7. *Rursumque Judæi rebellant sub Nerone*) Omittit bellum post ἅλωσιν Pompejanam gestum, annis 26. expletis, ait Scalig. ad Canon. p. 326. Historia belli est apud Josephum p. 686. & Dion. p. 273. Potest autem dici a Romanis factum, quod Herodes fecit copiis Romanorum.

§. 8. *Id facile accidere potuit*) absurde: hic mortuus erat ante 200. annos A. M. 3786. circiter.

A. C. XXXIX.

§. 6. *Sed honoris cum sciret*) vid. Raimund. contra Hartum p. 83. Est frivolum argumentum ab honore ad potentiam. Paulus invi-

invisit Petrum. E. Papa Romanus ludet coronis Regum. Pompejus quando Asiæ præerat cum summo imperio, invisit Posidonium teste Strabone, an Posidonii major potentia? Cæsar invisit Ciceronem ut est in Epistolis ad Atticum.

§. 8. *Factum est autem ut Petrus*) hic magnam vim faciunt parasiti Papæ: tu considera loca, ubi διέρχεσθαι & διαπορεύεσθαι dicitur de Paulo, ut Act. XV. & XVI.

§. 10. *Tamen quia præfectura Alexandri*) hic dicit ex instituto Reip. quod verissimum: at p. 360. ex jussu Petri & p. 461. quia jussu Petri fuit institutum, quod ridiculum.

§. 16. *Sed ejus potissimum requisitam esse auctoritatem*) nugæ pueriles.

Sed accipiendum est sic a Petro) pudet me harum ineptiarum.

§. 26. *Dum pertransisset universas*) confer quæ scribit Chrysost. de Paulo quia περιήγει ἅπαντας ζυνεχῶς præf. coment. ep. ad Ephes. ed. Basil. p. 4. *Vide notas.*

A.C. XLII.

§. 35. *In quibus Josephus a Philone discrepat*) si diligenter legas Philonem & Josephum facile solves hæc omnia, & Josephum excusabis.

XLIV.

§. 10. *qui causam irarum Agrippæ*) considera Act. XII. 20. ridebis has ineptias. Nam ait ἦν θυμομαχῶν. Jam igitur causa iræ erat contra-

cta

cta, & quidem apparet, fuiſſe cauſam politicam, non religionis.

Eamque fuiſſe cauſam exiſt.) Tu diſce ex Joſepho p. 602. f. veram cauſam quæ fuit ludorum in honorem Cæſaris celebratio. Sed id pertinet ad eam profectionem Agrippæ Cæſaream de qua (ibi) Joſephus: At hæc alia videtur eſſe.

§. 17. *De Symbolo*) Symboli appellatio Iſid. II. c. 22. primam quidem rationem, quod ſinguli Apoſtoli Symbolas in illud contulerunt, puto ridiculam. II. *voce militari*: puto eſſe verum poſſe. III. *exemplo religionum paganicarum*: puto eſſe veriſſimum. Vid. Clement. Alex. &. Firmicum contra gent. Nota, in Synodo V. Oecumen. edit. Rom. p. 523. 526. ſymbolum ſive anathema: Nota eadem verba Tom. IV. ed. Rom. p. 680. *V. not.*

§. 39. *Ceterum Auguſtinus videtur profiteri*) minime profitetur. Nam male capit verba Auguſtini. Sane Simonem Zelotem peragraſſe totam Africam ſcribit Nicephorus.

§. 57. *Ad citata ex Juſtino de Simone Mago*) cogita de hac hiſtoria. Nam quod Juſtinus p. 273. ait de tributa huic Simoni poteſtate ὑπεράνω πάσης &c. id ego valde dubito. Nam quis Hiſtoricorum, quis Poëtarum, quis omnium auctorum meminit. *Vide notas.*

§. 60. *Sed his quaſi levibus non attendendum*) ſane hæc levia ſunt & indigna Viro gravi. Nam

Nam si hæc propter adventum Petri contigerunt, cur non dixerunt pagani, propter eandem causam factam esse famem, de qua mox.

§. 78. *Ignatius igitur*) Hæc epistola non est ex istis septem, quæ habent testimonium Eusebii & Hieron. Quomodo autem tot dignitates illis temporibus, cum temporibus Apostolorum aut nulla essent templa, aut parum ornata.

XLV.

§. 19. *Scimus eundem Hieron.*) Baronius interpretatur hunc locum de urbe quatenus sedes imperii est & multarum divitiarum. Sed si legisset sequentia, aut potius non astute dissimulasset, vidisset agi ibi de Ecclesia Romana.

§. 32. *Verba Hier. de S. Paulo: divinorum sensum*) Petrum opus habuisse interprete, si donum lingvarum acceperat, clarum dictu videtur, de Paulo vero longe durissimum. Quid? an non ille satis grande suæ peritiæ Græci sermonis documentum dederat Athenis, cum in Areopago divinam illam concionem habuerit.

§. 35. & 36. ad interpretationem Baronii τοῦ *loqui novis linguis*) hæc omnia absurda, aliena, indocta: γλώσσαις λαλεῖν nescit quid sit.

Qui tam multa dicat de Intt. omittit locum Epiphanii p. 465. ubi & usus ostenditur & modus.

XLVI

XLVI.

§. 38. *Marcus Græce vel Lat. scripserit*) Ad statuendum de hac quæst. multum juvabit attenta observatio dictionis Marci, quæ, si quid ego judico, nativa, non translationem sapiens. Certe si Lat. scripsit, eam nos hodie versionem non habemus. Ceterum ex illa collatione apparet manifesto, Lat. versionem esse expressam e Græco. Nota in subscriptione vers. Syr. dici expresse, Marcum locutum esse & evangelizasse Romane. *Vide notas.*

§. 39. *Non tantum non promisit*) quanta fallacia! Suetonius de judicibus loquitur.

Quos Gr. loquentes) non magis post edictum Claudii, si quid ejusmodi Claudius edixit, quam osculantes sese pœna est secuta post edictum Tiberii.

Unde Juvenalis) plane contrarium ejus, quod vult Baronius, elicitur ex verbis Juvenalis.

§. 41. *Prudens Lector qui Gr.*) hic nota, quæ observata habes: nam hoc dictum est stulti hominis, non sobrii. Nota: Bellarminus l. p. 85. hoc ponit de scriptione Lat. ut rem certam.

XLVII.

§. 2. *Sed temperantius agimus*) quasi vero hæc satis explorata!

§. 11. *Cur a Luca Sergius?*) Vana quæstio soluta Dioni p. 355. Confer Strabonem: nam videtur confundere antiquam administrationem cum ea, quæ fuit sub Imperatoribus. Sub

Imperatoribus duæ erant initio provinciæ veræ Proconsulares Asia & Africa. Dio p.342.

§. 13. *Rogantur ab his, qui*) notat Oecumenius, Paulum & Barnabam Synagogam ingressos σχήματι Ἰεδαίων &c. quod puto verum. Sed hoc amplius, puto eos habitu Doctorum esse usos, ut nanciscerentur occasionem habendi sermonis. Quis fuerit mos Synagogarum, disce ex Philone p.467. & 601. Josepho 946.

§. 14. *invitatusque in sequens Sabbatum*) at Interpretes vertunt, quasi legissent εἰς τὸ ἑξῆς σάββατον vel εἰς τὸ μέλλον ἑξῆς σάββατον, quod mox τὸ ἐρχόμενον. Videtur esse Hebraismus ut usurpatur Juchasin 154. 6. v. ult. Vel potius esse, quomodo accipitur Habac. III. 2. ut nostri exponunt. Sed vide Scalig. Emendat. Temp. p.523. ubi fuse & Plessacum ex illo Eucharist. p.27.

XLVIII.

§.3. *reversus illic iterum*) non hoc dicit Lucas Act. XIV. 20.

§. 14. *Sed hæc cum dicimus*) vide æstum hominis, cui sua conscientia suggerebat, falsa esse ista omnia, & qui tamen amplecti serio veritatem nolebat.

§. 30. *Fuit ejusmodi Magistratus*) hic duo notanda: primo, quam levi & nulla de causa hæc h.l. dicat: nam quid hoc ad historiam? deinde quam vere alabarchas dicatur salis præfectus. Erat enim Ethnarcha, ut observatum Turnebo Adversar. XXVII. 15. Omnino errat Baronius. Sed

Sed an Alabarchæ dici queant Ethnarchæ, nescio. De Ethnarchis Judæis apud Alexandrinos Josephus p. 598. de Alabarcha Alexandrino idem p. 616. de voce ipsa Jos. p. 74. Innocent. lib. 1. de myster. Missæ c. 6. τὸν ἄρχοντα ait vocatum fuisse Arabarcham. *Vide notas.*

A. C. LI.

§. 29. *Nam præ excellentia ipse Christus*) En quo affectus nos rapit! ut probet, gloriosiorem fuisse titulum Petri quam Pauli, ait ipsum Dominum nostrum dictum esse διάκονον περιτομῆς præ excellentia h. e. ad majorem Christi honorem. Quare vult Baronius Christo aliquid honoris accessisse ex eo titulo, quod pene impium est. Certe alia fuit causa: nam propterea dictus est διάκονος περιτομῆς, quia Evangelium prædicavit Judæis, non & gentibus. Si ratio habenda est honoris, ad Judæos non ad Christum honorem pervenisse dicendum est. Idem in Cantico Simeonis appellatur φῶς ἐθνῶν, δόξα Ισραήλ. Aut etiam ad Deum, ut versu præcedente dicitur.

Apostolatus nobilior) Contrarium plane Chrysost. in Acta p. 817. Vide Tom. V. p. 403. Nota, quod alii contra, cur Paulus Petro aliquando præferatur, causam reddunt, quod Apostolatus Gentilium erat nobilior. Vide Justinian. in Paulum p. 40. Whitackerum docte de Pontif. p. 255.

§. 36. *Quomodo enim inquiunt*) Uter peccarit,

cum Paulus Petrum reprehendit, an neuter? Omnino peccavit Petrus, quicquid disputet Baronius, cujus industriam satis mirari non possum. Sed ignoscat mihi Paulo potius credenti. Nam quid sibi volunt verba illa? κατεγνωσμ. ἦν item illa οὐκ ὀρθοποδεῖν &c. An hæc nullius peccati significationem habent? Tota quæstio pendet a doctrina de comparatione officiorum & eorum quæ vocantur περιστατικά. Simplex doctrina erat: legalia esse omittenda; περιστατικὸν illud: infirmitati Judæorum esse dandum aliquid. In his conveniebat inter Petrum & Paulum, qui & ipse legalia usurpabat in gratiam Judæorum. Vide Act. XVI. 3. Quid igitur reprehendit Paulus? Non quod Petrus rationem habuisset infirmitatis Judæorum, sed quod nullam rationem habuisset Græcorum, cum ita consulendum esset Judæis, ut Græcis ne noceretur. Nota in διδαχαῖς Alexii ostenditur error Petri p. 29. B. Augustin. VII. 241. ait se illud Petri non admittere, ubi ostendit peccasse. Vid. Augustin. VI. 351. Ad objectionem de Paulo idem faciente respondet Augustinus VI. 9. Vis magna est in eo, quod Græci cogerentur. Vide Justin. p. 206. Considera omnia Chrysostomi in Commentar. & in diversis Orationibus. Videtur absolvere Petrum. Homilia integra tractat hanc historiam Tom. V. p. 399. 400. *Vide not.*

§. 66. Ad Act. XVI. ἐνομίζετο) Sed vetus legit ἐδόκει, alioquin errasset. Ita scribit Epiphan. p. 450. *Vide notas* A. C. LIII.

A. C. LIII.

§. 3. 4. *De traditionibus*) Infra 946. præferunt legi ſcriptæ V. & N. T. Baronius tractat hunc locum communem valde negligenter. Παρά-δοσις varie accipitur, hoc certiſſimum eſt: qui igitur ſine diſtinctione diſputat de traditionibus, idem facit, ac ſi quis de cane diſputans terreſtrem cum marino & cœleſti confunderet. Quis neſcit τὰ πολλαχῶς λεγόμενα opus habere diſtinctione. *Vide notas*.

A. C. LV.

§ *Dicant Hagiomachi, ſi qua tamen*) Hic reſpondendum, & ſtupor arguendus. Furor hic quidem profecto eſt: neſcit, quid ſint λείψανα, aut reliquiæ. Ecce ponit umbram Petri inter reliquias. Nota vero urgendum eſſe, ut exhibeatur vel præceptum vel exemplum ejus cultus in primo ſeculo. Alioquin imponit Baronius, qui in l. Annal. res multo poſt geſtas narrat. Adde periculum de falſis reliquiis, de quo in adverſar. γ p. 355. & Baron. p. 553. *Vid. not.*

§. 11. Ad iſta Hieronymi: ὦ γραικ(ο) iterum ſic infra p. 616. Scribe ut in editis libris. Nam Baron. corrumpit & Gr. & Lat.

§. 14. *Chriſtiani confitebantur*) Sane res eſt antiquiſſima, ſed non ut hodie, minus ut tradit Jeſuita Hiſpanus Henr. Henriquez. Omnes Eccleſiæ uſum retinent Confeſſ. ſed aliæ magis, aliæ minus frequentant.

§. 31. *Presbyteros etiam*) abſurde: ſermo eſt

de CPoli & affert loca ex homiliis habitis Antiochiæ.

LVII.

§. 5. *Paulus in prædicatione qualis*) Hic de Pauli dictione ex Irenæo, qui tribuit illi τάχ⊙ τῆς σημασίας, quod quid sit, fuse exponimus ad Thucydidem, inde pete: nam Irenæi Interpretes parum id curârunt explicare. Vide Origen. in ep. ad Roman. & judicium Bezæ de judicio Origenis in digress. ad Act. X. *Ibidem in chartula inserta de Stilo Paulino.* Ὅτι Baronius aliena profert, nihil novi docet. Ὅτι B. Chrysost. & alii Patres verissime dixerunt, Apostolos fuisse ἰδιώτας & ἀμαθεῖς. Vide Chrysost. in Paul. p.349.& 387. Voluerunt enim hoc probare non vi eloquentiæ eos mundum subegisse. Paulus de se verissime 1. Cor. II. 4. Iidem tamen Patres agnoscunt divinitatem eloquii tum aliorum Sacrorum scriptorum, tum inprimis Pauli. Quædam eo referri possunt e Chrysost. p. 327. sq.

Comparatio cum stilo Hippocratis: quod ad βραχυλογίαν. ἐμπεριβολὴ Thucyd.

Nota περὶ δεινότητ⊙ Hermog. quæ in Paulo admiranda. Nota locum Eustath. p. 360. περὶ διακοπῆς τῆς ἐννοίας per ἐπεμβολήν.

De dictione Pauli fuse Justinianus prolegom. in Paulum p. 49. 50. 54. Augustinus de stilo Paulino docet, quo loco de Tychonio.

Encomium Pauli divinum apud Chrysost. VI. p. 36-38. & Tom. I. p. 703.

Græ-

Græce esse doctum oportet, & veterum rerum ac morum peritum, qui postulet se intelligere divinas Pauli elegantias. Nota Chrysostomi locum de περιδιορθώσεσι Pauli, V. p. 393. Methaphoræ insigniores præsertim a ludis, παραβολεύεσθαι &c.

Si Deus dabit, sume aliquam epistolam Pauli & eam expende, puta ad Philippenses, quot loca illustria, quin admiranda γοργότης! Stupeo, cum lego. Obruunt me densæ & ἐπάλληλοι sententiæ

Εμπεριβολὴ, rerum divitiæ: figura est magnorum scriptorum ut Thucyd. & Demosthenis, quæ τὸν πλῦτον τῆς διανοίας testatur, ubi non attributum simpliciter de subjecto prædicatur, sed simul causæ includuntur, & proprietates, & nescio quid abditum e profunda scientia. Tales sunt omnes inscriptiones Paulinæ epistolarum, quas Beza appellabat totidem compendia religionis Christianæ. Tales ἐμπεριβολαὶ sunt plurimæ. Exempla sunt Coloss. II. 2. & 7. Plotinus scribebat μόνον τοῦ νοῦ ἐχόμενος, ad Sveton. ed. Genev. p. 301. Voces compositæ εὐπρόσεδρος 1. Cor. VII. 35. Utitur Chrysost. in Paulum edit. Commelin. p. 1589. Bis idem dicere, ut ἡ ἐπιφάνεια τῆς παρουσίας, καθ' ὑπερβολὴν εἰς ὑπερβολὴν, αἰώνιον βάρος, ὑπερεκπερισσοῦ &c. expende v. 19. c. IV. Ephes.

Ἰδίωμα Pauli: ille solus ex omnibus Scriptoribus non mihi videtur digitis, calamo & atramento scripsisse; verum ipso corde, ipso affe-

ctu & denudatis visceribus. Passim exempla, proponenda pauca. Lege c. III. ad Thessal. Lege, expende, admirare v. 17. 2. Cor. c. IV. τὸ παραυτίκα ἐλαφρόν &c. divina.

Artificium Pauli & inenarrabilis prudentia καὶ δεινότης. Vide omnino locum quem explicat divinitus Chrysost. p. 821. Vide & VI. p. 892.

Pauli σοφία. pro simplici nomine ponit periphrases miras, ut observat Chrysost. VI. p. 682. Vide & VI. p. 708. 709. & 710. ἀποκαραδοκία τῆς ἐλπίδος pro ἐλπίς.

Εὐτέλεια λέξεως passim tribuitur S. scripturæ, ut Origen. contra Celsum p. 283. 286. 383. Chrysost. VIII. 45. τὴν ἐσχάτην ἀμαθίαν ἀμαθής. *Vid. Notas.*

§. 42. 43. *Corinthii libidinosi*) Videtur Baron. id agere, ut doctrinam Pauli in ep. ad Corinth. velit propriam fuisse illius Ecclesiæ, non commune totius Ecclesiæ. Atque alibi Baronius docet sacras leges, quas non illis solum &c. esse doctrinam hujus epistolæ. Vid. §. 70.

§. 111. *Vetus Canon Synodi Antiochenæ*) Callidissima impostura pro imaginibus.

Qui noverit ipso etiam Christo vivente) mendacium mendacio tueris miser, nec te pudet. Vide Clem. Alex. p. 239. 13. & alibi, & Origen. contra Celsum.

§. 112. *Nisi enim pie, sancte* &c.) stultum argumentum: nam ego dicam verius nisi certo constitisset Patribus primæ Ecclesiæ, rem esse Deo ex-

exſecrabilem, an illi tot locis ſe exorienti malo tam conſtanter oppoſuiſſent? Hic explica, a quo principio, quam ruinoſo, quam Satanico ad quantum furorem ſit perventum. Vide Serar. in Joſ. p. 494. ſed magis p. 1260.

Chriſtiani ſemper) mentiris Baroni.

Mox ad locum ex Euſeb.) Græca lege & miraberis.

Cum eas etiam in vaſis ſacris) quæ veritas? a calicibus ad altaria? a pictura in aliquem uſum piæ recordationis ad impiam adorationem.

§. 113. *Quod de ſculpta cruce*) ſtulta argumentatio; mendacii συχνὴ ἐπιχειρία.

Ibidem in charta affixa ad p. 622.) Confer quæ ſcribit Baron. ad A. C. 31. 75. ubi idem locus Euſebii. Nota, ex loco Euſebii diligenter examinato non ſolum colligetur, nihil eum juvare imagines, ſed etiam valde nocere 1. quia ne verbum quidem unum de cultu: deinde, quia bis notatur eſſe conſuetudinem paganicam. 3. quia ipſe Euſebius monet, eam conſuetudinem eſſe incaute receptam. Hoc ſibi vult verbum ἀπαραφυλάκτως quod exſtat Damaſceni p. 789. pro ἀπαραλλάκτως. Nota, Aſterium apud Photium p. 823. ed. Gr. Lat. p. 1507. plane contradicere Euſebio, affirmantem periiſſe illam imaginem. Et ipſe Euſeb. dubitanter loquitur. De Euſebii ſententia apud Scultet. Med. III. p. 183.

§. 116. 117. *De uſu Sacrarum Imaginum*) quot verba, tot falſa! Argumenta iſta hoc probant:

post 300. a C. N. annos cepisse aliquas imagines depingi in templis in usum piæ recordationis: hoc quid ad hodiernam quæstionem? Non pudet?

§. 120. Ad locum ex Prudentio) quæ impudentia (ne dicam, quod verius est,) conferre picturas martyriorum cum idololatria imaginariorum.

§. 183.. Ad locum ex Josepho) Vide locum Josephi. p. 424. Baronius mirifice errat & fallitur.

§. 185. Ἀνθύπατοι) an verius est Proconsules dici numero plurali honoris causa vel propter assessores Proconsules? Baronius varie peccat. Vera causa: illo tempore Cyprus erat provincia populi, qui solitus mittere eo Viros Consulares. Isti autem eligebant sibi tres legatos ἐκ τῶν ὁμοτίμων ait Dio p. 342.

LVIII.

§. 49. Ad locum ex Theodos.) hæc fatuitas Baronii. Loquitur de primis temporibus, & affert tempora Theodosii.

§. 50. *Sed observatione illud quoque*) Chrys. p. 13. ed. Commelin. Savil. ed. T. III. p. 10. & 11. sed locum vide, & miraberis stuporem Baronii & fraudem.

Romanæ Ecclesiæ prærogat.) Causa hujus usurpationis: sed insanit Baronius.

Magnis præconiis celebrat Ecclesia Thessalonic.) Imo videtur anteponere Ecclesiæ Thessalonic. Vide verba Chrysost.

§. 81.

§. 81. *Quod autem ad Pascha*) mendacium Sophistæ putidi putidum. Quis Apostolorum, quis alius in N. T. ita loquitur? Res observatu digna p. 715. in verbis Augustini de ea re: Sancti Doctores Ecclesiæ decreverunt.

§. 101. *At non tantum presbyteros, sed etiam*) locus ex Act. XX. 17. Baronius hic apposite locum Irenæi citat, cui plane assentior. Potest sane dici, Paulum pro sua modestia solum Presbyteros vocasse, sed Episcopum Ephesi & proximarum Ecclesiarum - - - pro suo zelo.

§. 141. *Est ea de re manifestum exemplum*) hoc falsissimum est. Vide quæ Savaro ad Sidon. p. 293. Locus Sidonii mirum bis mirum quam ἀπροσδιόνυσος. Nam ille Germanicus non erat Episcopus. Idem Savaro mire exagitat hunc locum.

§. 158. *Quanam quæso ratione Josephus*) Annus Josephi 26. Gr cod. p. 626. sed ibi legendum καὶ ἕνα vel tollendum καὶ ἕκτον.

Sicque videns in his etiam annis) Josephi error in annis suis, sed rem expende, & fortasse est erratum in numeris. Vide in fine Αρχαιολογ. ubi tempus ætatis notat: fortasse pro ϛ' episemo legendum δ'.

LIX.

§. 7. Ἐν ὅλῳ τῷ πραιτωρίῳ) stulte Baronius exponit, non attendens ad articulum τῷ. Accipit autem ὅλῳ quasi esset παντὶ, & negligit τῷ: deinde prætorium vult etiam significare collegium Pontificum. Ex fine epistolæ apparet πραι-

πραιτώριον hic ut alibi esse τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως. *Vide notas.*

§. 20. *Sic igitur errore semel lapsus*) Baron. non potest refellere piam sententiam nostrorum, nisi turpi ausu Theodoretum prius oppugnet.

§. 25. *Nostis nimirum Platonis dialogos*) En errorem immanem! vult enim Platonis dialogos esse carmina.

LXI.

§. 8. *Cœlesyriæ*) fortasse est illa, quam Stephanus appellat Ἀντιόχειαν μεταξὺ κοίλης Συρίας καὶ Ἀραβίας.

LXIV.

§. 4. 5. *De Essenis*) Scaliger quæstionem decidit, quicquid blaterent homines perfrictæ frontis. Ipse Baronius plenam fiduciam non habet contrarium affirmandi. Vide An. 57. §. 133. Compara diligenter Epiphanium & alios cum Philonis utroque libro p. 60. sq.

LXVIII.

§. 2. *Quæ Lucianus de Paulo*) Lege illum dial. 2. 763. dubitabam an sit Luciani nam stilus impeditus obscurusque aliud svadet. Neque ibi, ut Baronius vult, Romæ fit mentio.

LXXII.

§. 22. *Judæorum scrupul. legis obs.*) Constantia Judæorum in tuenda religione hæc est devotio, quam proprie vocant, quæ sæpe tum remanet, cum vera religio periit, ut hoc exemplum clare indicat.

Tom. II.

A. C. CXII.

§. 2. *Epistolæ Anacleti*) Vid. omnino Richer. ad Resp. &c. p. 28. 29. unde apparet stupor asininus Baronii.

A.C.CXX.

§. 1. *Sub tertio namque Consulatu*) At enimvero quid fiet iis numis, quibus populus Romanus gratulatur Hadriano adventum Romam, ubi notatur II Cos.

A. C. CXXXVII.

§. p. 116. *Porcus erectus in tit.*) NB. habuere quæque urbes sua insignia, quæ Procopius *γνωρίσματα τῶν πολεων* appellat lib. IV. Gothic. Sic puto Hadrianum instituisse, ut nascentis hujus urbis *γνώρισμα* esset sus fœta: duplici fine, primum, ut Judæis hanc urbem redderet exosam, deinde, hoc velut omine augurans felicitatem.

A. C. CLXXIII.

§. 37. p. 234. *Ceterum cum eloquentiæ nomine*) Apud me levissima ac pene jocularis. Quis putet, hominem non solum Christianum, sed etiam qui inter Christianos familiam duxerit, ad eos honores sub M. Aurelio Imp. fuisse provectum. Hoc sine dubio ineptum.

A. C. CXCVIII.

p. 342. *Ne minimum quidem*) quis pudor hoc affirmare? cum potius suadeant contrarium verba Eusebii p. 55. b.

A. C. CXCVIII.

A. C. CCXIII.

§. 2. p. 398. *Ex nutritiis*) male accipit vocem τροφεύς. putat enim nutricis maritum intelligi.

A. C. CCXXXI.

§. 30. p. 455. *Interpretatione perfecta*) falſiſſimum & plus quam ridiculum: neque diceret hoc Baronius, ſi tria verba ſciret Hebraica aut Græca.

§. 57. *Digna in eosdem*) erubescat Baronius, Dominus Cardinalis, qui puer in illis literis audet de illis ſententiam ferre, de quibus nihil plane intelligit. *Vide notas.*

A. C. CCXXXVII.

§. 2. p. 490. *Fuiſſe poſt obitum*) Fallitur: nam Chryſoſt. (ed. Savil. Tom. III. p. 686.) de Alexandro M. loquitur.

A. C. CCXLVI.

p. 506. *Facillimeque irrepſit error*) quæro vero, quis mortalium σεβάσμιον dixit de Auguſtali præfecto. inſigniter falleris.

A. C. CCLXXII.

§. 72. p. 734. *Macrinus proditor Valer.*) falſiſſimum. Vide not. in Trebell. Poll. p. 451.

§. 73. *Ignominia Valeriani*) Oroſius hoc dicit, non Eutropius, minus Aurel. Victor & alter Victor dicit.

Animadverſiones ad Tom. III. Baronii ex Tom. IV. ſive δ Adverſar. Caſaub.

67. Origenis in Jobum Commentar. non ſunt

ſuntOrigenis. Clarum duobus argumentis: Meminit Luciani Martyris, qui paſſus multo poſt. Deinde Lucianum lucidum vult dictum, & in ea paronomaſia varie ludit, quare liber latine ſcriptus eſt, quod Baronius non monet. *Vide notas.*

230. In narrandis initiis hæreſeos Arrianæ cum doleret Baronius, nullas hic eſſe partes Sylveſtri, non continuit ſe quin quod optabat factum, pro facto narraret. Et profecto locus inſignis eſt pag. ſeq. ubi notabis hæc verba: *haud par credere convocaviſſe*, & ſtatim: *facile poſſumus intelligere.* Unde Baroni? nempe quia ipſi ita libet, & pulchrum videtur. Quid illud? quantum auſum? Ait & affirmat Oſium ab Epiſc. Romano eſſe miſſum Legatum: atqui Socrates, unde habet, ab Imperatore ſcribit miſſum: & quidem res clara; tamen Baronius ſingulis paginis repetit a Pontifice Rom. miſſum. *Vide notas.*

264. 5. 6. 7. 8. Deſcribit epiſtolam Conſtant. M. ad Arium, quæ nullo modo ejus videtur eſſe, & profecto Græculi homines valde ſimplicitati noſtræ illudunt, cum ſperant, ſe id nobis poſſe perſuadere. Quid ibi Imperatore dignum? quid non παιδαριώδες aut rixanti declamatorculo magis conveniens? Excipio Theologica, in quibus ille ita eximius eſt, ut ineptum ſit putare, illam eſſe Conſtantini, hominis parum adhuc ſolide Chriſtiani: Quid igitur? nimirum abuſus eſt aliquis Epiſcopi illius nomine.

Addit

Addit, illam epiſtolam Gr. a Morello editam, & ſe in ſententia ſua confirmari.

Quam ſit κριτικὸς ἀφυὴς (Baronius) nihil attinet dicere: ſed tamen ipſa hiſtoriæ veritas eum induxit aliquando in veras emendationes, ut cum tot locis depravatum nomen Conſtantis reſtituit Conſtantino, ut exiſtimo, docte. *Vide notas.*

3. 353. 358. Quæ de tempore inchoati & abſoluti hujus Concilii diſputat, quæ de Papa, ſub quo illud celebratum eſt, ita abſurda, ut pigeat negligentiæ veterum. Atque tam illuſtris epocha erat ut flagitium in hac re erraſſe, ut fecerunt Photius quoque & Sozomenus, ut alios taceam.

3. 839. Liberii epiſtolæ piæ, doctæ, humiles: excipe, quas ſcripſit poſt lapſum, quæ putidæ ſunt: Vide p. 938.

3. 840. Mihi eximie placent omnes Liberii epiſtolæ, quas adhuc vidi, & quarum multas Baronius deſcripſit. Notabis de titulo: quid ſimile hodie? ſed facilis reſponſio: ea enim fuit ſæculi modeſtia. Nam & Conſtantius Imp. Euſebium Epiſcopum vocat fratrem chariſſimum p. 857.

Tom. IV.

114, Miror, tam raro in hos (Centuriatores) invehi Baronium, ſaltem nominatim. Hic certe jure facit, qui Hilarium Epiſc. Pictav. a calumnia vindicat, qua illum oneraverant Cen-

Centur. decepti ὁμωνυμίᾳ alterius Hilarii, qui fuit Luciferianus. In eosdem invehitur V. 591. jure etiam quodammodo V. 588. nisi quod excusandi sunt ob non visos libros veteres. *Vide notas.*

171. *Th. Bozius de signis Ecclesiæ*) hic est ille Bozius, aut ni fallor, frater illius Bozii, qui nuper librum acerrimum edidit de Temporali Monarchia Rom. Pontificis contra Politicos & nostri sæculi hæreticos, quo libro sexcentæ blasphemiæ continentur. *Vide infra præfat. ad librum de Libertate Christ.*

381. Gregor. Nazianzenus sine causa dictus, non fuit ejus patria, sed Arianzus: non item Episcopatus, nam hoc diserte negat. Mirum igitur, unde id ei nomen hæserit. Nam quod Nazianzi vicarium Patris aliquamdiu egerit, hoc verum est.

390. Risum movet Baronius, cum ex verbis Basilii id elicit, de quo ille ne γρῦ quidem. Non ita Siricius ipse loquitur.

443. Notum est, quam vehementer eos confutet Epiphanius, qui divinis honoribus B. Virginem Mariam afficerent: hunc locum frigide Baron. tractat, quod miror.

785. Mihi olim contigit, libros illos Hieron. (contra Jovinianum) legenti, ut multa putarem dici plane συκοφαντικῶς & stilo declamatorio familiari Hier. sic enim vituperat matrimonium, quasi purus Manichæus: quantum autem turbatum sit in Ecclesia propter illos libros

 Hier.

Hieron. & quæ piorum fuerint judicia, ex his cognoſcas.

Tom. V.

19. Veteres illi Chriſtiani ex modeſtia quadam, ut ſuſpicor, minus ordinata ſibi invicem tribuebant nimium. Quis feret, quod Gregor. Nyſſenus fratrem Baſilium comparat vel etiam præfert Moſi in Hiſtoria Creationis. Jam de Paulino Nolano ad Monachismum converſo quanta fuit veterum admiratio. Itaque Africani Epiſcopi optarunt illum ceu alterum Solem ſuæ terræ illucescere. At enimvero Paulino detractum nihil volumus, Viro pio & Sancto. Fatendum tamen eſt, cum ipſius poëmata legas, dubitare te poſſe, an ſatis bonus Chriſtianus fuerit: tantum enim fere Sanctis tribuit, quantum τῷ Σωτῆρι, quod nobis quidem non probatur. *Vid. Not.*

114. Epiphanius uni Theophilo tribuit damnationem Origeniſtarum, ille autem Epiſcopus Alexandr. Itaque facetus ibi eſt Baronius: nota malitiam.

134. Laudo diligentiam Baronii in diſtinguendis & colligendis ὁμωνύμοις.

172. Quantopere hunc Virum (*Chryſoſt.*) miror, alias erit σὺν Θεῷ dicendi locus. Sed profecto hunc tantum Virum Zelus ſæpe rapuit transverſum, ut moleſtias ſibi crearet, quibus poterat abſtinere. Tota vita ejus, ex quo fuit Epiſcopus, eſt plena teſtimoniis. Illud inſigne

ſigne, quod pro debitore quodam reſiſtit Auguſtæ.

185. Baronium literarum Græcarum plane rudem quidem nos ſcimus, ſed & oblique fatetur ipſe: *hæc Soorates*, inquiens *niſi eſt male verſus.*

247. Chryſoſt. eadem ſcripſit ad Venerium Mediolanenſ. quæ ad Innocent. P. R.

307. Papa *ἀντωνομαστικῶς* pro Rom. Pontif. non memini legere apud antiquiorem ſcriptorem', quam in Actis Concilii Tolet. quod habitum A. Dn. CCCCV. quod & Baronius ibi notat. Sic. p. 513. Apoſtolica ſedes *ἀντωνομαστικῶς* Roma jam in ſcriptis Auguſt. *V. Not.*

337. Jo. Chryſoſtomus cultor imaginum, o ſcelus! Afferuntur teſtimonia de ſcriptis ſtultorum hominum, qui in II. Concilio Niceno id effutierant. Sed cum omnia ſint abominanda, tamen nihil ſtultius, ineptius, falſius, quam illud aſininum commentum de imagine Pauli, quæ commentantem Joannem adjuvabat. O dictum Diabolicum.

340. Fatendum eſt magnum hoc exemplum (ſcilicet, quod Innocentius Papa excommunicavit Arcadium) eſſe poteſtatis, quam habuit R. Pontifex jam illis temporibus. Si tamen rem expendimus recte, nihil hoc juvat cauſam hodiernorum. Nam quid miramur Innocentium feciſſe, quod Ambroſius uſurpaverat prius? Nimirum hic fuit tum conſenſus Orthodoxorum, ut pro excommunicato Arcadium haberent & omnes complices ſceleris. Si Medio-

diolanum aut Aquilejam venisset Arcadius, audiisset idem a quovis Episcopo, nunc cum in Oriente maneret, res erat illi per literas significanda.

364. Varia temeraria Baronii judicia colligit & detestatur Casaubonus.

371. Baronius ait, Synesium simulasse, se uxorem habere: de hoc igitur amplius cogitandum; serio an simulate illa scripserit Synesius.

435. *Synesius Andronicum de tribunali*) si liberet exclamare, jure dicerem o tempora! o mores! nam quot literæ, tot mendacia diabolica. Exstat epistola Synesii Græce, quam Lat. describit Baron. sed corr. In ea epist. narrat Synesius pœnitentiam seriam nec fictam Andronici, & pro illo intercedit apud Theoph. quia pietati suæ dicat convenire, ut flentis rationem habeat & misereatur. Ibi στυγνὸν βῆμα est subsellium mœstum sedes pœnitentium. Interpretes, qui βῆμα putant esse solium, miserum Baronium in stultissimum errorem induxerunt. Ceterum quid sit βῆμα in templis Græcorum, observat Meursius in πρόθεσις. Quod autem hic dicitur στυγνὸν βῆμα, id appellatur Eusebio p. 66-b. μετανοίας χώρα. Βῆμα non est semper superioris, sicut judicis, sed sæpe subsellium, ut βῆμα ἀναγνωστῶν, apud Sozomen. p. 118. Huc pertinent, quæ de porta lugentium observat Drusius N. T. p. 136. Nota, quid est βῆμα Liturg. lib. p. 62. ἐν βήματι Nov. 90. a in jure pro tribunali, ut Cujac. comm.

comm. ad tit Juris Canon. pag. 2. *Vide Notas.*

454. Exstat Biblioth. Tom. IX. carmen Paulini Eucharisticon, quod male tribuunt Paulino Nolano: hic vero alius est, & quidem, ut disputat Baronius, ad cognationem Ausonii spectavit, natus eo Paulino, de quo ipse in parentalibus. Ego carmen nondum legi, sed admodum Poëtam ineptum esse, ex paucis illis versibus liquido constat.

518. Fenestella sive foramen in Memoriis Martyrum: per hanc fenestellam admittebant Oraria ad suscipiendam sanctificationem: inf. p. 890. & T. VI. p. 182. in loco Evagrii. Nota locum Bedæ apud Baron. l. 210. & infra in verbis Gregorii P. VI. p. 328. in pyxide brandeum mittitur. Immissa graviora fiebant VII. 693. Conf. infra VIII. 90. & IX. 346. & p. 867. Locum elegantem vide T. IX. 937. ex veteri Scriptore.

554. Vult Baronius, Pelagianistas damnatos esse primum a Zosimo, deinde ab Honorio. Nam placet Baronio, neminem mutire ausum esse nisi præcedente R. P. quod scimus secus esse. Nam Pelagius pridem damnatus erat ab Africanis, & multum Augustinus atque alii laborarunt, ut Zosimo persuaderent, quod res erat, nam ille palam facere pro Pelagianis. Quam igitur constituit τάξιν Baronius, tum alia ostendunt vitiosam, tum illud, quod diserte affirmat, decretum Carthag. Synodi in Pelagium, quod factum est Kal. Majis ex auctoritate

legis ab Honorio latæ fuisse factum. quia edictum Honorii datum est pridie Kal. Majas. Nam etsi revera primum est edictum Honorii, tamen ineptum est putare, edictum, quod Ravennæ datum est, uno die potuisse Carthaginem perferri. Sane observandum est; Zosimum parum regnasse, vix annum unum menses quatuor, dies septem.

604. Mendacium Diabolicum. Quia legit Baronius, cogitasse quendam R. P. mittere exsecutores sui furoris cum apparitoribus, ex hoc elicit Baron. hanc conclusionem: E. illa ætate Præsides provinciarum inserviebant R. P. & eorum milites, neque hoc sibi arrogabant, ut Apostolicis literis subscriberent PLACET: suggillat Baron. Reges hodiernos.

605. Zosimus cum ampliaret sua jura super appellationibus, solam Nicenam Synodum prætexuit. Baronius quem pudet falsi, non audet tamen palam dicere, saltem hallucinatum esse Zosimum. Sed quod stupet animus, ita historiam illam tractat, quasi legeret in eo scripto Zosimi *Sardicense* non *Nicenum*. Vide p. 605. 606. At, ô Magister, si saltem hic hallucinatio fuit in nomine, quo ille tantus tot annorum labor in conquirendis toto orbe exemplaribus Concilii Niceni? Dic, ô Quintiliane, colorem aliquem: pudet veteratoriarum artium. Sed hanc quæstionem tractat post B. 607. solvit duobus modis a) jure eos Canones tribui Conc. Niceno cum ex eo fuerint

rint translati in Sardicenſe: o mendacium! b) libros Synodi Nicenæ in Rom. Eccleſia pleniores fuiſſe, quam uſquam alibi. Hoc ego illi concedo: nam puto Zoſimum & ſimilia monſtra adjeciſſe de ſuo, quicquid libuit. Porro Canonibus omnibus objicit B. praxin Eccleſiæ, & paſſim curioſe annotat ex Oriente & Occidente Romam fuiſſe provocatum, ut p. 685. *Vide Not.*

694. Beda & Conſtantius, qui Germani geſta ſcripſerunt, ajunt legationem miſſam non a Cœleſtino, ſed a Synodo Gallicana.

711. Neque eſt vere provocatio, neque auctores fide digni: nam Orontius & Julianus damnati in Occidente & ſedibus Epiſcopalibus pulſi ad Neſtorium CPolin fugiunt. Neſtorius de his ſcribit ad Cœleſtinum. Tota res improbanda: cum conſtet, fuiſſe jure damnatos ob hæreſin: ſed tamen apparet, qualis fuerit conſvetudo illorum temporum: nam auxilium petebant, unde, unde, non ſolum Roma, ut jactant. *Vide Not.*

713. Baronii fraus, impoſtura & dolus ad inſinuandam P. R. Monarchiam. Solet nefarie, quicquid paulo majoris momenti in Eccleſia factum eſt, ejus Auctores facere R. P. atque interdum occaſionem captat ex aliquo dicto veteris Scriptoris cujuſcunque, ut paulo ante cum de legatione Germani & Lupi Gallorum in Britaniam loqueretur. Nam de re rebus contra Neſtorium geſtis loquens ita rem com-

ponit, ut omnia videatur Cyrillus mandato & auctoritate R. P. egiſſe. Sic p. 707. ait Cyrillum impetum cepiſſe convocandi Concilium contra Neſtorium, ſed noluiſſe ſine nutu R. P. hic vero diſerte affirmat, negotium illud totum a R. P. mandatum fuiſſe Cyrillo, quod diabolicum eſſe mendacium intelligas, ſi legas ejus epiſtolam ad Monachos Ægypti. Quod principium rei eſt, ubi illa mandata? ubi literæ Cœleſtini, quas multas ſcimus ſcriptas? Exſtat ea Ep. Synodi Epheſ. p. 141. Eam lege, ibi nota ea verba: *τὰ μακρὰ τῶν Εκκλησιῶν ἤθη*. &c. At cauſa quæ Cyrillum impulit, non erat mandatum P. R. ſed ut diſerte ait initio ejus epiſtolæ, *metus Dei ἐπειδὴ Θεὸς ἀπαιτεῖ*. Quod igitur in fine epiſtolæ ſcribit, ſe non auſum rumpere communionem cum Neſtorio, priusquam de eo communicaſſet cum R. P. eſt recte factum a Cyrillo, quia, ut ait, oportebat omnes undique Eccleſias uno conſenſu hic conſpirare: & a B. ſtulte, fatue, nequiter, imo ſceleſte rapitur in argumentum Monarchiæ Papalis. Non negamus, ejus negotii curam a Cœleſtino commendatum eſſe Cyrillo: id enim leges Concil. Epheſ. p. 85. ſed id factum eſſe contendimus, poſtquam negotium jam pene confectum eſſet a Cyrillo. Præterea nego, ſic mandari negotium illud a Cœleſtino, quaſi imperaret ut ſuperior & aliorum princeps. Ait enim *συναφθείσης σοὶ τοίνυν* &c. Obſerva vocem *συναφθείσης*, ex qua patet, non tam Cœleſtinum dediſſe aucto-

ctoritatem Cyrillo, quam auxisse. Vult enim ad auctoritatem sedis Alexandr. addi auctoritatem sedis Romanæ. Hoc ita esse probant ipsa verba Cyrilli, quando illam ipsam auctoritatem usurpat. Literis enim illis acceptis & post habitam synodum Romæ ipse vel potius Alexandrina Synodus scribit ad Nestorium ipsum excommunicans qua auctoritate? an solius Cœlestini? an solius Synodi Romanæ? ne id quidem: sed eadem, qua prius erat Cyrillus usus, & hoc amplius Synodi Romanæ, cui præfuerat Cœlestinus. Sic igitur scribit p. 73. ἰδοὺ τοίνυν ἅμα τῇ ἁγίᾳ, ubi nota τὸ ἅμα. Quare in hac historia Concilii hujus Cyrillus duas sustinuit personas, suam primo, deinde P. R. Ideo in Actis semper leges: Κυρίλλου Ἀλεξανδρ. διέποντος καὶ τὸν τόπον τοῦ Ἀρχιεπισκόπου ut p. 99. En tres particulas tribus hisce locis σὺν, ἅμα & καὶ, quæ voculæ B. jugulant. Nam duplicem potestatem fuisse illæ particulæ ostendunt, quæ diversa conjungunt. Quod si hic locum habuisset, quod vulgo dici solet: ubi major potestas, ibi minor cessat: cur ita locutus esset Cyrillus? Hæc etsi vera sunt, non negamus tamen fieri posse, ut Cœlestinus ἀνθρώπινον τι παθὼν voluerit videri solus auctor illius sententiæ, Cyrillum autem ejusdem exsecutorem haberi. Profecto tale quid insinuant illa ipsa verba ejus loci: *nostræ sedis auctoritate adscita* &c. Spectant eodem missa summæ potestatis insignia a Cœlestino ad Cyrillum, pallium nempe

K 5 &c.

&c. de quibus triumphat B. p. 719. quin ipsam Synodum Nicenam exsecutricem suæ voluntatis vocat Papa. *Vide not.*

732. Svave mihi spectaculum videre B. σφαδάζοντα, ut probet, Concilium Ephes. auctoritate R. P. esse convocatum: refellit ipsum rei veritas, temporis brevitas, auctoritas veterum: ipse tamen & ait & negat, susque deque habens, quid dicat: modo pugnat pro sua Monarchia: demum fatetur a Theodosio esse indictum: Sed ex impartita, inquit homo πάντολμος, auctoritate a Cœlestino R. P. Legat, quas descripsit epist. Imp. & nota p. 749. in ep. Papæ ad Imp. *huic Synodo, quam esse jussistis. Vide notas.*

Tom. VI.

10. 11. 12. Eucherii Lugdun. homiliæ falso in editis Eusebio Emisseno tributæ. Digna observatio Baronio, & cui utinam pares illius omnes essent! Nam argumentis, quæ affert, non videtur posse responderi, cum absurdum sit, illum hæreticum Syrum, lingua Gr. aut Syr. utentem fuisse Lugdunensem Episc. Fuere autem ὁμώνυμοι plures. *V. not.*

81. B. falso ait, petere Flavianum, ut P. R. ratum habeat, quod erat factum in Synodo. Quin illud potius observare debuit B. sub R. P. non omnes sed aliquot tantum constitui Episcopos. Alia impostura p. 94. cum literas Episcopi CPolit. quibus petit, ut Leo consentiat Actis Synodi, ita interpretatur, quasi Flavianus

nus P. R. collocet supra Concil. Oecumen.

113. Mira σοφιςεία: Paulo ante fulminabat contra Theodosium, quod sine P. R. Concilium indixisset: nunc subtiliter verba aucupatur, ut efficiat, nunquam factum esse, ut Imperatores Concilia indixerint, nisi jussu Rom. Pontificis. Atqui ipse Leo ibi tantum hoc postulat, ut sui Legati intersint Synodo.

150. Inter causas, quæ Theodosium juniorem ab uxore aballenârunt, fuit illud μῆλον ἐξαίρετον, quod ei ab marito Augusto datum ipsa alii (Paulino) dedit unde suspicio stupri. Sed hoc μῆλον an ovis fuit, an pomum? & hic & apud Niceph. XIV. 23. est ovis; at supra p. 53. in eadem historia est pomum. Quanta igitur inconstantia & temeritas, quod Nicephori interpretem sequitur hic?

259. Exstat in Codice Lex Marciani, qua abrogatur pragmaticis sanctionibus, quæ contra dogmata Patrum jura Ecclesiarum mutant. B. qui voluit auctoritatem Episcopi CPolit. deprimere, affirmat in Constitut. fuisse diserte Anatolii Episc. CPol. factum damnatum &c. Mirum, unde habeat, sed manifeste hariolatur.

604. Profertur epistola ad Euphamium Episc. CPol. quæ ostendit, & imperitum dicendi fuisse Gelasium & profecto arrogantem; nam quid illud est, quod sæpius repetit p. 605. se non esse indigentem doceri. Stilus intricatus, quem ipse B. fatetur se non intelligere aliquot locis. Græcum est 605. condescendibilis, συγκατα-

βα-

βατικός. ita sæpe apud PP. Græcos. De verbo illo plura ibi Gelasius & p. 607. sane quam argute disputans. Ceterum deinceps in eadem epistola stilus apparet melior, & non inelegans: p. 610. *Sperantes ut hoc sit αὐτὶ futurum.* Est sane satis elegans hic Scriptor, & sæpe acutulus, ut p. 624.

641. Ait apud Evodium Rex Theodoricus: o dolor! *nullus humor eorum labris infunditur, quos a vini copia Neotrios vocavit antiquitas.* Omnino scribendum *Oenotrios*, etsi de Liguria videtur loqui. Mihi videtur hic auctor elegans esse & lectu dignus. Nam etsi phrasis nonnihil βαρβαρίζει tamen αἱ ἔννοιαι sunt probæ, & quæ Viri ingenium ostendant, ut illa p. 640. *Quoties utilitatibus tuis aër ipse servivit* &c. ubi imitatur Claudianum.

669. Heic, heic acriter pugnat B. Agitur nempe de summa rerum, hoc est, de culina Papæ, quam coërcet Gelasius: fulcit, sustentat, amplificat DN. Cardinalis, & merito.

707. Ait Byzantinos passos martyrii mala, tamen honore martyrii caruisse, idque ideo, quia a R. P. scissi sint. Quid dicemus? meram παρατραγῳδίαν. Primum, quis illum docuit horum constantiam, si pro pietate passi sunt præmio carituram? Legit, credo, ἐν Θεῷ δέλτοις καὶ διφθέραις. Sed, inquit, hoc adeo clarum apud veteres, ut nemo sit ausus, ne CPolit. quidem Episcopus horum memoriam consecrare, aut festo die notare. Tanta Romanæ sedis

ſedis reverentia! Non pudet nugarum? Quid? tam multi fuerunt poſt illa Epiſcopi CPolit. qui R. Pontificem res ſuas curare juſſerunt: hi in tanti momenti re non auſi eſſent mutire? λῆρος, λῆρος. Sed aperiamus verum fontem tot ineptiarum. Quare enim iſti inter Martyres non relati? quia Martyres non fuerunt. Cæſi enim ſunt, non quia erant ὀρθόδοξοι, ſed quia in Imperat. graviſſime peccaverant. Sane cum in circo facta fuerit cædes, apparet, quali pietate ducerentur. Cedrenus in iſto XI. Anaſtaſii anno nihil de hac cæde. Sed procul dubio huc pertinet hiſtoria in anno XIV. ejusdem ab illo relata. Lege & confer cum B. ſatis ridebis.

834. Mirum eſt illud Teſtamentum Remigii, quod a B. recitatur: nam Vir pius ibi de Regibus mira libertate pronuntiat: ζήτει, quantum ei ſit tribuendum. Recitatur & a Briſſonio in Formulis.

838. Profecto non ſine gravi cauſa ſuſpecta ſunt multa in iis, quæ ex Surio afferuntur. Ille enim omnia collegit, quæ unquam potuerint inveniri de vitis & rebus geſtis Sanctorum, in quibus & vera multa & pleraque falſa contineri non dubito. At B. omnia probat, de nullo dubitat, eſtque ubique alba linea. Nam vel illud miraculum de ſuſcitata e mortuis filia unica Theodorici R. Galliæ ab eo, quem Remigius miſerat, tam leviter debuit recitari?

847. Omnia hæc commonitoria non alio fere ſpectabant, quam ad amplificandam poten-

tentiam R. P. itaque quot fere exſtant commonitoria, tot fere ſunt teſtimonia progreſſus, qui in hac re eſt factus.

855. De Himeranis Chriſtianis; rideo, cum hæc lego, & indignor, quid iſti agnoverunt R. P.? & ejus potentiam hodiernam inter articulos fidei receperunt? hoc nemo veterum dicit, ſed factos eſſe Chriſtianos: & eſt jocularis ſententia Baronii.

884. Recitatur epiſtola conſolatoria ſimul & increpatoria ad Joannem Epiſc. Nicopolitanum ſane docta, pia, & ſententiarum crebritate memorabilis: at non ſunt omnia ejusmodi Hormisdæ Papæ ſcripta. Memorabilis vero eſt, quam ſcribit ad Archi-Epiſc. Theſſalonic. increpans illum acriter.

889. Tituli R. P. haud dubie creverunt per afflictos pro vera fide. Nam qui ſalvis rebus ne cogitabant quidem de Rom. Pontifice oppreſſi ab hæreticis a R. P. opem poſcentes, mirifice illi ſunt adulati, cum ſcirent omnes vel ex Gregorii Nazianz. libro τὴν δυτικὴν ὀφρύν. Exemplum hic illuſtre in miſeris Monachis Syriæ. Hi primi, quod ſciam, hunc titulum detulerunt Rom. Pontifici: *Beatiſſimo univerſi Orbis Patriarchæ. Vide notas.*

905. Sed hæc legatio (Alexandrina an. 1593.) quanti fieri debeat, ſciunt, qui Duſæ Jun. Iter CPolit. legerunt, etſi audio ſcripſiſſe adverſus illum Dreſerum. Ego puto lectionem hujus narrationis oſtendere, quam ſit res illa levis & non

non magni facienda. Primum apparet, R. P. a multis annis & literas ſcribendo & nuntios mittendo id egiſſe, ut tandem exprimeretur talis aliqua Legatio. Ita inter alios, ut ipſi Alexandrini in ſuis literis narrant, venit ad illos Jo. Baptiſta in literis Gregor. XIII. Puto hunc eſſe Joannem Baptiſtam, qui hodie Romæ floret cognitione Linguarum Oriental. deinde commemorantur alii a Xyſto & Clemente VIII. miſſi. Accedit, quod caput rei eſt, quod cum miſerrimi, pauperrimi & rerum omnium egeni ſint, oneribus tributorum miſere vexati, opportune invitati ſunt ad communionem donis magis quam literis R. P. Itaque hæc legatio hunc præcipuum finem habuit, ut annuam penſionem a R. P. impetraret: a quo etiam nuditatem ſuam veſtibus miſſis ſublevatam eſſe ſcribunt: tanta illorum paupertas.

Notanda in epiſtolas Alexandrinorum.

907 & paſſim Amba pro Abbas. 908. Abdelmeſſia; familiare id nomen, eſt autem Arab. quaſi dicas famulus Chriſti. Ibid. epiſtolæ verſus ſunt 80. & plura in eam rem: nota bene veterum conſvetudinem apponendi numerum τῶν ςίχων. Ibidem Hatur eſt menſis Abhyr. p. 910. *diſcipulus*, Jo. Comus, Choregiſcopus Alexandr. non aliter quam hoc nomine ſe appellat.

p. 911. Inclinatio ſub pedes mundos R. P. alii

alii inclinant se, ut osculentur pedes bestiæ, quod & faciunt isti animo projectissimo, sed ut major appareret adulatio, subtus pedes sese isti dejiciunt. p. 912. Alexandr. hodie tres sunt Ecclesiæ, S. Michaël. S. Marci & S. Gregorii, extra urbem ad littus maris salsi. Ibidem de statu nationis Christianorum Coptorum: passim in his literis Coptorum fit mentio, qui etiam videntur ab Ægyptiis distingui. Itaque Ægyptus non erit Coptos, qua de re alibi. Vide p. 913. 914. & Geograph. Arabic.

Tom. VII.

25. 26. Quia inveniebat B. in Actis, incessisse pios Patres hanc curam, ut cum Rom. Pontifice communicare vellent, eoque nomine scriptas ad illum esse epistolas ab Episcopis Syr. CPolit. & ipso Imp. Deus bone! quam ille diverse rem proponit, & historiam hanc ita concinnat, ut velit, certissimum esse argumentum vigentis jam tum tyrannidis Pontificiæ. Ait, Episcopos Orientis, quia scirent, summam potestatem Ecclesiæ esse penes R. P. laborasse omni contentione, ut per Justinum obtinerent ejus communionem. Homo βδελυρέ, quid vis? quod ex officio pietatis Christianæ factum, tu in necessitatem vertis & argumentum subjectionis? Epistolæ ipsorum Episcoporum non exstant: exstat Justini, ex qua nihil tale colligas: exstat & Joannis Episc. CPolit. ad Hormisdam, quam dum vult esse argumentum subjectionis Baronius, ostendit projectum
ad

ad omne facinus animum. Nam hæc sunt verba in fine: rogamus vos pacificos Viros destinare &c. Vides, quam æquo jure cum illo agant? ubi frons Baronii? Plane ab hac mente est illud Justini ad Legatos Papæ: *Videte Episcopi hujus urbis* &c.

82 Laudat Maxentii modestiam: Quid dicemus? profecto abutitur B. patientia nostra: nam aut librum non legit, aut stulte facit & impudentissime, cum de Romano Episcopo multa ibi libere dicantur, diserte etiam affirmetur, si Papa Romanus aliquid doceat contra Dei verbum, esse pro hæretico habendum, & deserendum: ubi frons Baronii?

85. *Quantus circa venerabilem Vestram Fraternitatem*) Hæc Epiph. Episc. CPolit. ad Hormisdam. At B. ita cœcutit, ut hæc non videat; ita bonæ fidei ut hæc dissimulet. Hic autem in tota illa historia videbis Rom. Episcopum severe imperare ut subditis, at Episcopum CPolit. pro tempore dissimulare injuriam, & tamen nihil dicere, quod contra dignitatem suam faciat, verum ita comiter venerari sedem Romanam, quasi unitate facta omnis occasio divisionis esset sopita. Vide p. 89.

322. B. triumphat ob verba ep. concil. Carthagin. ista: *Veruntamen convenire charitati credimus* &c. Mirum, quam efferat se ob hæc verba B. Atqui ex re ipsa apparet, pios Patres non quia putarent se mancipia esse R. P. hæc ad illum scribere, sed ex officio charitatis, cum sa-

ſapienter pieque ſtatuerent, intereſſe fidei Chriſtianæ, ne aliter de eadem re diverſis locis Eccleſiam Dei videri poſſet ſentire.

326. Sæpiſſime ſũ admiratus, καὶ τοῦ θαύματος οὐδὲ νῦν λήγω, in tam longa ſerie Pontificum Rom. quorum res geſtas accuratiſſime ſumus ſcrutati, ne unum quidem nos inveniſſe, qui illam infauſtam quæſtionem de primatu non pari contentione cum ceteris ſit proſecutus. Nam quaſi hoc unum eſſet caput præcipuum religionis Chriſtianæ, omnes in eo conſentiunt, quod ad ejus confirmationem omni ſtudio connituntur. Nullam igitur occaſionem prætermittunt ſtabiliendæ hujus Monarchiæ, veluti qui *Joanni* ſucceſſit *Agapetus*.

360. B. affirmat, Papam eſſe ſupra omnes Canones, omnia Concilia, & probat eo, quod propria auctoritate ne audire quidem aut videre Anthinum ſuſtinuit, nedum ut Synodum ullam convocarit. Rſp. in Hiſtoria Eccleſ. multa eſſe exempla Epiſcoporum aliorum, qui Epiſcopos male de fide ſentientes depoſuerunt. Multa congerit Chamierus p. 685. *Vide notas.*

438. 9. 10. Diligentiæ plus ſemper tribui Baronio, quam acuminis aut ἀγχινοίας. At cum video, qua dexteritate concinnet μεταμόρφωσιν Vigilii, ut de ſceleſtiſſimo invaſore repente illum reddat legitimum ſucceſſorem ſedis Romanæ poſt mortem Silveſtri, non poſſum non quin exclamem; ſi verum non eſt, at eſt

inge-

ingeniose inventum. Hinc illa tam multis adstruit B. quæ cum sint plane ἀνερμάτιςα, fidem nullam merentur: & quid si dicamus, epistolas illas longo post tempore scriptas? certe, qui eas leget, facile videbit, quam male eas interpretetur B. cum putat iis responderi ad Confessionem fidei, quam pro more ipsi miserint Imp. & Mennas. Quid ineptius? cum dicat diserte, fidei confessiones, de quibus loquitur, ad Agapetum fuisse missas.

626. 627. Ecce iterum ingens apparet B. ἀγχίνοια vel potius θαυματοποιΐη. Jam cum teste B. hæc ita sint gesta, quis non miretur B. acumen, qui etiam hinc Achillea quædam argumenta exprimit (torquendo videlicet suam ipsius narrationem) illius infinitæ dominationis R. P. Lege p. 626. non negabis τῆς θαυματοποιητικῆς magis peritum quam τῆς ἀληθινῆς λογικῆς. Porro exitus Synodi fuit, ut Imp. jure an injuria Vigilium & alios, qui non dabant manus Synodi decreto, pelleret in exilium. Hic quærit Baron. quomodo hæc Synodus dici possit Oecumenica, cui adeo non præfuit R. P. ut ex ejus decreto fuerit postea relegatus. Alius hæsisset in hoc luto, Baronio omnia expedita. Respondet igitur initio adeo non fuisse Oecumenicam postea vero repentina metamorphosi factam Oecumenicam: qua arte autem? quia sic placuit R. P. Et negabit aliquis absolutam hujus potestatem? Porro levitati Vigilii patrocinatur velis remisque

B. p. 631. De Synodo hac a multis non admiſſa p. 652. ſq.

748. Hæc miracula partim dubiæ fidei; partim manifeſtæ ſuſpecta impietatis. Nam quid eſt, quod p. 753. Radegundis, quæ in Pictavis degebat, invocata a periclitantibus in Aſiatico mari, exaudit ut Deus?

780. Triumphat B. cum narrat, Epiſcopum Ebrodunenſem & Vapincenſ. depoſitos a Synodo Lugdun. mox juſſu Papæ Joannis fuiſſe reſtitutos. En? inquit, Papa Romanus ſupra quodvis Concilium, ut ſemper. Quid dicemus? primum obſervare jubebimus, quod in eadem hiſtoria narratur: hos non recte a Synodo ad Papam appellare; ſed a malo Rege ipſos malos Epiſcopos ad Papam nihilo meliorem ſive ſeditioſum veniſſe auxilium petentes. Hoc enim ſic Gregorius. Deinde cum conſtat, homines facinoroſos fuiſſe, quis criminis abſolvat Johannem, qui eum reſtituit? nam teſtatur hiſtoria, etiam deteriores ita factos eſſe iſtos, homicidas & latrones Epiſcopos loricatos. Quare quam periculoſa ſit hæc Papæ poteſtas, ſimilia exempla evincunt. Sed quæ perfidia Baronii hæc eſt? nam hæc illius gloriatio retundi aliunde melius non poteſt, quam ex iis, quæ deſcribit ipſe p. 814. ex eodem Gregor. Turon. de pœna iſtis Epiſcopis impoſita a Rege, ubi Papæ Romani nulla mentio. Ibi vero B. impudentiſſime Regis factum reprehendit, & mirum ipſum Regem pœnituiſſe.

785.

785. Correpiscopus) ita semper Baron. ineptissime pro χωρεπίσκοπος.

805. Omnia quidem sæcula habuerunt modo vera Deo faciente, modo falsa, diabolo fingente, miracula. Sed tamen potest adnotari, nullum adeo ferax fuisse miraculorum, atque illud, quo vivebat Gregor. Turonensis. Pleni sunt ejus libri & probat omnia B. ac refert.

Tom. VIII.

3. 4. Res valde nota, Gothos a R. P. tributum nomine Confirmationis exegisse, neque habitum pro Pontifice, qui electus nondum solverat. Eam consvetudinem pulsis Gothis retinuere Justinianus & alii Impp.

23. 24. *Palmatianæ*: B. ait vinum esse, quod mediocriter Latine doctus non diceret: est enim pudenda sententia. At nos putamus, uvas Palmatianas intelligi, quas Palmatias Plinius vocat vel a Palmatia Siciliæ propinqua insula dictæ sunt istæ de qua ib. 25.

96. 7. Obiter perstringit B. historiam Concilii Metensis, quod sane valde memorabile est, & hodie validum argumentum præbet adversus tyrannidem R. P. Exstat historia apud Gregor. Turonens. lib. x p. 570.

109. 110. De contentione inter Joannem CPolit. & Gregor. M. Omnino lubricus est hic locus, & qui neque Romanis neque nobis multum faveat. Sane Patriarchæ CPolit. de-

deteſtanda fuit arrogantia,cū, ruente Imperio, novum titulum prioribus inauditum fere ſibi attribueret. Gregorius vero mirificus homo eſt; nam qui tanta vehementia titulum rejicit, palam rem ſibi vindicat: & nugantur noſtri cum heic argutantur. Mox diſputat e ſacris literis ſuper imperio Petri, quem tamen negat diſerte Univerſalem Epiſcopum vocari. Vide omnino & p. 148. 149. de epiſtola Gregorii M. ad Ep. Alexandr. nam Gregorius belliſſime mimum ſuum egit.

166 Gregor. M. tempore jam cultus imaginum fuit, ſed eodem tempore erat Maſſiliæ Epiſcopus Serenus, qui, ut obviam iret huic errori, imagines non ſolum ſuſtulerit, ſed etiam fregerit. Apparet hoc ex epiſt. Gregor. M. ad ipſum lib. 7. 3. ind. 2. Ubi ſunt perditi pudoris homines, qui imagines ſemper in Gallorum templis fuiſſe, ut nunc ſunt, affirmare audent? ſi ita eſſet, auſus eſſet hic Maſſiliæ Epiſcopus id facere? aut, ſi feciſſet, ita cum eo Gregorius egiſſet? o impudentiam! o dura ora! poſt pauca Gregorius addit *tua igitur fraternitas & illas ſervare & ab earum adoratu populum prohibere potuit*. Acumen Baronii hic ejuſmodi eſt, ut vere *baro* dici mereatur.

193. Miramur, tot paganicas ſuperſtitiones hodie retineri in Eccleſia Romana: ecce veram rei cauſam! Putarunt plerique omnes veterum, quorum opera alioquin utiliter poſita in prædicatione Evangelii, indulgendum eſſe aliquid gentibus, quoniam, inquit Gregor.

gor.M. duris mentibus simul omnia abscindere impossibile esse non dubium est. Est illustrissimum ejus rei argumentum in historia χριστιανώσεως Anglorum tempore Gregor. M. opera August. Episcopi. Solebant pagani boves multos ad sacrificia Deorum occidere: veretur Gregorius, ne si nihil tale fiat, in religione Christiana parum proficiatur: utitur igitur subtili commento, ut species veteris moris aliqua retineatur. *Debetur, ait, hic etiam hac de re* &c. Simile quid VIII. p. 760. illi 12. Apostoli Frisiæ &c. Roma petunt reliquias, ut statim sublatis gentium idolis haberent quod substituerent. *Vide notas.*

212. Non nego Virum hunc, (Gregorium M.) magnum fuisse, multa laude digna fecisse, &, si alia tempestate foret natus majorem futurum. Sed mira ubique hominis superstitio imperitia, vanitas. At illud non ferendum, quod cum adulatus esset Mauritio fœde, putide tot locis pietatem ejus prædicasset, ubi a Phoca cum universa domo fuit cæsus, ipse adeo sui oblitus est, ut cœperit in defunctum invehi, & laudare plenis velis Phocæ pietatem: o monstrum! hæc R. P. pietas? *V. not.*

612. 613. Est vero falsissimum, nugacissimum, Barone dignissimum, quod ait, Imp. (Constantem) spem dedisse consensus in vera fide: Nam contra hostem se Romanorum ostendit, & ornamenta urbi detraxit.

663. Beda, homo plenus superstitionum sui temporis, deditus imaginibus & cultui reliquiarum.

712. Magna ſane quæſtio eſt, ſed B. obtundit nos: Quoties enim eadem oberrat chorda? primum in vita Honorii, deinde in hiſtoria Concilii, poſtremo in annis ſeqq. Et ſvave eſt, quod Rhetoricam fingit declamationem bene longam illam quidem p. 717. Ibi igitur rhetoricatur B. Iterum p. 721. ubi etiam fatetur, plane ſe neſcire, quid dicat: o bene! Vide iterum p. 726.

795. Narrat quidem B. ex Beda, quem obſervo ſcriptorem eſſe mirum quantum παραδοξολόγον. Hic vero videtur fabulam narraſſe, non rem geſtam: quod neque Baronium latuiſſe duobus argumentis colligo. 1.) quia tribus verbis rem tantum attigiſſe fuit contentus. 2. quod rejiciens nos ad Bedam ait, hiſtoriam hanc ab illo ſatis fideliter eſſe ſcriptam. Sane præter morem ſuum hoc Baronius, qui exquiſitiſſimis verbis ſolet fidem commendare τῶν τερατολόγων Scriptorum.

814. 815. & 855. O Hiſpani! vos convenio: hæc legitis & fertis? novum inſtrumentum ex Archivis Papæ produci adverſus vos, cui, ut fatetur, nulla hiſtoria conſentit alia? O ſtuporem? o fraudem.

894. Pedum Oſculum: Fiebat olim ex ſumma humilitate a Chriſtianis. Maximus hic p. 894. ait Sophron. Patriarch. Hieroſol. petiiſſe a Sergio Patr. CPolit. ut paci Eccleſiæ conſuleretur τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ προκυλινδούμ. Sic alii pii. At hoc P. R. ſibi poſtea vindicavit

cavit uni ac soli. Vide Baron. II. 862. IV. 458. VI. 811. VII. 855. Theodorus Studita IX. 886. ad Sacellarium ita scribit &c. item ad Patriarch. Alex. IX. 811. & ad Patr. Hierosol. 819. Ita prorsus idem Theodorus ad Simeonem Monachum IX. 661. & 765. & ad Papam IX. 670. Idem Theodor. IX. 678. ad Monachum τῶν σῶν ἰχνέων πϱοσκυνητής. πϱοσκύνησιν hunc gestum humilitatis vocarunt, ut Theodorus Studita infra IX. 662. 663. 678. & 889. Pœnitentes etiam Principes brachia ad pedes Episcoporum extendebant IX. 56. Baronius VI. 75. vult pedibus Episcoporum aliquid sancti inesse : sed ibi sermo est de Patriarcha CPolit.

Nota antiquissimum exemplum apud Eusebium p. 56. b. *Vide notas.*

906. Maximus Abbas, qui R. P. semper multum detulit, doctrinam tamen hodiernam de tyrannide R. P. non probaret, qui in extremo dialogo habito cum Pyrrho legitimæ Synodi notas proponens nihil plane R. P. eximii tribuit, sed omnibus Patriarchis idem juris in commune adscribit, Romano ne nominato quidem. Vide omnino, quæ philosophatur pie Theodorus Studita super hoc Tomo IX. p. 660.

Tom. IX.

Principio statim sui Zeli Papistici dat signum dum ex frivola conjectura vel potius somnio

affirmat, Joannem Patriarch. CPolit. jussu Gregorii P. R. fuisse depositum. Fabula deinde affertur ex Joanne Damasceno, Scriptore fabuloso, quod & Patronus fabularum cogitur interdum fateri.

172. Denarius Petri: Mirum vero, B. qui congerit undique veteres, aniles, spurcas fabulas & impietates, nihil hic afferre præter Polyd. Virgilium, hodierni Scriptoris testimonium: tam stultus homo, quam ipse B. & qui fuit Quæstor ejus pecuniæ.

417. Ecce jam tria regna acquisivit B. Papæ, sed etiam istud unius Vergilii testimonio. o fraudum caput!

526. Ridiculum & fatuum est, existimare, inscriptionem istam, quæ pro vera obtrusa est a Baronio, veri quidquam habere: ipsa verba stuporem hominis ostendunt. At de isto disticho, *si Christus est Deus* &c. non negaverim esse antiquum. Sed non vidit B. scribendum esse: *Si Christus Deus est.*

546. Constat, in Francofurt. Symbolo damnatum esse Concil. Nicenum II. & cultum imaginum per illum sancitum. Constat etiam Carolum M. vel scripsisse, vel jussisse, ut scriberetur liber, qui hodie exstat. Et tamen nugatur hic B. & tricas nectit. Ait causam, cur ita libere pronuntiaretur contra illam Synodum ab illis Patribus, fuisse hanc: quod auctores ita sentiendi depravatis libris usi a se vel aliis male concepissent Synodi Nicenæ sententiam: quasi illi vel-

vellent cultum latriæ imaginibus tribuere, ideo exarsisse in eos PP. Concil. Francofurt. Sed cumprimis nota verba Hincmari, qui ait, Carolum M. misisse ad Hadrianum P. illum librum, at nihilominus & hunc & illum postea etiam in sua sententia mansisse. Vide eum p. 548. Baronii vafritiem & impudentiam nemo hic satis mirabitur. Itaque illud omni certo certius, Gallos sero recepisse cultum Imaginum, quod & Anastasius fatetur p. 548. & ipse Baron. sæpe ut p. 555. Nota, qui defendunt Imagines, hoc falso fundamento nituntur, a nascente Ecclesia fuisse semper pictas ut p. 740. id vero falsissimum. Sed stultitiam tuentium imagines vide p. 742. *V. not.*

575. Rejicit B. fabulam, quæ dat originem osculo pedum P. R. Fortasse recte: ratio falsa est, quoniam, inquit, ante hæc tempora reperiatur moris fuisse osculari pedes, manus nunquam. Vide T. XI. p. 93. & 96. & omnino 933. Tandem obtinuit, ut & Reges, cum ad Papam scriberent ἀντὶ τοῦ χαίρειν dicerent *devota pedum oscula*, ut Rex Angl. Catalog. Test. Verit. II. p. 640. pro quo alii devotissimum servitutis obsequium, ut XI. p. 217. Vide p. 455.

589. Diabolica est illa disputatio B. quicquid pietatis prætexat. At p. 598. vetus scriptor ait, solem ipsum horruisse facinus, & latuisse diu. Sed mirum, ita Irenen laudari a piis ut p. 801. Sed nota bene hujus interfectorem pariter ab eodem Studita laudari infra p. 652.

611.

611. 612. Habes hic argumenta in eam rem, & laudes pessimi Sophistarum Bellarmini.

624. *Quomodo Carolus de rebus Ecclesiasticis leges tulerit*: sane parce & fere veteres e Canonibus Patrum renovavit; si quas vero tulit, videtur consilio Episcoporum tulisse, quod non tacet B. sed tamen notabis, ipsum Carolum aliquas hic partes sibi tribuere, & Josiæ exemplum afferre in medium.

634. Baronius ait fama accepisse se, exstare ea de re (*de Sanguine Christi*) epistolas Pontificis: itaque certissimum esse, verum fuisse Sanguinem Christi: ò fabulas!

667. Ecce osculum pedum! & miror hoc prætermissum a Baronio. Sed fortasse non ignorabat paratam responsionem p. 200. Si attendis, reperies, non nisi per afflictos & miseros, alienæ opis indigos, crevisse Papam titulis: nam iidem illi, cum aberat necessitas, aliter loquebantur.

676. & 679. Objiciunt nobis isti Schisma: Resp. cum Theodoro Studita, quem tantopere admiratur B. Αποσχῖται non sumus: non enim separavimus nos ab Ecclesia, sed a cœtu male sentientium. Ille vir pius ob paucorum noxam & quidem in re, quæ proprie non pertinebat ad fidem, sed ad disciplinam Ecclesiast. separavit se ab Patriarcha & Ecclesia in qua erat. Sed ait ipse p. 679. Ecclesiam esse, ubi tres sunt, qui adhærent verbo Dei. Stultos autem esse, qui in hac re multitudinis rationem habeant, probat fuse p. 684.

695. Impietas, furor, blasphemia sceleſtiſſimi mortalium baronis hujus & Athei. Sergii hæresin exponit, & quomodo ex prave acceptis Evangelii verbis sit orta. Deinde ait Novatores esse Sergios, qui dicant, sacram paginam aliis tractandam, quam Theologis: ò si reviviscant illi antiqui Patres.

742. Ex antiquis nemo accessit ad defendendas imagines doctior Theodoro Studita, cujus futiles rationes vide hic: nam ex eo de ceteris fac conjecturam. Sed vide amplius eundem p. 755. Acute quædam Theodorus p. 787.

755. Origo εἰκονομανίας varia est, neque potest ad unicum caput referri: sed non parum est illud, quod sæpe observatur paulatim irrepsisse in manus hominum Acta Martyrum & Vitas Sanctorum plenas nugarum & figmentorum. Habes hujus generis multa in Nic.II. argumenta petita e Vitis Sanctorum. Eximium est, quod hic tantus Vir Studita affert è vita Pancratii, nempe vocem Petri Apostoli hanc: *Fili Joseph affer imaginem Domini nostri J. C. & imaginem illam* &c. Scilicet hæc Petri non est. Alia causa dedit originem amori imaginum *antiquissima crucis materialis usurpatio.*

782. 786. Si verum est, quod Theodorus Studita sæpe testatur, iconomachos negasse posse pingi Christum, Mariam, Sanctos, non miror visam piis miram eam ἀπόφασιν. Nam si vere homo Christus, ut est; ergo & γραπτὸς & περίγραπτος est.

816

816. Describit B. epistolas Theod. Studitæ ad quatuor Patriarchas &c. Ibi argutatur B. ex titulis, ut probet Monarchiam R. P. & misere laborat; sed mala fides in eo, quod siluit ac prætermisit totum titulum epistolæ scriptæ ad Patriarch. Hierosol. & quo loco ait Theodorus, tu primus Patriarcharum, licet Quintus numereris, inserit Glossam insipidam, & quæ nihil ad rem.

Nota: prout spes crescebat, quæ ab Occid. & P. R. ostendebatur, crescebant tituli & adulatio. Sed nota perfidiæ Baronii notabilis exemplum p. 827. & 866. Ait Theodorus, eos, qui a R. P. & ceteris Patriarchis se separaverant, extra Ecclesiam esse. Hic notat B. in margine: *A Christo deficit, qui a Romana Ecclesia recedit.* At, ò baro, quid est perfide agere, si hoc non est? Fateor tamen p. 842. unius R. P. fieri mentionem. Sed ille locus e priore explicandus est.

984. Regem aliquando abusum potestate sua & in causas Eccles. prosiluisse: hoc placet B. hoc ille oculis aquilinis videt, hoc urget, hanc vult esse malorum omnium causam. At ò perfide, & proditor Ecclesiæ Dei, cur sequentia verba non legis? addunt pii Patres & Sacerdotes partim negligentia partim ignorantia partim cupiditate in secularibus negotiis & sollicitudinibus mundi ultra, quam debuerint, se occupasse; addunt, in utraque parte esse peccatum.

989. Erat hic locus detegendis flagitiis Eccle-

sia-

ſiaſticorum: erat locus tragoedias excitandi, erat locus monendi Principes, caverent ſibi ab Eccleſiaſticis, & ſuſpectam haberent nimiam eorum potentiam. Quid iſte baro? verbo ſtringit illam hiſtoriam, & nefaria ſcelera Eccleſiaſtica diſſimulat. Tu vide Faucheti hiſtoriam, & ſi quid forte boni in Regia Biblioth. inter Annales tot Francicos.

1044. Epiſcopi de regni jure judic. inter Reges: Stulte, Stulte, Stulte, diſce Logicam: Quia tunc fecerunt Epiſcopi Franciæ, E. multo magis poteſt R. P. Reſpondeo feciſſe Epiſcopos, non qua erant Epiſcopi, ſed qua erant Franciæ Proceres, præterea feciſſe juſſu ipſorum Impp. diſerte teſtatur Nithardus, & retorques in te: Si Papa Deus mundi, cur de eo tunc ſiletur.

Claudit Tom. IX. Baronii triplici vel quadruplici triumpho ejusdem cauſæ, quam defendit. Nos claudimus has notulas voto ex animo facto: Chriſte Domine, qui vides Eccleſiam pretioſo tuo ſanguine a te redemtam, ſalo variarum opinionum tot ſæcula agitari, ò illuce, illuce illi, & in veritatis tuæ agnitionem illam ſtabilire dignare. Amen. Amen.

Alia quædam ad Tomum IX. pertinentia, in eodem Adverſariorum Tomo ſed non inter iſta Excerpta Baronii reperta.

PAſſim legas apud Baron. quoties narrat, aliquem

quem CPolit. esse institutum Patriarcham, hunc statim misisse ad P. R. literas, velut Symbolum obsequii, obedientiæ, servitutis, quod quam sit falsum, fatuum, ridiculum, disce ex Jure Orient. Leuenclavii p. 439. ubi mos & ratio illius exponitur.

Divum Jacobum Apostolum Fratrem Johannis Evangelium prædicasse in Hispania, jactant Hispani, quod cum falsissimum esse sciat, & non obscure fateatur Baron. IX. 789. tamen & in Martyrolog. & in I. Tomo Annal. veritatem turpi prævaricatione prodit. Simile est, quod Compostellani jactant, se habere corpus ejusdem Jacobi. Rem nugatoriam esse novit Baron. sed ἐθελοκωφεῖ. Veruntamen magnæ illi gratiæ, quod aliquem dat Lectori ἀληθῆς notitiam, aut certe suspicionem. Narrat in Concil. Lateranensi Episcopum Compostellæ jus sibi vindicasse non parendi Toletano duas ob causas 1. quia Jacobus fuisset Hispaniæ Apostolus, 2. quod ipsius corpus ibi quiesceret. ibi tum Rodericum Ximenium, Archi-Episcopum Toletanum adversus ista disputasse, priorem causam pro falsa arguisse, de secunda pronunciasse hæc: *Jacobi corpus ibi creditur esse sepultum.* At Baronius 790. ne vel semel veritatem complexus videretur, fabulis mendacibus de translato corpore Jacobi in Hispaniam mentitur cum aliis, sic tamen ut scienter eum mentiri nemo dubitet, & tamen 791. rem serio valde affirmat.

p. 243.

p. 243. De Carolomanno oves pascente: Suave, quod ex Leone Ostiensi narrat. Est vero notandum, hunc baronem pro certo ac memorabili narrare e Leone Ostiensi, quem tamen Scriptorem passim vel ipse agnoscit anilibus fabulis plenum. Ubi judicium tuum ò Baroni?

Audivi Perronium sæpe mihi affirmantem, falso suspectam esse fidem Gratiani, cum duo ad summum possint loca reperiri, suspecta merito, de quibus tamen jure possit dubitari. Nos scimus, multa in ea Collectione falso laudata, multa perperam scripta, & B. ipse quædam agnoscit, velut in T. II. Annal. p. 21. sq. super Canonibus Apostolorum, ubi Gratianus tanquam ex Isidoro Mercatore non Hispal. Atqui B. locum illum perperam lectum a Gratiano vult, & alibi se reperisse ait in Cod. MS. Confer B. p. 21. & III. 677. 725. & 727. Tomo III. p. 1040. Manichæos putat eos, contra quos Gangrense Concilium. Ad exagitandum Gratianum satis sit, ipsum multa descripsisse nullo judicio stulte prorsus ex epistolis Clement. Papæ & aliorum primorum Paparum, quæ sunt falsa prorsus.

In eodem Volumine sequebantur varia Excerpta ex Tomis Annalium Baron. secundum temporis ordinem a Casaub. collecta, quæ ad P. R. potestatem temporalem præsertim stabiliendam pertinebant. Cum autem loca illa raro ulla vel animadversione vel epicrisi sint

exſcripta, non putavi operæ pretium ea hic deſcribere, ampliora ſcilicet, & 92. in folio paginis comprehenſa. Cum autem ſingulis Tomis epicriſes additæ ſint, exquib9 de acceſſionibus, quas ſingulis ſæculis Aula Romana cepit, judicari poſſit, eas hic deſcribam.

Tomi I. Excerpta clauduntur hac epicriſi.

Hoc Tomo de Temporali poteſtate nihil aut certe nihil ſatis aperte & clare. Doctrina de duobus gladiis hoc ſæculo ignota vix T. XI. aut XII inculcata.

Tom. II.

Hic manifeſta veſtigia doctrinæ Hildebrandi.

Sub init. Tom. III.

Ventum eſt ad tempus Triumphantis Eccleſiæ. Hic B. habet, quæ dicat de opibus R. P. ſed ejus cupiditas non exſpectat tempus legitimum narrandi rem veram. Nectit conjecturas ex conjecturis, & facetum ſe præbet.

in fine Tom. III.

Hic manifeſtiora, quam in prioribus veſtigia doctrinæ Hildebrandi.

Tom. IV.

Hic necdum ſatis auſus eſt B. Hildebrandinam doctrinam aſſerere. Atqui non deerant argumenta, ſi ea mens fuiſſet hominum illius ſæculi.

Tom.

Tom. V.

Vides ad ſummum prope jam faſtigium perveniſſe R. P. dignitatem & potentiam ſed hactenus tamen continet ſe in ſpiritualibus, de temporalibus nullum adhuc veſtigium. A Zoſimo poteſt dici cœpiſſe δυναςεία πνευματικὴ τῆς ἱερωσύνης ſed Socrates in horum temporum hiſtoria ait ἤδη πάλαι.

Tom. VI.

Ex his vides, ſpatio temporis minore quam annorum 80. magna vi gradum fieri ad tyrannidem, & doctrinam Hildebrandi. Jam incipiunt Papæ ex æquo cum Impp. loqui, jam tentare audent ſe illis anteponere. Jam pro defenſione ſuarum opum anathematis armant ſeſe & diras meditantur, etſi nondum inventa eſt iſta, quæ hodie dicitur, Libertas Eccleſ.

Tom. VII.

In his magnum vides incrementum ſuperbiæ, arrogantiæ & cupiditatis τῦ καταχυριεύειν ſῶν λαῶν. At doctrinæ Hildebrand. nullum ſatis expreſſum veſtigium, quod ſuperet obſervata prioribus Tomis.

Tom. VIII.

Hic multa indicia projecti Paparum animi ad omnem ambitionem & ſæculi poteſtatem. Jam incipimus videre regna & alias terras Papales. Sed quia hujus Tomi Papæ aut ὀλί-

γοχρόνιοι fuerunt, aut etiam graviſſimas ærumnas ſunt perpeſſi, non potuerunt res ſuas promovere, ut alioquin erant facturi.

Tom. IX.

Jam caput exſerit poteſtas Hildebrandi. Regna acquiruntur Pontifici, Reges deponuntur: imperia transferuntur: nondum tamen ad Hildebrandi jura eſt perventum.

Tom. X.

Jam plane habes conſummatum ædificium poteſtatis & ſpiritualis & temporalis P. R. ſolum ſupereſt ædificii faſtigium, mox Hildebrando imponendum.

Tom. XI.

Nunc poteſtas R. P. per gradus producta eſt ad culmen in temporalibus per Hildebrandum, cujus ἀφορισμοῖς pauca videntur addidiſſe poſteriora ſæcula. Addiderunt tamen aliquid: nam lex de excommunicatis occidendis ab Urbano eſt profecta Hildebrandi Succeſſore.

Tom. XII.

Hic perpetuam fere praxin videmus doctrinæ Hildebrandi, priori Sæculo ſtabilitæ.

Sequitur epiſtola Caſauboni ſcripta 1591. quæ Tomo β Adverſariorum exſtat.

PEtis a me, ut obſcuram apud M. Tullium vo-

vocem περπερεύεσθαι sive quod idem pene est ἐμπερπερεύεσθαι accuratius tibi explicem. Faciam, sed paucis. Quæ res autem duæ in hujusmodi quæstionibus spectari solent, usus veterum Scriptorum & antiquorum Grammaticorum auctoritas, earum prior locum hic nullum habet. Nam neque auctorem ejus dictionis Cicerone antiquiorem habemus, & inferioris quoque ætatis Scriptores, si qui illi sint (ut sunt) usi, ita habent illorum loci, ut facilius sit, ex hoc bene expenso de illis statuere, quam lucem aliquam Ciceroni ex illis fœnerari. Grammatici vero in hac dictione explicanda solenne illud suum servant, ut in diversa abeant, nec sibi consentiant. Alius est, qui vocis originem secutus περπερεύεσθαι interpretetur *perperam agere*. Sic legere memini non solum apud Interpretes, sed & in optimo libro veterum Glossarum. Alius κολακεύειν exponit. Ecce autem alium qui προπετεῖν quod est, *præcipitem esse & temerarium*: cui expositioni sine dubio Græcorum super hujus vocabuli etymologia opinio ansam præbuit. Putant illi περπερεύεσθαι dici quasi περιφέρεσθαι & πέρπερον quasi περίπτερον vel περίπτερον, deque eo proprie usurpari, qui præ levitate mentis nusquam consistat, sed huc illuc feratur, quod eorum commentum non tam profecto salsum est, quam falsum. Sunt &, qui ἀτακτεῖν exposuerunt. Mihi vero harum interpretationum nulla probatur: video

deo enim, nullam earum huic loco quadrare, quem ego unicum esse censeo ad veram istius dictionis significationem asserendam. Voluit autem Cicero summam Attico suo proponere orationis a se in Senatu eo die habitæ, quo primum Pompejus Romam ex bello Asiatico reversus curiam erat ingressus. Ea oratio tota pene fuit de rebus a Cicerone gestis, ejusque in Reipubl. administratione consiliis, de laudibus denique ipsius. Impulerat autem M. Tullium in eum sermonem Pompejus, qui primas tum temporis in republica tenens visus erat paulo ante de ipso minus honorifice sentire ac loqui, quod propterea accidere putabat Cicero, quia toto illius Consulatu Pompejus urbe abfuerat, neque eorum spectator aut testis oculatus fuerat, quæ cum immortali sua laude Cicero gesserat. Ei incommodo ut mederetur Cicero, faciendum sibi duxit, ut res suas in Senatu, audiente Pompejo, imo, ut audiret Pompejus, exponeret, narraret, ornaret. Ita enim futurum sperabat, ut intelligeret Magnus, qualis Vir & quantus ipse esset, quantumque ab illo mutatus, quem aliquot ante annis Roma discedens reliquerat. Quis autem dubitat, summum Oratorem & laudis etiam fortasse, quam satis esset, avidiorem, in rebus gestis suis coram novo auditore Pompejo ornandis amplificandisque ingenii habenas omnes laxasse, fuisseque ἀυτὸν ἀυτȣ̃ κρέιττω; Declarat ipse abunde, cum ait, si unquam

quam ſibi περίοδοι, ſi καμπαὶ, ſi ἐνθυμήματα ſi καϑασκευαὶ ſuppeditarint, illo tempore: multo etiam magis declarant, quæ ſequuntur. Hic eſt ſenſus totius illius loci, quem paulo pluribus expoſui, ut intelligeres, quod ſupra dicebam, nullam earum, quas attulimus, interpretationum vocis περπερεύεσθαι menti Ciceronis convenire. Enimvero ex ipſa verborum ſerie apparet ἐμπερπερεύεσθαι Pompejo dixiſſe Ciceronem pro eo, quod erat jactare ſe & oſtentare, ac quaſi triumphum in auribus & oculis Pompeji agere, eſtque ita dictum ἐμπερπερεύεσθαί τινι, ut dixit Theocritus ἐνδιαθρύπτεσθαί τινι. Hanc expoſitionem & verba ipſius auctoris flagitant nedum poſtulant, & confirmant multa. Nam & Moſchopulus docet περπερεύεσθαι apud recentiores Græcos id ſignificare, quod apud veteres κομψεύεσθαι & alii nobiliſſimi veteres Grammaticorum exponunt μετὰ βλακείας ἐπαίρεσθαι, quod eſt ad oſtentationem alicujus rei, quam quis habeat, laude dignum dicere aliquid aut facere. Neque abludit hinc, quod de hac voce Baſilius annotavit. Omnino affine aliquid τῷ ἀλαζονεύεσθαι hæc vox ſignificat, affine, inquam, non idem. Nam ἀλάζων is proprie dicitur, qui falſa de ſe prædicat, πέρπερος vero, qui non falſa quidem ſibi tribuit, ſed quæ ſibi inſunt bona, ea nimis, ut ita dicam, in propatulo habet, & putide oſtentat. Accedit huic ſententiæ pondus ejus autoris, qui vetus Gloſſarium

compilavit. Is enim alicubi *vanus* reddit πέρπερος, ſicut & Græci quidam περπερεύεσθαι, ματαιοῦσθαι. Sed & D. Paulus, qui περπερεύεσθαι & φυσιοῦσθαι conjungit, nonne ad hanc ipſam expoſitionem ſtabiliendam momenti aliquid afferre videtur? Nam quod aliquem fortaſſe moveat Latina origo ut περπερεύεσθαι malit interpretari *perperam agere*, vereor, ut ſatis ſit firmum. Eſt enim ſimile, ut ſi quis vocem alacris græce vertat ἄδακρυς. Ita enim recte interpreteris, ſi verbi notationem comperies non recte ſi ſignificationem. Similia his ſunt, quæ de vocibus *andron*, *xyſtus*, &c. aliud apud ſuos ſignificantibus, aliud cum a Romanis uſurpantur, doctiſſimus Vitruvius lib. VI. annotavit. Sunt & alia ſexcenta, in quibus idem poſſis obſervare. Sed manum jam de tabula: Vereor enim ne modum etiam exceſſiſſe videamur. Quare verbum non addam.

Extra contextum illius epiſtolæ in eadem ſchedula hæc legebam:

Πέρπερον utitur Sext. Empir. p. 21. ſeq. περπερεύεσθαι eſt, ſe inani oſtentatione jactare, ut loquitur Arnobius p. 242. Polybius in fragmentis p. 198. eam vocem uſurpat. Vide etiam Suidam in Αὖλος Πορ. ubi Polybius hac voce videtur uti. Περπερεύειν eſt velut apud Auguſtinum p. 12. 62. jactare doctrinam. πέρπερα γλισχρευόμενος apud Suidam in Διονυσίων. Optime huc facit, quod Schol. Sophoclis p. 227.

p. 227. *περπέρους* ait esse *τοὺς πολυλάλους. περπερία* quid? Basilius p. 387. & 493. *V. not.*

Alia ejusdem Epistola de loco 2. Maccab. IV. 12. 1592. scripta Tom. α Adversariorum his verbis concepta erat.

Hæsisse te illo historiæ Maccab. loco quem mihi proposuisti explicandum tibi, non miror. Est enim, ut alii non pauci eorum librorum, obscurus neque vel a primæ notæ Interpretibus recte satis aut satis luculente, ut videtur, tractatus. Sed de aliorum interpretationibus alias, si voles, & quando voles. Nam ut illas nunc aut referamus, aut refellamus, non est operæ: quin aliã potius afferemus, quæ, nisi fallimur, non minus vera quam nova videri poterit. Ante omnia vero illud ponamus: sensum istorum verborum ex proximis versiculis cum antecedentibus tum subsequentibus esse petendum. Quod si diligenter animum advertas, reperies auctorem a 7. v. ad 15. summum exprimere voluisse contemtum religionis patriæ h. e. Judaicæ, & Græcanicorum morum atque institutorum approbationem, atque adeo susceptionem, quæ in urbe Hierosolymit. accidit sub Jasone, imo per Jasonem Pontificem. Mirabilis tum fuit in illo populo rerum turbatio, mutatio, atque innovatio: mirabilis plerorumque

M 5 omni-

omnium ab avita religione defectio, patriarum legum atque institutorum desertio, & ad Hellenismum transitus nefarius, quam historiam auctor ille pluribus verbis, nec sine ampullis illis suis referens, cum alia in eam sententiam tum hæc v. 12. proponit: *ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον καθίδρυσε καὶ τοὺς κρατίστους τῶν Ἐφήβων ὑποτάσσων ὑπὸ πέτασον ἦγε.* Hic quærunt Interpretes, & quærebas modo tu quoque a me, quid sit *τοὺς ἐφήβους ὑπὸ πέτασον ἄγειν.* Respondeo, nihil aliud eo loquendi genere significari, quam quod ante dixit, *εἰς τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα μετάγειν,* *imbuere disciplina & moribus Græcanicis.* Quare etiam sequitur statim *ἦν δ' οὕτως ἀκμή τις Ἑλληνισμοῦ καὶ πρόσβασις ἀλλοφυλισμοῦ.* Josephus brevius eadem: *τήν τε*, inquit, *τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ τὴν ἀπόδοσιν Ἕλληνες. τά τε ἄλλα πάντα, ὅσα ἦν αὐτοῖς πάτρια παρέντες ἐμιμοῦντο τὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔργα.* Ex his apparet sine dubio vera illius loci mens. Verum nihil agimus, nisi singula expendamus, & quomodo ex illis verbis *ὑπὸ πέτασον ἄγειν* hæc sententia a nobis eliciatur, ostendamus. Sic igitur habe: quod petasi hic meminit, referendum id est ad mores Græcorum. Græci sicut & Romani ut plurimum (quod certum est) capite nudo esse soliti, quando in Gymnasiis exercebantur (id autem *ἔφηβοι* maxime faciebant) petasum quod capitis tegmen fuit non absimile galero no-

nostro) gestabant. Ideo annotant veteres Grammatici, πέτασον, esse φόρημα τῶν ὑφήβων, gestamen epheborum nempe in Gymnasiis exercentium. Possem de facili quamvis magnam in hanc rem testium copiam excitare, sed brevitati studeo. Significat igitur auctor, Jasonem curasse, ut adolescentes, qui in Gymnasio ab ipso exstructo, educarentur, essent more Græcorum petasati. ὑπὸ, quod vertunt omnes *sub*, non est isto loco *sub* sed *cum*, vel potius participii supplet defectum. Sic & apud Latinos *sub*, ut cum dicit Svetonius Augusto 29. *opera sub vero nomine consecravit*, & similia infinita. Eleganter sane & ex usu optimorum Scriptorum vel Atticorum. Nihilo felicius verterunt omnes τὸ ἄγειν ducere vel traducere. Unde nata illa monstruosissima doctissimorum Virorum sententia, qui πέτασον petaurum vertere. Apage vero istam. Sed mitto aliorum sententias, & redeo ipse in lineam. Ἄγειν hic aliud nihil quam *docere* & *educare*. Quis vero non miretur, tot doctissimis Viris, qui istum locum & olim & nostris temporibus tractarunt, hujus interpretationis verbi ἄγειν non venisse in mentem. Nam id quidem translatitium profecto est, & vel iis notum, qui argumentum saltem libri Plutarchi περὶ παίδων ἀγωγῆς norunt. Erit igitur ὑπὸ πέτασον τοὺς ἐφήβους ἄγειν adolescentes more Græcorum petasum gestantes imbuere illorum moribus ac disciplina. Sed præstat

ver-

versum integrum repetere, & illius interpretationem subjungere. Ἀσμένως &c. h. e. *Studiose* (id est ἀσμένως isto loco) *sub ipsam arcem Gymnasium exstruxit. ubi præstantissimum quemque ephoborum subjiciens* (videlicet novæ disciplinæ magistris) *cum petasis*, (sive *petasatos* quando se exercent ut diximus) *instituebat*. Habes meam super isto loco sententiam. Pene exciderat, quod volo te monitum. Puritas enim Græcæ Linguæ postulat, ut pro ὑπὸ πέτασον legamus ὑπὸ πετάσων, h. e. πετάσυς φορῦντας.. Sic dixit Xenophon. ἐτόξευον ὑπὸ μαςίγων, h. e. μαςιζόμενοι. Sic Plutarchus: κόρακες ὑπὸ κλαγγῆς προσεφέροντο h. e. κλαγγάνοζτες. Vel igitur sic minima mutatione rescribendum, vel fatendum, minus commode hunc Scriptorem Græca locutione esse usum, quod nemo mirabitur, qui eum modo perlegerit. Hoc volui, nescius ne esses.

In margine epistolæ exteriori hæc notata erant:

Metaphrastes in vita August. p. 353. πέτασος pro *velo*. An ὑπὸ πετάσων; Alibi cum Dativo, ut ὑπὸ λαμπάσιν ἀναχωρεῖν Chrysost. II. 797. 33. πέτασος ad ipsos humeros pertinebat. Eustath. p. 964. 39. Senec. ep. 14. *gemere sub colapho*, κολαφιζόμενον.

Διὰ τεκνογονίας I. Tim. II. 15. est τεκνογονῦσα. Vide ibi, Juvenalis Sat. X *ad lunam* h. e. fulgente luna: Talia; ad citharam cantare, διὰ χιτωνίσκου Appianus 41. d. Nota τὸ διὰ apud Polybium p. 15.

Home-

Homerus Iliad. σ. δάδων ὑπὸ λαμπομένων h. e. præeuntibus facibus, sic in legg. 12. *sub ascia* dedicat. Valer. Max. p. 39. *sub furca agere.* ὑπὸ χολῆ cum bile Hippocrates p. 157. Similes locutiones sunt apud Hebræos ut Gen. 30. 30. ubi לרגלי est *ad illatum pedem meum.* Nam in istis omnibus verbum cognatæ significationis desideratur. Max. Tyrius 134. τριήρης ἐρεσσομένη ὑπ' αὐλῷ. Pausan. p. 304. ἐπὶ ῥάβδῳ δάφνης ᾄδειν. Cassiodorus p. 396. *sub lenitate* tractare pro *cum.* Vide & p. 398. 404. 416. & 419. *Vide notas.*

Præfatio Casauboni ad Librum *de Libertate Ecclesiastica*, de quo in notis uberius dicetur.

Ad vere pium & vere Politicum Lectorem.

SIne causa multi etiam interdum Viri graves exortam non ita pridem controversiam inter Paulum V. Pontificem Maximum & Serenissimam Remp. Venetam tantopere sunt admirati. Nam ut imperitam rerum plebeculam & sui duntaxat quæstus diurni satagentem ad hujusmodi nuntium stupuisse merito atque inhorruisse non sit rationi alienum; ita cur hominibus prudentia & notitia rerum ante gestarum, quæque nunc cum maxi-

maxime geruntur præstantibus ulla admodum incesseret admiratio, nihil quicquam profecto erat. Quippe illa demum sapientes mirari solent, quæ vel raro accidunt, vel causas, quare acciderint, obscuras habent, & ad pervestigandum difficiles. At controversiarum similium & bellorum etiam sævissimorum, e pari causa conflatorum, exempla, quibus cunctæ præteritorum nostrorumque adeo temporum historiæ sunt refertissimæ, quis potest Vir prudens ignorare? Causa porro in promptu & omnibus obvia. Ex quo enim summus Pontifex ab adulatoribus suis, fatali magnarum Potestatum peste, sibi persvaderi sinit, suum esse Orbis terrarum imperium, suam rerum omnium, non spiritualium solum sed & temporalium, uti vocant, dominationem: a se uno Reges universos ac principes pendere, ut cujus in manu sit regna firmare, mutare, adimere, & in quos voluerit cunque transferre: quem ante ceu patrem communem omnes venerabantur, omnes gravari, suspectare ac formidare ceperunt. Hinc illa tam frequentia, tam diuturna, totiesque repetita jurgia, discidia, bella denique funestissima, & a Pontifice & adversus Pontificem ingentibus odiis gesta. Ac licet communi utilitate exigente ab armis sæpe est cessatum: quia tamen inter dissidentes animis & sententiis potestates, sibi invicem perpetuo imminentes, satis bona fide convenire nunquam potuit, poterit nunquam: dilatio belli non

non certa pax ea censeri debet. *Pax ante fida nivibus & flammis erit.* Quis namque Vir cordatus, dominationis legitimæ compos, tam immensum & infinitum imperium, cui simile ne fando quidem est auditum, non detrectet? non omni nisu eat excussum? Omnino libertate sua nedum majestate Principes spoliant, qui Pontifici potentiam istam, nullis coërcitam finibus, divina humanaque jura omnia peræque amplectentem tribuunt, impunitas, fateor, illis erit interdum, securitas certe nunquam. Quare non, si inter Pontificem ac principes parum sæpe conveniat, admiratione digna res censeri debet: verum illud potius demirari convenit, quibus tandem machinis persæpe generosæ mentes maximorum potentissimorumque Principum expugnentur, ut cogi se in ordinem vel non intelligant: vel etiam scientes prudentesque animis æquis patiantur. Enim vero qua arte plerisque illorum aliud agentibus manus adeatur, operæ pretium est attendere. Quemadmodum enim in civitate libera fieri amat, ut pauci, quo rerum summam ad se trahant astu, cives aggrediantur, & iis, quæ sapientissimus Philosophorum oligarchiæ sophismata nominat; ita plane qui hujus inhonestæ servitutis jugo (de temporali dominatione Pontificis loquor) Principes subjicere moliuntur: rei duritiem verborum honestate sedulo molliunt: certam & manifestam usurpationem ut jam ævo suo beatissimus Pater Bernardus

dus vocabat, *Libertatis Ecclesiasticæ* appellatione velant, qui si nihil aliud intelligerent, quam quod ipsæ præ se ferunt voces, amore omnium & prædicatione erant dignissimi. Christianus enim haberi non meretur, qui libertatem & conservationem Ecclesiæ Dei, sponsæ Domini Jesu, pro qua & vitam ponere ipse suam sustinuit, non optet, non pro virili parte adjuvet. Sed aliud longe heic agitur, aliud simulatur: aliud verbis palam dicitur: aliud revera in occulto sentitur: & dum Ecclesiæ libertas obtenditur, unius cum paucis dominatio impotens quæritur. Quumque non secus ac si in hoc uno religionis Christianæ cardo verteretur, certorum hominum in eo desudet hodie industria, ut majestate sua Imperatoribus, Regibus ac Principibus universis detracta, non tam supra omnes, quam omnium loco unus substituatur: inceptis omnibus atque ausis mire interdum horrendis Libertatis Ecclesiasticæ blandum semper nomen prætexitur. Ne præteritarum calamitatum, quæ ab hoc uno fonte in Italiam, Galliam, Germaniam, ubertim sæpe exundârunt, memoriam refricem: nunc nuper Pontifex M. cum dirum illud anathematis carmen adversus Serenissimam Venetorum Rempubl. pronuntiaret: tantarum irarum causam attulit Libertatem Ecclesiasticam violatam. Fidem Dei atque hominum! quænam ista, obsecro, libertas est, cujus contemtus tam illustris capitis, tam benemeriti de Ecclesia universa Sena-

tus,

tus, tot innocentium civitatum ac populorum damnatione æterna ſit expiandus? Sed cur nomina, quæ rerum ſigna ſunt, commutantur? neque enim de Eccleſiæ libertate in hac cauſa agitur: verum de paucorum commodis, quæ loquendi uſu quodam an abuſu Eccleſiæ nomine cenſentur. De impunitate item Eccleſiaſticorum agitur, & licentia quidvis ſpecie religionis audendi: non de electionum libertate, pro qua mille mortes oppetere Senatus populusque Venetus ſint parati: non denique de re ulla ad communem gregis Chriſtiani utilitatem ſpectante. En quæ dicitur hodie Libertas Eccleſiaſtica, quæ tot inſontium animarum damnatione ſancitur, cujus gratia ſtabiliendæ Dei Opt. Max. laudes ſilere; juge ſacrificium jubetur tolli, omni pietatis exercitatione infinita multitudo, nihil commerita miſella, interdicitur: belli quin etiam & omnium malorum, quæ bellum comitantur, metus incutitur. Quid multa? hæc eſt illa libertas, adverſus quam ſi quis patriæ charitate ductus mutire audeat, Politicus e veſtigio, tanquam Chriſtiani appellatione indignus incipit vocitari. Unum hoc nimirum ſæculo noſtro ad omne dedecus reſtabat, ut quaſi parum in multas partes Eccleſia Dei noſtra hac tempeſtate foret ſciſſa: novum iſtud inſuper a turbulentis quibusdam tribunis, publicæ tranquillitatis juratis hoſtibus adinveniretur nomen: quo conſentientes ceteroquin in fidei dogmatis invicem

N alie-

alienent, abalienatos in partes secedere compellant: aut illis etiam, si forte, velint nolint se adjungere, quos a communione Romanæ Ecclesiæ esse suspensos Christianus Orbis universus dudum gemit. *Hoc Ithacus velit, & magno mercentur Atridæ.* Et tamen, quid eos velle aliud aut quærere hodie censeas, qui politicos, quos nominant, voce aut scriptis inclementer lacerant, & immanibus conviciis proscindunt, *Novatores Novatoribus ortos, impios, hæreticos*, locis sexcentis suorum Annalium Illustrissimus Cardin. Baronius ipsos nominat. Sunt in omnium manibus diversorum Auctorum scripta, velut Thomæ Bozzii, Alex. Carerii Patavini, Romæ Patavii atque alibi ad defensionem istius libertatis Ecclesiast. *adversus impios Politicos* publicata: Isto enim titulo libri proscribuntur. Pulcram sane & oppido efficacem rationem, gregẽ universum ad unum ovile reducendi, cum & domestici atrocibus maledictis, quæ ingenuorum supplicia sunt, veluti furiis, quod ajunt, foras extruduntur: & jam alienatis spes quoque ipsa reditus, novis quotidie offensaculis objectis in æternum præciditur. Sed est tanti libertas ista: ut ad tuitionem illius susque deque miscere omnia cœlum terræ, sacra profanis, nullus sit pudor. Quumque cœlestis Doctoris præcepta sint *ἀναντίῤῥητα*, ad quæ suo etiam exemplo nobis præivit: charitatem super omnia modis omnibus fovere vel cum inimicis & Potestatibus, a Deo institutis, subjici, ac propter

COR-

conſcientiam dicto illis eſſe audientes; adſtruendæ firmandæque libertati huic per tot meliora ſæcula incognitæ, penitusque inauditæ jurgia aſſidue ſerere, bella ubique ciere, Regibus ac Principibus terrori eſſe, ſubditos eorum legibus ſolvere, atque in proprios armare Principes, cuncta denique divina & humana jura temerare, pium ac ſanctum vocatur, ac Deo gratiſſimum eſſe diſputatur. Nempe ita facere illos oportet, qui veteri dicto fidem apud poſteros cogitent conciliare; *Male imperando ſummum imperium amittitur.* Verum ad vos, graviſſimi prudentiſſimique Viri, qui Principum Concilia participatis, jam me converto: atque ut libellum hunc, pingui illum quidem Minerva ſcriptum, ſed ab amore veritatis & erga poteſtates divinitus inſtitutas devotione ſingulari profectum, lectione veſtra dignemini, a vobis peto atque contendo. Intereſt fidei veſtræ, quorum conſiliis cuncta in Republica adminiſtrantur, ut cauſam hanc quæ vim omnem dominationis civilis bene intellecta firmat, ſin aliter, deſtruit, & perſpectam ipſi penitiſſime habeatis, & a cunctis veſtrorum Dominorum ſubditis velitis ſtudeatisque accurate cognoſci. Omnium vero maxime Principum Veſtrorum intereſt, ut nudam rei veritatem hac in parte a vobis accipiant, eamque recte capiant. Solent enim doctrinæ iſtius aſſertores, homines ſolertiſſimæ induſtriæ at-

que ingeniosissimi mirifice illis obrepere, & verbis honestis, quod ante dicebamus, pestilentis doctrinæ venenum incautis propinare. Longe enim aliter apud aures Principum de hac quæstione loquuntur, aliter apud vulgus & in libris suis blaterant. Quod quidem artificium ita feliciter hactenus illis processit, ut quid vere sentiant, quid doceant super potestate principali, pauci adhuc Principes videntur cognovisse. Posthac vero, ne rem necessariam possint ignorare, cautio vestra est, prudentissimi sapientissimique Viri. Nos quidem summis ex Ordine Vestro Proceribus scimus esse persuasissimum, idque hoc brevi libello clare & liquido nos demonstrasse confidimus; si doctrinæ isti locus detur, & hæc ψευδώνυμος libertas in animos hominum prius admittatur, quam excutiatur: ilicet de civilium omnium potestatum vi atque juribus esse actum atque conclamatum. Dominationis enim res ipsa penitus adimitur Principibus: utut nomen inane illis videatur relinqui: Quanquam ne nominis quidem usurpandi jus nisi ad alienum arbitrium per hanc doctrinam ipsis conceditur, quo quid contumeliosius, quid magis probrosum iis possit accidere, qui sublime dignitatis suæ fastigium uni Deo ferunt acceptum? cujus ordinationi manifesto repugnant, qui jura Principatuum subvertunt, subditos fidei sacramento solvunt, vincla Dominationis civilis omnia abrumpunt.

punt. Hoc facile cognoscant, sciant, penitusque imbibant, & qui regunt & qui reguntur. Omniū Principū cōmunis hæc causa est: omnium enim libertatem falso dicta hæc libertas Ecclesiastica opprimit, quid dico opprimit? imo vero regna integra legitimis possessoribus erepta obtentu hujus scuti Pontifici Max. vindicantur, idque tanta vehementia, tanta verborum acrimonia atque atrocitate, nihil ut queat magis. Legatur, quæso, vel unica illa accuratissima Cardin. Baronii digressio in XI. Annalium, qua Siciliæ regnum a rege Catholico it repetitum. Miraberis Carolum V. immortali laude dignissimum Imp. cum filio ac nepote, duobus Philippis, Hispaniarum Catholicis Regibus S. A. propugnatoribus acerrimis non secus ac viles quosdam Orbis terrarum prædones & Ecclesiæ hostes esse exceptos. Quo autem jure? Libertatis nempe hujus Ecclesiasticæ, cujus nomen singulis paginis ad fastidium usque ab auctore inculcatur. Ite nunc, Principes, & patrocinio istius libertatis opes, regna & vos ipsos impendite. Nec refert, quod quibusdam illorum ab hac doctrina nihil in præsens videtur mali impendere, nam si semel in animis subditorum fundamenta suæ dominationis labefactari per injuriam passi fuerint, ipsam quoque dominationem & imperium suum labare, nutare, ac parum validis radicibus esse fundatum omnino necesse est. Cogitate, Viri prudentissimi, omnibus minari Principibus, uni qui injuri-

am facit. Cogitate ſapientiſſime illud a Felice II. R. P. eſſe dictum. *Error, cui non reſiſtitur, approbatur: & veritas, quæ minime defenſatur, opprimitur. Negligere quippe, cum poſſis deturbare perverſam opinionem, nihil eſt aliud quam fovere.* Cogitate, eôs vos eſſe Politicos, quorum nomen ſectæ iſtius auctoribus tantopere eſt exoſum. Facite igitur, ut vim nominis Veſtri probe vos intelligere, & vere doctrinæ civilis eſſe peritos, reapſe experiantur: futuri providos ἅμα πρόσσω καὶ ὀπίσσω ſagaciter proſpicientes, & quod prudentium docet eſſe proprium ſapiens ille Megalopolitanus: non Fortunæ fidentes, verum conſiliis, quæ recta ratio ſuaſerit. Quod ſupereſt, omnes eos, in quorum manus hæc noſtra inciderint, obſecro atque obteſtor, ut ſi quid paulo liberius in hac diſputatione nobis forte exciderit; neque malevolentiæ id adſcribant, neque irreverentiæ erga ſacrum Ordinem, quem debito honore colere me ac venerari profiteor: ſed partim amori patriæ omne id, quicquid erit, condonent: quem eſſe in nobis vehementiſſimum nunquam diſſimulaturi ſumus; partim ſtudio veritatis, cujus præcipuam ſemper in omni disquiſitione habendam eſſe rationem dubitat nemò, qui quidem hominem ſe eſſe natum rectæ rationis participem meminerit. Ita dominus JESUS, qui nec fallere nec falli poteſt, mea ſupplicis vota exaudiat. Valete, prudentiſſimi Ampliſſimique Viri, & cum Deo bene rem gerite.

NO-

NOTÆ IN CASAUBONIANA.

DE *Moschionis* libro consule, si placet, Thomæ Reinesii epistolas ad Daumium ep. LI. p. 137. Fuerunt plures hujus nominis, inter quos celebres præ ceteris sunt tragicus & Comicus, de quibus CL. Fabricius in Bibliotheca Græca lib. II. c. 19. & 22. in Catalogis Tragicorum & Comicorum exposuit, de Moschione Medico libro VI. ni fallor, dicturus.

Ib. v. 15.

De hoc libro, *Boëthio* supposito, idem hodie sentiunt eruditi, quorum alii aliis foetum hunc vindicare voluerunt, inter quos non improbanda videtur Jac. Thomasii, Th. Cantipratano foetum hunc tribuentis, opinio: Vide Programma ejus 25.

Ib. v. 23.

Erasmi de *Hilario* judicium leges in præfatione quam editioni Operum ejus præmisit. Ibi inter alia: *Omnes Viri libri mirum quendam spirant pietatis ardorem*; ad quæ verba Casaubonus, Erasmi judicio hic subscribens forte respicit. Adde ex nostratibus *Theoph. Spizelii* Veterem Academiam Jesu Christi p. 113. sq. qui hanc & alias Christiano dignas hujus Doctoris virtutes in ampliore luce collocat cùm argumentis ex ipsius scriptis depromtis, tum

veterum testimoniis, Arrianis se non mascule solum opposuit sed etiam inter Latinos omnium primus Erasmo judice l. c. *Primus*, inquit, *Latinorum eloquentia sua gladium strinxit in Arianos, ea quoque res illi plurimum fama conciliavit, pracipue, quod res esset cum hoste nobili.* De dictione ejus minus polita legi etiam possunt præter Rich. Simon Hist. Crit. N. T. lib. 3. p. 127. Benedictini Patres in diffusa ac erudita præfatione, qua novam Patris hujus editionem curis suis Paris. 1693. fol. recognitam ornarunt. Ibi enim inprimis de obscuro dicendi genere, quo delectatus videtur Hilarius, differitur, causæque illius deteguntur. Perronius iniquius de hoc Patre sentit & judicat in Perronianis: rectius Ancillonius in Miscellaneis p. 304.

Ad p. 2. v. 12.

Anonymum illum *Periegetem* cujus hic mentionem facit Casaubonus, suspicor eundem esse cum Anonymi Periplo Mæotidis Paludis & Ponti Euxini quem Isaacus Vossius a Salmasio cum ipso communicatum primus cum Scylace suo edidit Amstelod. 1639. 4. Idem Periplus recusus deinde est a V. C. Jac. Gronovio in Geographicis Antiquis Lugd. Bat. 1697. 4. & nuperrime omnium ab eruditissimo pariter & humanissimo Viro, Jo. Hudsono, Fautore optimo, in Tomo I. Geographorum Græcorum Minorum summa cura editorum Oxon. 1698. 8. Vide plura de isto Anonymo tum

tum in H. Dowelli, Viri πολυμαθεστάτου, subjunctis isti Volumini dissertatt. tum in Cl. D. Fabricii Biblioth. Gr. lib. IV. c. 2. p. 34.

Ad. p. 3. v. 1.

Hic *Agrippæ* liber de Vanitate Scientiarum adeo se probavit Sorberio, ut, ceteris omnibus ejus scriptis parvi habitis de hoc uno præclare sentiat in Sorberianis. Neque Bælio displicuit Tom. I. Dictionar. p. 112. not. L. qui p. 115. not. O. ex vero monet, hoc ipso libro Auctorem gravem Monachorum reprehensionem & irā incurrisse. Legere quoque juvabit Erasmi de scripto isto judicium p. 1083. epistolarum. Ad Casauboni sententiam proxime accedit Morhofii τοῦ μακαρίτου judicium, quod in scriptis ejus legere me memini: illi enim liber hic declamationis & ostentationis gratia scriptus videtur.

Ib. v. 23.

Ille *Th. Smithi* liber prodiit Paris. 1568. 4. Nescio unde Casaubonus habeat, quod annitente Jo. Cheko publice aliquando recepta fuerit nova Gr. L. pronunciatio in Academia Cantabrig. Certe ex mutuis Episcopi Vintoniensis & Jo. Checi de hoc argumento epistolis id neutiquam apparet, quæ fidem potius faciunt, laudatum Episcopum, Cancellarii scilicet munere functum, Checo, Gr. L. Professori, novam pronunciationem introducere conanti, se publica auctoritate acriter opposuisse, & consilium ejus acri edicto promulgato,

quod in iisdem epiſtolis legitur, intervertiſſe. Prodiit illarum epiſtolarum collectio ſub hoc tit. *Joh. Cheki Angli de pronunciatione Græcæ potiſſimum Linguæ diſputationes cum Stephano Wintonienſi Epiſcopo, ſeptem contrariis epiſtolis comprehenſæ Baſil.* 1555. 8. Edidit eas Cœlius Secundus Curio, cui Checus Baſilea in Italiam contendens legendas reliquerat. Mireris, de re non magni momenti tanta animorum contentione tanto etiam argumentorum undique conquiſitorum copia nec minore dicendi elegantia a Viris his eruditiſſimis diſputatum fuiſſe, quorum alterum, ni fallor, cauſæ bonitas ſuffulciebat, alterum auctoritas ac graviſſimi muneris ratio reddebat ſuperiorem. Præcipuum controverſiæ momentum in pronunciatione Vocalium & Diphthongorum vertitur, de qua ita pronunciat in Decreto promulgato Cheki adverſarius p. 19. *Aι ab ε, οι & ει ab ι ſono ne diſtinguito, tantum in Orthographia diſcrimen ſervato. η, ι, υ, uno eodemque ſono exprimito, cujusque tamen propriam in orthographia ſedem diligenter notato.* In alia omnia abibat, nec præter rationem, Checus, qui p. 24. ſententiæ ſuæ argumenta ita proponit: *Videbam nihil mihi ad cauſæ tam juſtæ & legitimæ defenſionem præter voluntatem tuam abfuiſſe, ut cum omnia mihi ſuppeterent, auctoritas antiquorum, Grammaticorum veterum perpetuus conſenſus, utilitas ad diſcendum, ſuavitas in eloquendo, perſpicuitas in pronunciando: ad iſta omnia ſi favor, ſi benignitas, ſi approbatio tua acce-*

accederet, cumulate me omnibus in tota hac pronuntiandi ratione potuisse satisfacere. Nihilominus Checi causa, ceu dixi, fuit inferior. Ceterum complures alii de recte instituenda Gr. Linguæ pronunciatione commentati sunt, quos satis diligenter recenset Morhofius ὁ μακαρίτης Tom. I. Polyh. lib. IV. p. 73. c. 6. §. 18. quibus adde Apologeticum pro veteri ac germana Linguæ Græcæ pronunciatione & hodierna Cacophonia in priscam Euphoniam facile vindicanda Paris. 1579. 8. & R. Fracklini Ορθοτονίαν sive de tonis in Lingua Græcanica Lond. 1633. 8. Memini etiam me inter epistolas a Viris eruditis ad Roger. Aschamum scriptas & a Jo. Henr. Ackero recusas Jen. 1707. binas de hoc argumento legere, alteram quidem Hub. Leodii p. 43. alteram Nic. Cisneri p. 56. ex quibus patet, Aschamum Checi ὁμόψηφον itidem vulgarem, quam ante exposui, pronunciandi rationem immutatam voluisse, Leodio refragante subdubitante, Cisnero. Præter Is. Vossium idem cum Checo statuerunt Urb. Chevræus & Hadr. Valesius, quorum illum vide in Chevræanis Tom. I. p. 203. hunc in Valesianis p. 206. Dolemus omnino, quod Is. Vossio non licuerit elaborare dissertationem, quam de literis Græcis & pronunciatione linguæ Gr. molitus est teste Colomesio p. 142. Opusc. & quam ipse quoque exspectari jussit p. 65. Observatt. ad Melam. Disputationis hujus, quæ inter Episcop. Winton. & Che-

Checum fuit, meminit Gatakerus in Dissertat. de Diphthongis, quæ exstat in Operibus ejus Criticis.

Ad. p. 4. v. 5.

Hugo Broughtonus Anglus, Vir doctus sed nimium sibi tribuens, quo ipso eruditorum indignationi sæpius se exposuit. Sic Th. Gatakerus Civis ejus, Vir sane & eruditus & modestus, in Cinno lib. II. c. 2. p. 276. eum arrogantiæ nomine graviter perstringit, id inprimis in eo reprehendens, *quod in suis dilatandis dilaudandisque tam importunus, tam immodicus deprehendatur, ut cerebri læsi etiam nonnullis de se opinionem moverit.* Hoc tamen non prohibet, quo minus peritiam ejus in linguis Orientalibus dilaudet. Adde *Scaligerana* p. 68. & P. Colomesii notas. Præter *Commentarium* ejus *in Danielem*, *Concentum S. Scripturæ* & alia exstat *Oratio Græca* Mogunt. 1601. edita περὶ τῆς καταβάσεως εἰς ᾅδου τί θέλει τὸ ῥητὸν, de qua vide *Observationes selectas Halenses* Tom X. p. 198. Adde *Wittenii* Diarium Biograph. ad An. 1612. 4. Aug. *Th. Hayne* in præfat. ad diss. de Cognatione Linguarum p. 9. meminit Lexici a Broughtono ex LXX. Interpretibus confecti, & ad intelligendum rectius N. T. facientis, quod Collegii Sionensis Bibliothecæ a se donatum sit.

Ib. v. 7.

Casaubonus hic innuit epistolam *Greg. Nysseni ad Eustath. Ambrosiam & Basilissam*, quam Gr.

Gr. & Lat. cum notis amplis & pereruditis Casaub. edidit Paris. 1606. Hanoviæ recusam an. 1607. 8. Casauboni notas examini suo subjecit Jac. Gretserus, homo virulentissimus & maledicendi artem fere professus in *Notis Notarum* ad hanc epistolam. De maledicentia hominis præter Casaubonum alii conquesti sunt, & speciatim Scaliger cum alibi tum in epistolis passim, e.g. ep. 227. ubi illi audit *mulus Lojoliticus*, & *qui nunquam nisi temulentus scribat:* Cl. Crenio Part. III. Animadversion. c. IV. §. 7. *scurrili & scenica dicacitate nemini secundus* videtur. Unde nec ipsis fidei suæ sociis mores suos ac immatura judicia satis probavit, quemadmodum Rich. Simonius Hist. Crit. V. T. lib. III. c. 17. p. 513. ubi *Tractatum* ejus *de nova translatione Bibliorum* recenset, judicium ejus desiderat.

Ib. v. 11.

Quando primum *Usus officiorum Divinorum* in lingua vernacula prohibitus fuerit, ostendit illustris Anglorum Episcopus Ed. Stillingfleetus in libr. Anglicano, quem inscripsit *Concilium Tridentin. examinatum.* Docet enim ab Innocentio III. in Concilio Lateran. IV. in Hispania & Gallia Laicis, quibus ante Divina Officia vernacula lingua legere licuerat, hanc libertatem prorsus interdictam fuisse. Fuerunt inter Romanæ Ecclesiæ asseclas, qui hoc ægre ferrent, nec ita pridem quidam eorum edidit librum Gallicum sub tit. *Defensio versionum Scri-*

pturæ

ptura Sacra, *Officiorum ac Patrum Ecclesiæ* Colon. 1688. 12. Ceterum de Officiis B. Mariæ & aliis ejusdem tituli ſcriptis, quorum religioſus in Romana Eccleſia uſus eſt, vid. DN. Sibberi eruditus de Libris Eccleſiaſticis Latinorum libellus.

Ib. v. 25.

Plura ejusmodi illuſtria infandæ *Mariolatriæ*, in Eccleſia Romana olim receptæ & adhuc apud pleroſque ejus aſſeclas vigentis exempla recenſet Scherzerus ὁ μακαρίτης in Program. XVIII. p. 236. programmatum. Adde ejusdem Progr. XIV. & XXVII. & B. Alberti epiſtolam de Mariolatria Pontificiorum ex MS. editam in Relationibus Vernaculis de rebus Theologicis 1703. p. 441. ſq. Mihi equidem jam venit in mentem recordari Blaſii Viegæ p. 544. in Apocal. ſcribentis *ad nomen Mariæ auditum in genua procidi tam in cœlo quam in inferno.* Chriſtoph. a Vega quoq; in Theologia Mariana n. 128. longius progreditur, *ipſum etiam Chriſtum ſi quid a Patre impetrare velit, in nomine Mariæ orare* pronuntians. Quibus ex cauſis cultus hujus incrementa deducenda ſint, non inerudite oſtendit Bælius in Tomo II. Dictionarii Hiſtorico-Critici p. 1697. b. & Tomo. III. p. 2217. a. Quid igitur mirum, homines ex inſano hoc in cultum B. Virginis ſtudio eo quoque deveniſſe, ut quartam eam conſtituerent SS. Trinitatis perſonam, cujus rei teſtem habeo eundem Bælium Tomo I. p. 656. a. In vita autem

tem Car. Borromæi a Dominis Portus Regii, qui vocantur, edita, refertur, Mediolanenses in solenni processione, quam Duce hoc Borromæo ipsorum tum temporis Archi-Episcopo instituerant, exclamasse: *benedicta sit Sancta Trinitas, soror B. Virginis*. Conf. Cl. Clerici Bibliothecam Universalem Tom. XI. p. 538. Non verius de Maria judicavit Andr. de Theresia, qui Mariam cum Christo & Josepho personarum creatæ Trinitatis numerum absolvere dixit, quam in rem vide verba ex quadam ipsius concione allata in præf. B. Scherzeri ad Anti-Bellarminum c. 3. a. Equidem fuerunt ex recentioribus, qui omnem istum Sanctorum ac inprimis Mariæ cultum, indignantibus tamen cæteris emollire verbis & benignius interpretari studuerunt, inter quos numero Adr. Bailletum, qui in libro quem de cultu Virginis vernaculo sermone conscripsit, tum alia a fidei suæ sociis diverse pronunciat, tum cultum hunc Mariæ non ad ipsam sed ad Christum solum spectare ac referendum esse ait, qui liber an censuram Aulæ Romanæ effugerit, me latet.

Ad p. 5. v. 15.

Molinæus iste de quo loquitur Petri nomine dictus Pastor primo Charentoniensis fuit, deinde Academiæ Sedanensis Professor Theologus constitutus qui inprimis eleganti Libro de novitate Papatus non exiguam nominis famam sibi comparavit. Distinguendus hic probe est à Petro Molinæo Juniore ὁμωνύμῳ Canoni-

nonico Cantuarienfi, cum quo alterum illum nonnunquam confundi jampridem monuit Cl. Mollerus in Homonymofcopia p. 703. & nuper admodum in Hypomnematibus ad Morhofii Polyh. p. 401.

Ib. v. 25.

De *Poffevino* non diffimilia aliorum judicia invenies collecta a diligentiffimo Crenio p. 94. diff. I. de Furibus librariis & ad Bofii Introduct. ad notitiam Scriptorum Hiftoriæ Ecclef. Tomo III. Methodorum p. 426. Ipfe Bofius p. 17. Introduct. poft Voffium Apparatum ejus *doctiffimum atque laboriofiffimum opus* vocat, quemadmodum Poffevinus ipfe *Vir diligentiæ non vulgaris* audit Stephano le Moyne p. 129. prolegom. ad Varia Sacra. At, quod idem eum p. 124. *Virum emunctæ & exercitatæ naris* appellat, erunt forte, qui cum Cafaubono minus ex vero dictum putent. Rich. Simonius id nominatim in Apparatu ejus reprehendit, quod multorum librorum titulos ibi legas, qui nunquam prodierunt: Vide Epiftolas ejus felectas ep. 16.

Ad p. 6. v. 14.

Elienfis ille *Epifcopus Lancellottus Andrews* eft, ad Epifcopatum Wintonienfem deinde evectus. Liber, quem laudat Cafaubonus, infcriptus eft *Tortura torti*, & editus primum 1609. 4. cui fingularem librum oppofuit Mart. Becanus Mogunt. 1610. 8. refutatus iterum a Rich. Thomfonio an. 1611. & Rob. Burhillo. Occafionem libri a Lancelotto Andrews editi præbuit

buit ipſius Regis Jacobi tractatus, quem Anglice ediderat 1607. ſub titulo: *Triplici nodo triplex Cuneus ſive apologia pro juramento fidelitatis adverſus duo Brevia Papæ Pauli V et recentes literas Card. Bellarmini ad Georg. Blackwellum Angliæ Archi-Presbyterum ſcriptas*. Huic libro poſtea in Latinam L. translato, ut nunc exſtat in Operibus Regis Jacobi, ſe oppoſuit Bellarminus ſub nomine *Matthæi Torti*, atque hoc ipſo Angliæ eruditos de vindicando Regis Scripto ſollicitos adverſus ſe concitavit. Conf. de Bellarmini libro Bailletum in tract. Gall. *de Scriptoribus larvatis* ſive Pſeudonymis p. 511. & Mart. Kempii Bibliothecam Anglorum Theologic. p. 371. ſq. Totam hanc inter Regem Seren. Jacobum I. ejusque aſſertores & Curiam Romanam ac Bellarminum controverſiam nuper admodum fuſe expoſuit Celeb. Tubingenſium Theologus *Jo. Wolffg. Jagerus* in Hiſtoria Eccleſ. & Politica Sæculi XVII. Tomo I. p. 127. ſq. Libri *Lipſii*, quorum hic obſcure meminit Caſaubonus, illi, credo ſunt, quos de Virgine Hallenſi & Sichemenſi Antwerp. edidit 1604. & 1605. In hoc Viro animi levitatem & manifeſta incredibilis ſuperſtitionis indicia non ſemel culparunt eruditi, quam in rem legere juvabit Caſauboni ep. 444. & Scaligeri ep. 120. Eleganter quoque, ut ſolet, acutiſſimus Anglorum Poëta Duportus in leves Lipſii mores ac ſimul librum ejus *de Conſtantia* ludit p. 180. Poëmatum:

O *Ju-*

Justum non voco, λειποτάκτα Lipsi,
Justus propositi est tenax honesti,
At tu transfuga, λειποτάκτα Lipsi
Et constantia te tua hic reliquit.

Ad p. 7. v. 13.

Idem fere de *Arminio* judicium fert Henr. Wottonus, cujus verba legas in ipsius vita a Waltono Anglice descripta, p. 53. *Vir erat*, inquit, *doctrina raro obvia, vita severioris & animi levissimi.*

Ib. v. 27.

Epistola illa *Regis Angliæ Jacobi I.* exstat gallico sermone edita, ut titulus fert, Lond. 1612. ita inscripta: *Declaration du Serenissime Roy de la Grande Bretaigne sur ses Actions devers les Estats Generaux des Pais bas unis touchant le fait de Conradus Vorstius.* Acriter sane Rex ibi invehitur in Arminium æque ac Vorstium, atque hujus inprimis scripta excutiens omnia argumenta, quibus doctrinæ suæ capita excusare tum temporis conatus est, elidere annititur, & sub finem ex *Christiana & modesta ejus Responsione* varias colligit theses, ex quibus de sophisticis Vorstii excusationibus judicium fieri possit. Bertium æque ac Arminium & eorum asseclas inter Atheos numerat, atque id inprimis p. 13. ægre fert, quod *Bertius* eo processerit audaciæ, ut cum epistola quadam librum *de Apostasia Sanctorum* ad Archi Episcopum Cantuariensem miserit, impudenter, ut ait, professus, libri hujus doctrinam cum Ecclesiæ Anglicanæ articulis consentire, cujus tamen vel solus titulus flamma dignum librum reddiderit. Ad

Ad p. 8. v. 6.

Henrici Henriquez Summa Theologiæ Moralis prodiit tribus Tomis in fol. Venet. 1596. & 1600. ac recusa fuit Moguntiæ 1613. *Summa Moralis Sacramentorum* fidei suæ sociis adeo non placuit, ut fuerit prohibita ac in posteriore editione passim correcta. Conf. Summe Rev. D. Mayeri *Bibliotheca Scriptorum Theologiæ Moralis*, præmissa D. Strauchii Theologiæ Morali p. 71. Distinguendus ab hoc est alter ejusdem & nominis & Ordinis, Jesuitarum scilicet: de utroque videatur Sothvelli Biblioth. Jesuitica p. 326. sq.

Ib. v. 16.

Consilium & institutum quod in elaborandis Exercitationibus sibi propositum breviter & ex candido, ut puto, animo exponit Casaubonus, fusius edisserit idem cum in epistola ad Seren. Angliæ Regem tum in Prolegomenis, quæ in fronte Exercitationum illarum leguntur. Candor animi & veritatis studium ardentissimum tam ex hoc pio voto quam ex aliis simili modo conceptis & passim in hac Collectione occurrentibus manifeste elucet.

Ad p. 9. v. 14.

Stetit promissis Casaubonus, & *Liveleji* hujus cum laude meminit Exercitat. XVI. Anti Baron. p. 324. ed. Genev. Ibi enim ita: *Edaardus Liveleus Anglus, dum viveret, in Academia Cantabrig. Hebr. L. Professor, vir probitate & doctrina cumprimis excellens. Nobis quidem Liveleus notus non fuit; sed præter illa, quæ de eo accepimus a Viris ma-*

 gnis,

gnus, qui noverant, abunde utriusque & probitatis, inquam, & doctrinæ fidem nobis faciunt, quæ vidimus ejus scripta, in quibus est Chronologicum opus, quod ab ejus heredibus publicari (etsi propter immaturam auctoris mortem ad umbilicum non perductum) Reip. literariæ non parum interest, vel propter Astronomicas supputationes Eclipsium, quæ doctrinæ temporum inserviunt, in quibus Liveleus operam posuit diligentissimam. Idem p. 428. sq. ex eodem Livelei opere locum adducit non sine honorifica auctoris mentione, in quo p. 429. a. nescit modestiam prius laudet an doctrinam, quam utramque etiam tum probet, cum a Scaligero dissentiat. Memini quoque *Th. Gatakerum* in *Cinno* lib. II. cap. 9. Liveleum *Virum cum linguarum artiumque peritum tum modestum* appellare. *Commentarius* ejus *in quinque priores Prophetas Minores* Criticis Anglicanis insertus se eruditionis, quanquam non nihil, ut putat, affectatæ nomine probavit Rich. Simonio Hist. Crit. N. T. lib. 3. c. 15. *Colomes.* in *Icone Presbyterian.* sub finem p. 788. Opp. ejus Hamb. editorum affert locum ex MS. Jo. Drusii epistola, qua Livelejus dicitur persuasisse Cantabrigiensibus, quod T. V. ulceratum sit.

Ib. v. 26.

Erycii Puteani tractatus inscriptus est: *in Is. Casauboni ad Front. Ducæum epistolam strictura, liber prodromus* Lovan. 1612. 4. quæ quidem epistola a multis, ac speciatim a Gretsero & Andrea Eudæmon Johanne data opera vellicata fuit.

Ib.

Ib. v. 28.

Catechesis illa *Ecclesiarum Polonicarum* prodiit latine 1609. 12. variis Auctoribus quorum tamen præcipuus dicitur Gregorius Pauli, teste Sandio in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 44. qui alibi in eodem libro Val. Smalcii & Hier. Moscorovii partes hic aliquas fuisse indicat. Eadem Catechesis Germanice Racoviæ edita & Wittebergensi Academiæ dedicata prodiit 1608. 12. quod patet ex Refutatione illius Catechismi a Wittebergensibus Tomo I. Consiliorum Theologicorum inserta p. 660. sq. ubi p. 661. a. monetur, Catechesin hanc germanice prodiisse 1608. idem quoque patet ex p. 664. a. ubi Auctores profitentur, eam sibi jam ante decem annos inscriptam esse, cum ipsi anno 1618. ceu subscriptio testatur, refutationem ejus in lucem prodire juberent. Belgice eadem Confessio lucem vidit 1666. 4. Latine autem aliquoties recusa est, etiam cum Wissowatii notis 1680. 4.

Ad p. 10. v. 5.

De calumniis, quas ille *Andr. Eudæmon Joannes* plenis buccis in Casaubonum & Parentem ejus effuderat, vide omnino Casaubonum Exerc. I. c. IV. p. 36-42. ubi eas omnes mascule convellit & dispungit. Opposuit equidem idem Jesuita his Casauboni Vindiciis responsionem anno 1615. Colon. & majus opus Exercitationibus in universum refutandis destinatum, sed nec vindice caruit defunctus fatis Casau-

gnus, qui noverant, abunde utriusque & probitatis, inquam, & doctrinæ fidem nobis faciunt, quæ vidimus ejus scripta, in quibus est Chronologicum opus, quod ab ejus heredibus publicari (etsi propter immaturam auctoris mortem ad umbilicum non perductum) Reip. literariæ non parum interest, vel propter Astronomicas supputationes Eclipsium, quæ doctrinæ temporum inserviunt, in quibus Liveleus operam posuit diligentissimam. Idem p. 428. sq. ex eodem Livelei opere locum adducit non sine honorifica auctoris mentione, in quo p. 429. a. nescit modestiam prius laudet an doctrinam, quam utramque etiam tum probet, cum a Scaligero dissentiat. Memini quoque *Th. Gatakerum* in *Cinno* lib. II. cap. 9. Liveleum *Virum cum linguarum artiumque peritum tum modestum* appellare. *Commentarius* ejus *in quinque priores Prophetas Minores* Criticis Anglicanis insertus se eruditionis, quanquam non nihil, ut putat, affectatæ nomine probavit Rich. Simonio Hist. Crit. N. T. lib. 3. c. 15. *Colomes.* in *Icone Presbyterian.* sub finem p. 788. Opp. ejus Hamb. editorum affert locum ex MS. Jo. Drusii epistola, qua Livelejus dicitur persuasisse Cantabrigiensibus, quod T. V. ulceratum sit.

Ib. v. 26.

Erycii Puteani tractatus inscriptus est: *in Is. Casauboni ad Front. Ducæum epistolam strictura, liber prodromus* Lovan. 1612. 4. quæ quidem epistola a multis, ac speciatim a Gretsero & Andrea Eudæmon Johanne data opera vellicata fuit.

Ib.

Ib. v. 28.

Catechesis illa *Ecclesiarum Polonicarum* prodiit Latine 1609. 12. variis Auctoribus quorum tamen præcipuus dicitur Gregorius Pauli, teste Sandio in *Biblioth. Anti-Trinitar.* p. 44. qui alibi in eodem libro Val. Smalcii & Hier. Moscorovii partes hic aliquas fuisse indicat. Eadem Catechesis Germanice Racoviæ edita & Wittebergensi Academiæ dedicata prodiit 1608. 12. quod patet ex Refutatione illius Catechismi a Wittebergensibus Tomo I. Consiliorum Theologicorum inserta p. 660. sq. ubi p. 661. a. monetur, Catechesin hanc germanice prodiisse 1608. idem quoque patet ex p. 664. a. ubi Auctores profitentur, eam sibi jam ante decem annos inscriptam esse, cum ipsi anno 1618. ceu subscriptio testatur, refutationem ejus in lucem prodire juberent. Belgice eadem Confessio lucem vidit 1666. 4. Latine autem aliquoties recusa est, etiam cum Wissowatii notis 1680. 4.

Ad p. 10. v. 5.

De calumniis, quas ille *Andr. Eudæmon Joannes* plenis buccis in Casaubonum & Parentem ejus effuderat, vide omnino Casaubonum Exerc. I. c. IV. p. 36-42. ubi eas omnes mascule convellit & dispungit. Opposuit equidem idem Jesuita his Casauboni Vindiciis responsionem anno 1615. Colon. & majus opus Exercitationibus in universum refutandis destinatum, sed nec vindice caruit defunctus fatis Ca-

ſaubonus, quem ſe illi ultro præſtitit *Jacobus Capellus* in *Vindiciis pro Iſ. Caſaubono adverſus Herib. Rosweydum Andr. Eudæmon Johannem, & Jul. Cæſ. Bulengerum.* Sedani 1618. ac deinde Ffurti 1619. 4. editis.

Ib. v. 8.

Prælectiones 250. *Joannis Rainoldi* Prof. Theologi Oxon. 2. Tomis in 4. prodierunt Oppenheimii 1611. ſub tit. *Cenſura Apocryphorum librorum V. T. adverſum Pontificios, inprimis Rob. Bellarminum.* Hoc opus omnium recte ſentientium applauſu exceptum fuit, quibus ſingularis Viri eruditio non probari non potuit. *Th. Gatakerus in Adverſar. Miſcell.* c. 8. p. 72. ed. Lond. eum βιβλιοθήκην ἔμψυχον καὶ περιπατοῦν μουσεῖον appellat & hoc ipſum ejus ſcriptum ſub *Reginaldii* nomine ex merito laudat. Plura de meritis ejus & doctrina videre licet in Vita ejus, quam *Th. Fullerus* Collectioni Vitarum anglica lingua ſcriptarum, quam *Abelem Redivivum* dixit, p. 477.-491. inſeruit. Vocatur ibi *Vir ſummus, immenſæ lectionis & omnis eruditionis promptuarium.* Dignum memoria hominum eſt, quod ipſi cum Fratre Wilh. Rainoldo altercanti de religionis cauſa accidit. Cum enim ipſe Pontificium ſacris nomen antea dediſſet, frater autem Reformatorum partes tueretur, uterque ſuam cauſam ſcriptis defendendam ſuſceperunt, ſed inſperato utrinque ſucceſſu, cum uterque & victus & cauſa ſuperior ex hoc certamine evaſerint, Joanne ad Refor-

Reformatos, Guilh. ad Pontificios abeunte. Exſtant hac de re verſus D. Alabaſtri non minori ingenii felicitate inventi quam judicii acumine exaſciati ac ſtyli quoque nitore politi, dignique adeo, qui hic repetantur:

Bella inter geminos plusquam civilia Fratres
Traxerat ambiguus relligionis apex,
Ille Reformatæ Fidei pro partibus inſtat,
Iſte Reformandam denegat eſſe Fidem.
Propoſitis cauſæ rationibus alter utrinque
Concurrere pares & cecidere pares,
Quod fuit in votis, Fratrem capit alter uterque,
Quod fuit in fatis, perdit uterque fidem,
Captivi gemini ſine captivante fuerunt
Et Victor victi transfuga caſtra petit,
Quod genus hoc pugnæ eſt, ubi Victus gaudet uterque,
Et tamen alteruter ſe ſuperaſſe dolet.

Ib. v. 11.

Eruditionem in *Oecolampadio* agnovit etiam & promeritis ornavit laudibus Spalatinus in ſingulari epiſtola ad Dolzigium Equitem ſcripta, qua eum inter doctiſſimos Germanorum refert, & vel ideo dolet, quod ſententiæ Carolſtadianæ acceſſerit. V. Illuſtris Seckendorfii Hiſtoria Lutheraniſmi lib. II. Sect. VI. §. 11. p. 35. Imo Lutherus quoque *ſe ex corde dolere* ſcribit *tantum* Virum captum frivolis & nihili argumentis. Vid. idem Seckendorf. lib. II. Sect. 9. §. 19. p. 52. Dialogum illum de Sacramento, quem hic laudat Caſaubonus

puto distinguendum esse ab altero illo, quem Latine an. 1525. edidit *de genuina sententia verborum Christi hoc est corpus meum*, cui cum diverse sentientes ac præcipue *Jo. Brentius* tractatum, quem *Syngramma* dixerunt, opponerent, Oecolampadius *Antisyngramma* reposuit. Vide plura de Oecolampadio in Melchioris Adami *Vitis Theologorum* p. 45. sqq. Frehero p. 106. *Theatri Erudit. Virorum*, Fullero Anglo *Abelis Redivivi* p. 108-118. & Th. Pope Blount in *Censura celebr. Auctorum* p. 383. sq.

Ib. v. 14.

Quem hic librum in Germania editum innuat Casaubonus, non satis habeo exploratum. De Laniena Parisiensi quid senserit Thuanus tum ex Historia Viri Summi patet, tum ex Vita ejus, ab ipso descripta, qua testatur, se ad miserandum hujus cædis spectaculum lacrymas tenere non potuisse. Quanto in pretio habuerit Thuanum Casaubonus, vel ex hoc loco patet, cui adde epistolam 337. & quæ alii certatim de candore, fide, dexteritate, ac doctrina Viri dixerunt.

Ad p. 11. v. 5.

Liber *Alph. Ciacconii*, cujus hic meminit Casaub. prodiit Rom. 1576. f. sub tit. *Historia utriusque Belli Dacici a Trajano Cæsare gesti ex simulacris quæ in ejusdem Columna Romæ visuntur, & Vindiciæ Historiæ de Anima Trajani.* De eadem Columna Trajani commentatus nostra memoria est *Jo. Pet. Bellorius*, qui cum Ciacconium

sæ-

ſæpius præter meritum caſtigaſſet, eruditus Cardinalis *Raph. Fabretti* in *Syntagmate de Columna Trajani* Rom. 1683. fol. edito Ciacconii expoſitiones paſſim vindicavit, quanquam ipſe nonnunquam ab eo abeat. Sub calcem Voluminis accedit ipſa Ciacconii expoſitio Latine, cum interſperſis Bellorii animadverſionibus Italica Lingua conceptis. Ceterum Fabulam *de Anima Trajani* Gregorii M. precibus ex inferno revocata exploſit ante aliquot annos *Nicol. Comnenus* Papadopoli Cretenſis, & Canonum Sacrorum in Academia Patauina Interpres in *Prænotionibus Myſtagogicis ex Jure Canonico* Patav. 1697. fol. editis Reſponſo I. Conf. Leonem Allatium *de libris Eccleſiaſt. Græcorum* lib. II. p. 123.

Ib. v. 16.

De inepto iſto homine *Theveto* vide plura in ep. Caſauboni 586. edit. Grævii.

Ib. v. 23.

De Paulo Diacono exſtat ſingularis Dan. Guilh. Mölleri diſputatio Altorfii habita an. 1686.

Ib. v. 31.

De *Photii* Bibliotheca & Scriptis in univerſum omnibus legatur Colomeſii diſſertatio Paralipomenis ipſius in Celeb. Cavei, qui Angliam adhuc ornat, Chartophylacem addita. Quod Vir ille ſua ætate doctiſſimus omnia promiſcue, nullo habito delectu legerit & in commentarios retulerit, id jam pridem reprehenſione dignum poſt Scaligerum & Caſaub. cenſuerunt eruditi, interque eos Illuſtris *Hue-*

tius in *Demonſtrat. Evangelica* Propoſ. III. §. 13. qui dolet, *frivola quædam diligenter excerpſiſſe aliquando Photium ex futilibus Scriptoribus, cum optimos Auctores & perutiles ſatis leviter delibarit.* Sed forte hujus rei culpa non tam in Photium quam in operis Photiani audaces interpolatores referenda fuerit. Neque enim puto infeliciter hariolari Celeberrimum noſtræ ætatis Criticum, *Ludolphum Kuſterum* in exquiſitis ſuis ad Suidæ Lexicon Tom. II. p. 68. notis ita pronuntiantem: *Sunt non pauca in Collectaneis Photianis, quæ non crediderim ab ipſo Photio profecta eſſe, ſed ab interpolatoribus ejus, qui temere ſæpe & absque ullo judicio quædam auctorum loca, mutilato prorſus ſenſu operi illi inſeruerunt.* Nihilominus Bibliothecæ iſti ſuus durat honor & pretium conſtat, ac vel ideo optandum eſt, ut nova illius editio, cujus ſpem non ita pridem fecit Cl. Börnerus Lipſ. Profeſſor & harum literarum callentiſſimus, propediem lucem videat. Non enim putem ſpem ſupereſſe videndi illam, quam ſumtibus ſuis curandam Huguetani in ſe receperunt, ejusque rei indicium fecerunt in Commentariis Trivultinis edit. Amſtel. 1701. Tom. I. p. 288. ſq. ubi ſimul varia vitia verſionis, quam Schotto pleriq;, neſcio an recte, tribuunt vitia in una ad Tharaſum epiſtola notantur.

Ad p. 12. v. 23.

Vixit Idiota Seculo XIV. *Raymundi Jordani* nomine dictus, ſed diu ſuppreſſo ſuo, ſub *Idiota*

ta nomine latuit & Seculi octavi aut noni antiquitatem præ se tulit. Canonicus erat Regularis Ordinis Augustiniani, primo Uticensis dein Cellensis Abbas, vid. Celeb. Cauei Historiam Liter. & B. Placcii Theatrum Pseudonymorum n. 1415.

Ad p. 13. v. 1.

Intelligit Casaubonus sub Ἐρωτικῶν titulo *Eustathii libros sex de Ismenia & Ismenes amoribus*, qui Gilb. Gaulmini cura Gr. & Latine Paris. 1618. 8. prodierunt. Cum vero argumentum hoc dignitate Eustathii parum dignum visum fuerit, alii librum Eumathio cuidam tribuendum censuerunt, quam in rem videatur G. J. Vossius *de Histor. Græc.* lib. IV. c. 19. *Huetio* quoque in elegantiss. libro *de Origine Fabularum Romanensium* lib. 1. p. 99. sq. ed 1693. 12. nullo modo Eustathio videtur tribuendum.

Ib. v. 10.

Palladii liber *de Brachmanibus* ab Eduardo Bissæo Anglo Lond. 1668. 4. cum *Ambrosii* de iisdem tractatu & *Anonymi* descriptione Lat. prodiit, ignaro, eundem Palladii libellum jam a Camerario Gr. & Lat. in libello Gnomologico editum fuisse, cujus versio Latina Bissæanæ & elegantiæ & diligentiæ nomine videtur præferenda. Veterum de Brachmanibus testimonia industrie collegit & suæ de illis Collectioni præmisit Bissæus, quibus addi oportet eximium Pseudo-Originis judicium, quod exstat

ſtat in Philoſophumenis c. 24. p. 156. ſq. edit. Hamburg. quæ mea cura ex Cl. Gronovii Theſauro Antiquitatum Græcarum recuſa eſt, ubi ex notis, quas addidi, quodammodo patebit, recte judicaſſe Caſaubonum, qui eorum Philoſophiam h. e. inſtituta & mores ad Chriſtianos proxime accedere exiſtimavit. Ceterum hic quoque monendum putavi, quod cum Londini eſſem, Cl. & Amiciſſimi D. Grabii beneficio collationem partis horum Philoſophumenorum nactus ſim inſtitutam cum apographo Archi-Epiſc. quondam Cantuar. Sancrofti, qui eam in Italia ex eodem Mediceo Codice, ex quo edidit Cl. Gronovius, deſcripſerat. Hujus auctoritate nonnullis meis conjecturis, quibus a Cl. Gronovii edit. diſcedendum putabam, fidem fieri, aliis autem locis male editis germanam lectionem reſtitui poſſe video, quod propediem, Deo annuente, tentabo.

Ib. v. 25.

Varias veterum *Grammaticorum Græcorum* Collectiones illi, quam Caſaub. laudat ſimiles videre me in Bodlejana Bibliotheca Oxon. memini. Præſtantiſſimus inter eos eſt *Dionyſius Thrax*, quem veteres quoque in tanto pretio habuerunt, ut in ejus præcepta commentari operæ pretium duxerint. Hinc etiam ex recentioribus nonnulli, ſpeciatimque *Iſaacus Voſſius*, teſte Colomeſio p. 142. *Opuſculorum* itemque *Phil. Mauſſacus* commentarii illius Grammatici editionem moliti ſunt quem alii

ex

ex MS. passim cum antiquis ejus Scholiastis & interpretibus citârunt. Sic V.C. *Io. Rud. Westeinius* dissertationi suæ de *Accentibus Græcis* annexuit excerpta ex Dionysii Thracis differt. de Accentibus. Ex *Theodosii Alexandr.* in eum commentario locum affert Cl. Fabricius Tom. II. Codicis Apocr. N. T. p. 954. ex aliis autem ejus Scholiastis Tomo I. Bibl. Gr. p. 23. 80.147.159 editionis prioris. Ex *Diomedis* speciatim Scholiis locum habes ibidem p. 560. de quo Diomede dignus est qui legatur V.C. *Rich. Bentlejus*. Anglorum κριτικώτατος in exquisita differt. *de epistolis Phalaridis* p. 202. sq. *Stephani* in Dionysium commentar. laudat, & locum ex eo affert Cl. *Hody*, Prof. quondã Gr. L. Oxoniensis de Textibus Originalibus p. 157. Omnium interpretum, qui unquam in Dionys. Thracem scripserunt, catalogum habes apud Allatium p. 93. sq. de patria Homeri.

Ad p. 14. v. 21.

De *Palæphati* libro περὶ Ἀπίστων, qui omnium correctissime. a *Th. Galeo* V. C. in *Opusculis Mythologic. Physic. & Ethicis* Cantabrig. 1671. ac in repetita horum opusculorum edit. Amstelod. 1678. 8. prodiit, vide fuse & accurate differentem Cl. *Fabricium* lib. I. *Bibl. Græc.* c. 21. Cum Anglicana Palæphati editio mihi jam non sit ad manus, dicere non possum, num forte emendationes, quas hic vides Casauboni, MStorum, quibus Editor usus est, auctoritate confirmentur. Sed certe recte

con-

ſtat in Philoſophumenis c. 24. p. 156. ſq. edit. Hamburg. quæ mea cura ex Cl. Gronovii Theſauro Antiquitatum Græcarum recuſa eſt, ubi ex notis, quas addidi, quodammodo patebit, recte judicaſſe Caſaubonum, qui eorum Philoſophiam h. e. inſtituta & mores ad Chriſtianos proxime accedere exiſtimavit. Ceterum hic quoque monendum putavi, quod cum Londini eſſem, Cl. & Amiciſſimi D. Grabii beneficio collationem partis horum Philoſophumenorum nactus ſim inſtitutam cum apographo Archi-Epiſc. quondam Cantuar. Sancrofti, qui eam in Italia ex eodem Mediceo Codice, ex quo edidit Cl. Gronovius, deſcripſerat. Hujus auctoritate nonnullis meis conjecturis, quibus a Cl. Gronovii edit. diſcedendum putabam, fidem fieri, aliis autem locis male editis germanam lectionem reſtitui poſſe video, quod propediem, Deo annuente, tentabo.

Ib. v. 25.

Varias veterum *Grammaticorum Græcorum* Collectiones illi, quam Caſaub. laudat ſimiles videre me in Bodlejana Bibliotheca Oxon. memini. Præſtantiſſimus inter eos eſt *Dionyſius Thrax*, quem veteres quoque in tanto pretio habuerunt, ut in ejus præcepta commentari operæ pretium duxerint. Hinc etiam ex recentioribus nonnulli, ſpeciatimque *Iſaacus Voſſius*, teſte Colomeſio p. 142. *Opuſculorum* itemque *Phil. Mauſſacus* commentarii illius Grammatici editionem moliti ſunt quem alii

ex

ex MS. passim cum antiquis ejus Scholiastis & interpretibus citârunt. Sic V.C. *Io. Rud. Wetstenius* dissertationi suæ de *Accentibus Græcis* annexuit excerpta ex Dionysii Thracis dissert. de Accentibus. Ex *Theodosii Alexandr.* in eum commentario locum affert Cl. Fabricius Tom. II. Codicis Apocr. N. T. p. 954. ex aliis autem ejus Scholiastis Tomo I. Bibl. Gr. p. 23. 80. 147. 159 editionis prioris. Ex *Diomedis* speciatim Scholiis locum habes ibidem p. 560. de quo Diomede dignus est qui legatur V. C. *Rich. Bentlejus*. Anglorum κριτικώτατος in exquisita dissert. *de epistolis Phalaridis* p. 202. sq. *Stephani* in Dionysium commentar. laudat, & locum ex eo affert Cl. *Hody*, Prof. quondã Gr. L. Oxoniensis de Textibus Originalibus p. 157. Omnium interpretum, qui unquam in Dionys. Thracem scripserunt, catalogum habes apud Allatium p. 93. sq. de patria Homeri.

Ad p. 14. v. 21.

De *Palæphati* libro περὶ Ἀπίςων, qui omnium correctissime. a *Th. Galeo* V. C. in *Opusculis Mythologic. Physic. & Ethicis* Cantabrig. 1671. ac in repetita horum opusculorum edit. Amstelod. 1678. 8. prodiit, vide fuse & accurate disserentem Cl. *Fabricium* lib. 1. *Bibl. Græc.* c. 21. Cum Anglicana Palæphati editio mihi jam non sit ad manus, dicere non possum, num forte emendationes, quas hic vides Casauboni, MStorum, quibus Editor usus est, auctoritate confirmentur. Sed certe recte

con-

conjecisse videtur Vir sagacissimus, quod non omnia sint Palæphati, & tamen hujus quædam desiderentur, quod posterius ex diligenti Scriptorum, qui Palæphatum laudarunt, inspectione patet.

Excusus erat Casaubonianorum textus, cum ex Fratre qui Palæphati editiones a Paulo Patre & Tho. Galeo curatas inspexerat, per literas edocerer in utraque legi *ἄρπυιαι* eo in loco, ubi Casaubonus habet *αρμιπποι*, quæ vox cum nec sensui respondeat, nec quod sciam græcis Scriptoribus unquam usurpetur, procul dubio cum altera illa commutanda erit, nec tam ipsi Casaubono quam librario qui hæc ex ejus autographo descripserat accepta ferenda. Ibidem legitur *τὸν νοῦν* quod hic non sine ratione per *τὸν βίον* corrigendum putat Casaubonus. Cap. 3. de Actaeone Galeus habet *καὶ νῦν πορνοβοσκῶν δυστυχήσεις* & Cap. XVI. *ἐπολέμει τῇ Τυῤῥηνίῳ χώρᾳ* quod eo magis miror quia ipse Galeus monet in MS. Oxon. legi *Τυρίῳ χώρᾳ* cujus autoritas Casauboni conjecturam satis firmat.

Ad p. 16. v. 4.

De variis *Dioscoridis* Manuscriptis ad quæ provocat hic Casaub. dignus est, qui videatur Cl. *Fabricius Bibl. Gr.* Lib. IV. c. 3. p. 99. & eruditissimus *Montfauconius* in præstantissimo Opere, quod *Palaeographiam Graecam* dixit. Ibi enim lib. III. c. 2. de Vindobonensi, c. III. de Neapolitano c. VIII. de Regio Parisiensi Codice fuse commentatur. Ad

Ad p. 17. v. 1.

Josephi illius *Gorionidis* complures exstant editiones, quarum præcipuæ sunt CPolitana 1490. & 1510. Cracoviensis & Veneta ac Basileensis Munsteri cum Lat. hujus versione 1541. quibus nuperrime accessit in Anglia Gagnerii & in Germania Jo. Fr. Breithaupti cum Lat. vers. & prolegomenis ac notis brevibus Gothæ 1707. 4. Posterior horum duumvirorum magna animi contentione opus hoc Flavio Josepho vindicare conatur, cum Munsteri tum novis, quæ sibi ipsi debet, argumentis usus, iisque, quæ in contrariam sententiam dici solent, satisfacere annisus. Quo tamen ipso non negat, Opus hoc audaces interpolatorum manus expertum esse, ea infercientes, quæ Josephi ætate longe sunt inferiora. Ceterum vereor ut multi, Casauboni partibus desertis, quas communi fere applausu eruditi hactenus receperunt, in hanc sententiam concedant.

Ib. v. 11.

Jo. Fernelium maximi etiam fecit Perronius, qui eum cum Cujacio & Ronsardo inter maximos suæ ætatis Viros numerat p. 160. Perronianorum. Vitam ejus descripsit Wilh. Plantius, quæ Operibus ejus præfixa est. Adde *Balii Dictionarium Historico-Critic.* Tom. II. p. 1227. sq. & *Teisserii Elogia Thuanea* Tom. I. p. 128. sq. & Tom. III. p. 85-87.

Ib.

Ib. v. 18.

Duplex exſtat *Theophraſti* Opus de Plantis; alterum inſcribitur *Hiſtoria Plantarum*, alterum *de Cauſis Plantarum*: utrumque commentario illuſtravit Jul. Cæſ. Scaliger, & prius quidem Lugduni 1584. 8. poſterius autem ib 1566. fol. Diſputationibus contra Cardanum titulum fecit *de ſubtilitate* ſæpius editis, de quibus alii non æque præclare ac Caſaubonus ſentiunt. Sic ſiniſtre admodum de iis judicat acutiſſimus quondã Anglorum Mathematicus *Jo. Walliſius* in Oratione Inaugurali, quæ inſerta eſt Tomo I. Operum ejus p. 9. ubi hæc legas: *Jul. Scaliger pro more ſuo ſatis pro imperio Cardanum tractans negare quidlibet ſibi licere ratus eſt adeoque ſat amplam ſibi negandi anſam videtur nactus, ſi Cardanus affirmaverit.* Patino in Patinianis p. 45. confictа videntur omnia experimenta, quæ in his libris Scaliger vel in Hiſtoria Naturali vel Re Militari aut Medica ſibi tribuit. Quod quin aſperius dictum ſit, nemo, credo, dubitaverit, cui vaſti hujus ingenii perſpicacia ex aliis ejus operibus fuerit perſpecta.

Ib. v. 25.

Æneæ Gazæi, cui Borremanſius p. 16. Var. Lect. perperam Procopii prænomen tribuit, *dialogum de Animarum immortalitate & Corporum Reſurrectione* innuit Caſaub. qui cum Caſp. Barthii notis prodiit Lipſ. 1653. In eum commentarium promittit *Jo. Rondellus* p. 163. *de Superſtitione.* Ib.

Ib. v. 26.

Nicomachum Gerasenum appellare Gergasenum mavult Grævius p. 81. ad Hesiodum. Libri duo illi Ἀριθμητικῆς prodierunt Paris. 1538. 4. græce, quanquam illos non putabat editos Meursius p. 7. *de Denario Pythagorico.* Novam eorundem editionem paravit *Io. Bapt. Lantinus* Parlamenti Divionensis Senator, notis ac animadversionibus suis instruendam, quibus de numerorum apud Græcos ratione dicturus erat, teste Cl. Abbate *Nicasio* in discursu Gall. *de Sirenum forma & figura* p. 8. Ex Theologumenis hujus Nicomachi Arithmeticis quædam exstant in Theologumenis Arithmeticis Anonymi, quæ prodierunt Paris. 1543. 4. Photii excerpta exstant Codice 187. De utroque hoc opere vid. G. J. Vossius de Scientiis Mathemat. c. 10. §. 1.

Ad p. 18. v. 3.

Ex hoc Casauboni loco confutantur ii, qui falso persuasi fuerunt versionem illorum librorum *Aristotelis* primam italice a Rova factam esse, quam in rem conferatur Cl. *Fabricius lib.* III. *Bibl. Gr.* c. 6. p. 162. not. qui historiam versionum fusius ibidem edisserit. Cl. Huetius lib. de Claris Interpret. p. 226. ita: *Aristoteli adscriptos libros XIV. de secretiore parte divinæ sapientiæ secundum Ægyptios ex Arab. exemplari Latinos fecit Pet. Nicolaus Faventinus, cujus opus a Iac. Carpentario interpolatum manibus terimus; Arabico Codice Damasceni, in quorum bibliotheca repositus est, potiuntur.* Hic præterea notandum est Pet. Nicolao Fa-

P ven-

ventino agnomen non tam ex gente, quod ex Casauboni verbis persuadere sibi aliquis poterat, quam ex urbe, in qua medendi artem fecit ac Philosophiam professus est, hæsisse. De cæde *Pet. Rami* ex Philosophica illa controversia ipsi oborta vitæ ejus scriptores exponunt fusius, *Th. Freigius* nominatim, *Theoph. Banosius & Nic. Nancelius* quibus adde *Tollium de Infelicit. Literatorum* p. 64. *Ancillonium* in miscellaneis p. 106. *Belium Tomo III. Dictionarii* p. 2549. sq. *Morerium & Teisserium Elog. Thuan.* T. I. p. 370. sq.

Ad p. 19. v. 1.

Quod *Rivetus* hoc libello qui sub titulo *Orthodoxi Catholici* Tomo 3. Opp. excusus est generatim præstitit Pontificiorum religionem cum antiquis hæresibus contendendo, id post eum alii accuratius persecuti sunt, aliis hanc aliis aliam Romanæ Ecclesiæ propius accedere ostendentibus; quod cum diffusius argumentum sit, alio loco tractandum suscipiam, de eo simul disquisiturus, quid de toto hoc comparationum negotio habendum sit, quod aliis probatur, aliis vero tantum ad conflandam invidiam comparatum esse videtur. In qua quidem sententia præter Cl. *Clericum* diss. *de Argumento Theologico ab invidia ducto* §. 6. & Tomo III. Bibl. Sel. p. 405. video esse Cl. *Buddeum*, Jenensium Theologum in *præfat. ad Parerga* p. 58. *in dissert. de hæresi Valentinianorum* p. 562. sq. & in *Prolusione Academica de Theologiæ Polemicæ studio* p. 34. & 40.

Ad

Ad p. 20. v. 4.

Sunt alii, qui hoc *Calvini* manus ab Apocalypſi abſtinentis conſilium approbarunt, inter quos eſt Scaliger qui p. 27. Scaligeranorum cum T. Fabri & Colomeſii notis editorum p. 27 ita: *In Apocalypſi ſunt tantum duo capita quæ poſſunt intelligi, ſunt valde aperta nec poteſt eorum expoſitio negari* (hæc ſunt Colomeſio interprete 13. & 17.) *Calvinus ſapit, quod in Apocalypſin non ſcripſit.* Sic & *Bodinus in Methodo legendi hiſtoriam* p. 416. *Valde mihi probatur*, inquit, *Calvini non minus urbana quam prudens oratio, qui de libro Apocalypſeos ſententiam rogatus, ingenue reſpondit, ſe penitus ignorare quid velit tam obſcurus ſcriptor. Quæ reſponſio cum urbanitatis & prudentiæ laudem mereatur, alii judicent*, ſubjungit huic Calvini judicio Rev. *Ittigius in Diſſert. de Patribus Apoſtolicis* §. 9. Idem tamen approbatorem etiam habuit *Balium Tomo I. Dictionar.* p. 770. a. qui alibi nempe p. 140. b. inutilem laborem ab interpretibus Apocalypſeos ſuſcipi opinatur, quanquam non ignoret, ſemper dari, qui glorientur ſibi arcana & penetralia hujus libri perſpecta eſſe. Sic *D. Spenerus* inſuperabilem fere in hoc libro explicando difficultatem invenire ſibi viſus eſt, ideoque *Parte III. Conſiliorum Theolog.* p. 255. teſtatur, ſe quinquaginta vel ſexaginta commentatoribus in Apocalypſin perlectis quadraginta eorũ in Synopſin contraxiſſe, & vel ſic tamen profitetur, quo quis diligentius librum legat, eo majores in plerisque argumentis difficultates ei offerri.

Quod Casaubonus de prohibita ex cathedra sacra Apocalypseos interpretatione refert, ei simile quodammodo est, quod observat Durellus p. 119. Historiæ rituum Ecclesiæ Anglicanæ ubi refert, non licere Ministris Gallicanis plura quam tria priora Apocalypseos capita, nisi impetrata a superioribus facultate, pro concione interpretari. Hæc saltem illorum coërcere audaciam debebant, qui hac inprimis ætate hæc sacra minus reverenter tractant, & in divinissimi libri expositionem, vel, ut de plerisque rectius dicam obscurationem, illotis manibus involant.

Ib. v. 27.

Ille Bellarmini lib, inscriptus est *de potestate Summi Pontificis in temporalibus adversus Guil. Barclajum.* Ille tamen tum Venetiis tum deinceps etiam in Gallia a Parlamento, quod vocant, superiore damnatus est singulari edicto, quod disertis verbis eum *falsam & exsecrabilem propositionem continere* ait, *quæ ad eversionem potestatum supremarum à Deo constitutarum & ordinatarum pertinet, subditos acuit ad rebellionem, & Principem imperio subtrahit ad machinandum in eorum capita dictionesq; ad turbandam deniq; tranquillitatem & quietem publicam incitat.* Vide plura de hoc decreto in Continuatione Historiæ Thuaneæ lib. III. p. 123. & lib. IV. p. 194, Ceterum liber Guilh. Barclaji de potestate Papæ, quem *præstantissimum opus* vocat Menagius in Menagianis Tomo II. p. 19. filii Johannis cura post Parentis fata Mussiponti 1609. editus

editus & ad fidem primæ illius editionis cum auctoris vita, ex Laur. Crassi Elogiis decerpta hoc ipso anno (1709.) 4. recusus est.

Ad p. 21. v. 1.

Istum *Erasti* librum magnas turbas dedisse auctor est Thuanus, ubi de Erasto differit ad an. 1584. quo obiit. Bezæ liber, qui Erasto oppositus est, titulum fert *de vera Excommunicatione & Christiano Presbyterio.* Plura de Erasti, professione Medici, sed variis scriptis argumenta Theologica persecuti, ingenio & doctrina vide apud *Melchiorem Adami in Vitis Medicorum* p. 107. sq. ed. in fol. *Ant. Teisser.* in *Elog. Thuaneis* T. II. p. 16. & T. III. p. 304. *Patiniana* p. 99. cum Theologiæ & Medicæ artis æque peritum pronunciant. Sic *Colomesius in Icone Presbyterianorum* p. 31. sive in Opp. ejus Hamb. a Cl. Fabricio editis p. 785 audit *Doctor Medicus, sed in Theologicis, quod in illo ordine varius, haud leviter versatus.* In notula addita monet idem sibi tres tantum ex Protestantibus Medicos Theologos innotuisse, *Ioach. Vadianum, Jonam Porreum & Ludov. Molinæum.* De Theologis artem Medicam facientibus vid. Vener. Lubecensium Præsulis *D. Gœtzii* diss. IX. in *Meletematibus Annæbergicis, de Theologis Pseudo-Medicis* inscriptam.

Ib. v. 11.

Pachymeres Georgii potius quam Gregorii nomine vocandus erat: de Vita Chrysostomi ab eo delineata vid. Celeb. *Caveus* in *Historia Literaria*, ubi de veteribus Chrysostomi Biographis fu-

ſe diſſerit. Ex recentioribus complures idem argumentum tractarunt, ex quibus hic commemoraſſe ſuffecerit *Io. Vincartum* Jeſuitam, qui Vitam Chryſoſtomi documentis Moralibus illuſtratam edidit 1639. 12. de qua vid. Alegambe p. 277. Vitam Chryſoſtomi Gall. neſcio quo auctore Pariſ. 1664. 4. editam vidi. Denique ante aliquot annos ejusdem Doctoris vita Halis Saxonum cum ſpecimine doctrinæ ejus ex ſcriptis Chryſoſtomi & aliis fide dignis collecta prodiit 1702. 8.

Ad p. 22. v. 21.

Variæ exſtant ad varios *Melanchthonis* epiſtolæ, quæ partim magno in fol. Vol. partim ſeparatis & minoribus voluminibus editæ ſunt, de quibus vide *Chriſt. Thomaſii* JCti *Tom. I. Hiſtor. Sapient. & Stultitiæ* c. I. p. 3. ſq. ubi etiam Clavis illarum epiſtolarum habetur. De epiſtolis Melanchth. præclarum eſt Morhofii judicium in Polyh. lib. I. c. 23. p. 316. ed. noviſſ. De moderatione illa & lenitate Phil. Melanchthonis, quã ipſe Melanchthon in ep. ad Chytræum, quæ inter Chytræanas p. 1229. legitur, de ſe profeſſus eſt, multi ex noſtratibus conqueſti ſunt, quod viderent, eam repurgatæ religionis incrementis obicem ſæpe poſuiſſe. Teſtimonia illa & loca Theologorum magno numero & conſueta ſibi diligentia affert Cl. *Crenius Parte V. Animadverſion. Hiſtorico-Philolog.* c. II. §. 1. His ad de Vener. *D. Mayeri* diſſ. *de nimia Lenitate Phil. Melanchthonis hæreſes promovente* Kilon. 1675. habitam

bitam & 1707. recusam, ac *Relationes Vernaculas de rebus Theologicis* 1703. p. 630. ut alios omittam. Ipse Chytraeus, qui in epistolis passim Melanchthonem & ejus mores tuetur e. g. p. 111. sq. 145. 869. non diffitetur p. 1116. quod in doctrina de Eucharistia ita temperate & ambidextre loquatur, ut nec a Zwinglianis nec a Lutheranis rejici queat. Interim est, quod mireris, Virum in scriptis adeo lenem & mitem in disputando acerrimum fuisse & facile offendi potuisse, qnod testatur Auctor Narrationis Historicæ de Johanne Friderico Elect. Saxon. Philippo & Melanchthone, quæ exstat apud Arnoldum P. III. Histor. Eccles. & Hæresiol. p. 85. qui & alibi varia de Melanchthone refert ex quibus de tepiditate ejus judicium fieri possit.

Ad p. 23. v. 18.

De *Laur. Suslyga* & hoc ejus libro Græcii 1605. ed. videatur *Alegambe* in *Bibliotheca Scriptorum Soc. Jesu* p. 299. De ipso vero hoc argumento, Anno scilicet Nati Christi adeo multi sunt qui scripserunt, ut numerum eorum inire vix liceat. Ego præcipuos recensebo. *Car. Joh. Imbonatus Bibliotheca* suæ *Hebræo Lat.* addidit Catalogum diversarum de hac Christianorum Epocha sententiarum, quæ 107. numerum implent: ab hoc non admodum puto diversum esse recensum quem *Tourneminius* Jesuita adjecit Vulgatæ versioni, V. C. *Jo. Bapt. du Hamel* cura editæ Paris. 1706. fol. Nova quoque *Rationarii Temporum*, quod *Petavio* debetur, editio, Paris. 1702.

12. curata & ad nostram usque ætatem continuata exhibet binas de eodem argumento nescio quorum dissertationes. Ante hos *G. J. Vossius* idem argumentum tractavit peculiari libro *de Genealogia & Annis Christi &c.* inter Opera ejus recuso *Wilh. Langius* de *Annis Christi* lib. II. Parte II. c. 2. *Frid. Spanhem. Dub. Evangel. Parte* II. *Dub.* I. Cl. *Clericus* diss. I. *ad Harmon. Evangel. Sal. Van Til* Leidensium Prof. Theologus peculiari diss. *Phosphoro Prophetico* addita, & Scriptor Gallus *le Noble dissert.* vernacula *Chronolog. & Historica de Annis* N. C. Paris. 1693. 12.

Ib. v. 27.

De *Jo. Feri* propenso animo in purioris religionis placita Rich. Simonius itidem testatur ac controversias ipsi inde a Dominico Soto motas edisserit Parte I. epistolarum gall. editarum p. 111. ubi etiam monet, ipsum Ferum dedicatione Commentarii sui in Evangelium Johannis occasionem sinistris de se suspicionibus dedisse, quippe qua professus sit, se ex Pontificiorum æque ac Protestantium scriptis & res & verba in Commentarium suum transtulisse. Sed ista quidem Dedicatio Archi-Episc. Mogunt. facta non nisi in edit. Mogunt. 1559. continetur. Quæ enim Operum Feri editio an. 1577. curata est, illa, annitente Dominico Soto, quem vivus habuerat adversarium, & eam & alia Ecclesiæ Romanæ placitis adversa non habet. Vide plura de hoc Viro in allegata *Simonis* epistola, *in Conatibus Literar.* gall. sermone editis Tomo I. p. 294. sq. *Teisserii Elogiis*

Thua-

Thuaneis Tomo I. p. 81. & *Tomo* III. p. 56. itemque *Balio* T. II. *Dictionarii* p. 1244.

Ad p. 24. v. 19.

Euthymii hujus commentarios tum in Evangelia tum in Psalmos græce evolvere mihi licuit Oxonii in Biblioth. Bodlejana, in qua exstat etiam nitidum Panopliæ ejus exemplar, Reverendi Episc. Oxon. Io. Felli cura & sumptibus recentiore manu ad prelum, ni fallor, descriptum, ex quo, cum Latina tantũ versio adhuc extet, varia Patrum fragmenta alioquin ἀνέκδοτα & speciatim quæ de *Bogomilorum* secta habet, in lucem propediem proferam, quod non minus hoc monumentum luce dignum mihi videtur, quam illa quæ de Saracenis Sylburgius, de Massalianis autem Jac. Tollius ex eodem Auctore græce ediderunt. Ceterum Euthymium hunc Chrysostomi laboribus pro suis usum esse jampridem monuit *Colomesius*, conf. Cl. *Crenius de Furibus Librariis* p. 55. diss. I.

Ib. v. 26.

Rich. Suisset, quem alii *Joannem*, alii *Rogerium* minus recte appellant, cum *Richardi* nomen in *Calculationum* titulo legatur, meretur forte elogium quod ipsi Casaub. tribuit, qui merito quoque de eo invento sibi gratulatus est, cum *Gabr. Naudæus* p. 86. *de instruenda Bibliotheca*, in nulla Bibliotheca opera ejus sibi visa esse queratur. I. C. *Scaliger* eum adeo admiratur, ut Exercit. 324. *Virum* vocet, *qui ingenii humani modum excesserit*, & alibi etiam sæpius honorificam ejus

faciat mentionem. Vide de hoc Suisseto præter *Naudæum* l. c. & *Scaligerum*, G. J. *Vossium de Scientiis Mathemat.* c. XVIII. *Gaddium de scriptoribus non Ecclesiasticis* T. 2. p. 326. *Car. Visch. in Biblioth. Cisterc.* p. 292. & *Morhofium lib. I. Polyhist. Literarii* c. 2. p. 17. & *lib. I. Polyh. Philosoph.* c. 13. p. 77. ubi tamen præter rem castigat Vossium, *qui* ut ait, *Calculatoris nomine inductus ipsum ad Mathematicos retulerit. Dicit enim*, ita pergit Morhofius, *quod Logistices agrum excoluerit, & ab eximia artis hujus peritia dictus fuerit Calculator, praterea ne unicum quidem ejus librum citat, quem super hoc argumento scripserit, sed solummodo ex Cardani lib. XVI. de Subtilit. ejus Elogium recenset.* Certe si Morhofius in notitiam hujus libri, quē *Calculationes* dixit Suissetus, pervenisset, longe, credo, aliter judicasset. Tum enim sine dubio perspexisset, & Vossium eum recte in Mathematicorum numerum retulisse, & Calculatoris nomen titulum hujus libri Auctori non minus peperisse, ac olim Hermas *Pastoris*, Antonius Monachus *Melissæ*, *Jo. Saresberiensis Policratici* &c. nomen a scriptis, quibus hunc titulum fecerant, tulerunt. Nihilominus hæc circa Suissetum hallucinatio & Morhofio, Viro Doctissimo & aliis facile condonari potest, cum scriptoris illius notitia plerosque fugerit, atque inter eos Virum eruditissimum & Mathematicorum quondam Principem *Jo. Wallisium*, qui in *Historia Algebræ* ejus non meminit, admonitus hac de re ab Illustri *Leibnitio* in epistola ad eum data, quæ existat *Tomo* III. *Opp. Walli-*

Wallisii p. 673. ubi observat, *Suissetum* κατ᾽ ἐξοχὴν calculatorem dictum esse, quod gradus qualitatum sive formarum calculo subjecerit, de qua nominis ratione quid judicandum sit, ex superioribus patet. Addit vir præstantissimus, in itineribus suis varia ejus MSta a se visa esse, quæ vel ob tempus auctoris edi digna sint.

Ib. v. 31.

Hectoris Boëthii Scoti libros de re rebus Scotiæ continuavit *Jo. Ferrerius* & edidit Paris. 1580. fol. Vid. de eo *Paulus Jovius in Elogiis* n. 134.

Ad p. 25. v. 1.

Monendus hic Lector est quod Casauboni verba de Boëthio tum â Librario, cujus apographo hæc debeo, antea, tum nunc a typotheta misere sint depravata. Nam judicium Casauboni de Boëthio p. 25. prolatum, in verbis *nihil ultra* clauditur, quod adeo maximæ distinctionis nota indicandum fuerat. Cætera quæ sequuntur non ad Boëthium sed Jo. *Balæi Centurias Scriptorum Britanniæ pertinent*, de quo Scriptore non præclarius post Casaubonum Viri docti senserunt. Vide ex Nostratibus *Morhof.* T. I. Polyhist. Lib. I. c. 18. p. 223. ex Pontificiis *Labbeum* in Bibliotheca Bibliothecarum p. 337. cujus hæc sunt verba: *De Balæo omnes cordati Scriptores asserunt, multa ingratiam Anglorum suorun finxisse, supposuisse, mentitum esse.* Constat etiam Balæum commentariis MSS. *Jo. Lelandi de Scriptoribus Britannicis* usum esse, qui cum hoc ipso anno Oxon. V. C. *Antonii Halli* opera prodierint, insti-

inſtituta comparatione manifeſte apparet, quam infeliciter & temere in compilando ſuo opere verſatus fuerit Balæus. Sic editor diligentiſſimus in præfatione recte monet Balæum *opus Lelandinum fœde commaculatum atq; interpolatum in ſuas Centurias traduxiſſe.* Neque aliter ſentit Celeb. Caveus, idoneus harum literarum exiſtimator & judex, in Literis ad editorem Lelandi datis & ex parte ipſis Lelandi Commentariis præmiſſis, ex quibus iſta inprimis verba hic repetere juvabit: *Si putidas* Balæi *lacunas tanti æſtimamus, tam avide haurimus quanto* purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ? *Si tanti vitrum quanti margaritam? ut ore Tertulliano* loquar. Interim nemo non eruditorum vehementer mecum optabit, ut diffuſa & abſoluta Scriptorum Britannicorum hiſtoria inde à primis originibus ad noſtram ætatem deducta quam eruditiſſimus *Tho. Tannerus* in Anglia cum maxime molitur, lucem propediem videat.

Ib. v. 8.

Alph. Toſtatus obiit 1454. æt. 40. Πολυγραφίαν ejus alii etiam mirati ſunt, quæ tot ſcripta protulit, ut ſi vel a primo natalis die numerando terna folia attribuas, plura ſcripſiſſe comperias, quod neſcio cujus judicium affert Konigius in Biblioth. Vet. & Nova. Hinc etiam Ancillonius in Miſcellaneis p. 498. negat ſibi quenquam notum, qui tam exiguo vitæ ſpatio tam multa ſcripſerit, quam Calvinus quidem & Toſtatus

ſtatus. Ibidem recte obſervatur Proteſtantes eum in majori pretio habere, quam Pontificios, qui ſæpe in eum invehuntur, rariſſime autem laudant. Sic *Rol. Mareſius* lib. II. Ep. 26. affirmat, ſi 12. ejus tomis, quos de rebus Theologicis ſcripſerit, demas aliunde deſumta, nihil fere reliquum ſuperfuturum eſſe. Interim Rich. Simonius Hiſt. Crit. V. T. lib. III. c. 12. & *doctum* eum *&* in *Scripturæ ſtylo exercitatiſſimum* agnoſcit.

Ib. v. 20.

Serarii locus de *Maſio*, quem hic innuit Caſaub. extat in ed. Mogunt. 1622. p. 214. in Prolegom. ad lib. II. commentarii ſui qv. VII. *Andr. Maſius*, inquit, *quem quaſi parum rectæ fidei vellicant nonnulli. Appar. Poſſevini* p. 284. *ult. de Ioſua. At qui eum de facie familiaterque nôrunt, Catholicæ fidei, Pontificiaq; auctoritatis retinentiſſimum affirmant, etiam, qui factum id nollent, e Novatorum grege quidam. Et quoties hoc ex hiſce ſuis commentariis clare ac palam præ ſe fert.* Deinde varia affert Maſii loca, in Proteſtantes, ut ipſi quidem videntur dicta, & elogia quoque varia colligit, quæ a Pererio aliiſque Pontificiis in eum ſunt collata, ut locus omnino dignus ſit, qui inſpiciatur. Adducam etiam ex parte Maſii locum, quo fidei ejus ſocios offenſos eſſe putat Caſaubonus, ex p. 273 *commentar. in Ioſuam*, qui raro hodie eſt obvius, ſed dignus omnino, qui lucem iterum videat. *Nam olim*, inquit, *etiam ipſa* (Eccleſia) *gentibus permixta graves ab illis contumelias perferebat, quis bu-*

inſtituta comparatione manifeſte apparet, quam infeliciter & temere in compilando ſuo opere verſatus fuerit Balæus. Sic editor diligentiſſimus in præfatione recte monet Balæum *opus Lelandinum fœde commaculatum atq; interpolatum in ſuas Centurias traduxiſſe.* Neque aliter ſentit Celeb. Caveus, idoneus harum literarum exiſtimator & judex, in Literis ad editorem Lelandi datis & ex parte ipſis Lelandi Commentariis præmiſſis, ex quibus iſta inprimis verba hic repetere juvabit: *Si putidas* Balæi *lacunas tanti æſtimamus, tam avide haurimus quanto* purius ex ipſo fonte bibuntur aquæ? *Si tanti vitrum quanti margaritam? ut ore Tertulliano* loquar. Interim nemo non eruditorum vehementer mecum optabit, ut diffuſa & abſoluta Scriptorum Britannicorum hiſtoria inde à primis originibus ad noſtram ætatem deducta quam eruditiſſimus *Tho. Tannerus* in Anglia cum maxime molitur, lucem propediem videat.

Ib. v. 8.

Alph. Toſtatus obiit 1454. æt. 40. πολυγραφίαν ejus alii etiam mirati ſunt, quæ tot ſcripta protulit, ut ſi vel a primo natalis die numerando terna folia attribuas, plura ſcripſiſſe comperias, quod neſcio cujus judicium affert Konigius in Biblioth. Vet. & Nova. Hinc etiam Ancillonius in Miſcellaneis p. 498. negat ſibi quenquam notum, qui tam exiguo vitæ ſpatio tam multa ſcripſerit, quam Calvinus quidem & Toſtatus

ſtatus. Ibidem recte obſervatur Proteſtantes eum in majori pretio habere, quam Pontificios, qui ſæpe in eum invehuntur, rariſſime autem laudant. Sic *Rol. Mareſius* lib. II. Ep. 26. affirmat, ſi 12. ejus tomis, quos de rebus Theologicis ſcripſerit, demas aliunde deſumta, nihil fere reliquum ſuperfuturum eſſe. Interim Rich. Simonius Hiſt. Crit. V. T. lib. III. c. 12. & *doctum* eum *&* in *Scripturæ ſtylo exercitatiſſimum* agnoſcit.

Ib. v. 20.

Serarii locus de *Maſio*, quem hic innuit Caſaub. extat in ed. Mogunt. 1622. p. 214. in Prolegom. ad lib. II. commentarii ſui qv. VII. *Andr. Maſius*, inquit, *quem quaſi parum rectæ fidei vellicant nonnulli. Appar. Poſſevini* p. 284. *ult. de Ioſuæ. At qui eum de facie familiaterque nôrunt, Catholicæ fidei, Pontificiaq; auctoritatis retinentiſſimum affirmant, etiam, qui factum id nollent, e Novatorum grege quidam. Et quoties hoc ex hiſce ſuis commentariis clare ac palam præ ſe fert.* Deinde varia affert Maſii loca, in Proteſtantes, ut ipſi quidem videntur dicta, & elogia quoque varia colligit, quæ a Pererio aliiſque Pontificiis in eum ſunt collata, ut locus omnino dignus ſit, qui inſpiciatur. Adducam etiam ex parte Maſii locum, quo fidei ejus ſocios offenſos eſſe putat Caſaubonus, ex p. 273 *commentar. in Ioſuam*, qui raro hodie eſt obvius, ſed dignus omnino, qui lucem iterum videat. *Nam olim*, inquit, *etiam ipſa* (Eccleſia) *gentibus permixta graves ab illis contumelias perferebat, quis* *bu-*

bus tamen ad pietatem mirifice stimulabatur, quod multorum Martyrum, ut vocamus, praclarissimis certaminibus est testatum. Porro simul atq; ab illis liberata est, mox odiis atq; intestinis dissidiis conflictari cœpit. Sed ubi etiam ista utcunq; exstirpata tandem sunt Sacris Conciliis, continuo se otio & luxui dedit, ex quibus turpissima ambitio est nata; exstincta pietas, neglecta disciplina; ad pompam solam compositi ritus; & in summa religionis juribus omnibus pollutis superstitio omnium fere animos oppressit, atq; imbecillitatem hominum occupavit. Quæ mala cum diutius tolerare ac pati lenissimus alioqui Pater Deus nollet, denuo nos in acerbissimam relabi discordiam passus est, eamq; tam variam & multiplicem, atq; inauditarum opinionum insolentia tam pertinacem, ut salutaria Majorum nostrorum remedia, Concilia dico, jam prorsus respuantur: &c. Locus est prolixior, quam ut integer hic describi possit; nec fieri id necesse est, cum ex his de candore & animo auctoris facile judicari possit. Quod ad Serarium attinet, Scaliger quoque doctrinam in eo agnovit, adeo ut in Scaligeranis p. 370. Jesuitam doctissimum vocet, quanquam eodem in loco nihil ipsi eruditionis, & multam quidem lectionem sed judicium exiguum tribuat, interque alia acerbe in eum dicta eum non tam doctum quam sibi visus antea sit revera esse pronunciet. Unde & Illustri *Spanhemio*, Viro Summo *in epistola de Rich. Simonis Historia Crit. V. T.* quam juvenis admodum edidit, p. 59. Scaliger non satis sibi circa hunc Virum constare videtur. Et ex ipso Scaligera-

ligeranorum loco apparet finiſtrum hoc & ſine dubio iniquuum de Serarii meritis & doctrina judicium Viro magno poſt motam illi in Trihæreſio controverſiam excidiſſe. Hoc enim ſcriptum male habuiſſe Scaligerum patet tum ex epiſt. Scaligeri 295. tum ex *Elencho Trihæreſii*, in cujus præfatione extrema Serarium *in Græcis puerum, in Hebraicis infantem in hiſtoria harum hæreſium nullius judicii appellare non veretur. Andr. Maſium* Glaſſius alicubi *Papiſtam quidem ſed ſaniorem & dexterrimum S. Scripturæ Interpretem* appellat: ex Pontificiis autem *Simeon de Muis*, Hebr. literarum intelligentiſſimus Tomo II. Opp. p. 207. commentarios ejus dignos putat, qui *æternum excudantur ac recudantur*. Plura aliorum & non minus honorifica de Viro Doctiſſ. judicia exſtant. Vid. *Teiſſerii Elogia Thuanea* T. I. p. 400. *Tomo* III. p. 231. *Thom. Pope Blount* in *Cenſura Celebr. Scriptorum* p. 495. *Ancilloniana* p. 13. *Andr. Mullerum Greifenhagium* p. 2. *præfat. ad Symbolas Syriacas*, *Rich. Simon. Hiſt. Crit.* V. T. *Lib.* III. c. 15. p. 71.

Ad p. 27. p. 27.

Iuſtus Calvinus cur Baronii nomen cum gentilitio commutarit, exponit ipſe in Parentalibus in obitum Cæſ. Baronii, teſtatus ibi quod *Cardinalis Baronius Sacramento Confirmationis ſolenniter ſe ſibi genuerit, impreſſoque perpetuo cognominis arrhabone in familiam ſuam lubens volensque cooptarit*. Vide plura de iſta Metonomaſia apud *Nicol. Serarium* p. 182. *Rerum Moguntin.* & Cl. *Möllerum* in *He-*

Homonymosiop. p. 652. ac 769. Liber ille *Calvini* hujus prodiit Mogunt. 1602. 4. Quod ad *Edmundi Campiani* libellum attinet, ille sub tit. *Decem Rationum* prodiit 1581. quo anno *Guil. Whitackerus* publica auctoritate illius libelli refutationem edidit, quam legere licet in limine Operum ejus Theologicorum. Ex Dedicatione Whitackeri patet, Campianũ hunc ex Italia in Anglia reversum statim literis significasse, adesse, qui causam Pontificiam defenderet, deinde autem a duobus doctissimis Viris Gvil. Chanco & Meriditho Hammero ad incitas redactum causæ suæ patrocinium novo isto, de quo hic sermo est, libro suscepisse, quem scriptum eleganter Latine & Academicis προσπεφωνημένον multi avide legerint, & omnes in ore Campianum habuerint. In fine Dedicationis petit Whitackerus a Campiano, *ut post hæc majorem modestiam afferat, &, quod instituit, argumentis Dialecticis concludat, vagas atq; alienas excursiones & contumeliosam illam in certas personas acerbitatem mittat.* Ex quo facile patet, quam bene judicio Casauboni sua ratio constet. Pontificios tamen multum illi tribuisse vel ex eo apparet quod ipse ille Campiani liber in gall. Linguam a *Brignonio*, Patre Ignatiano, conversus Trivultii 1701. 12. prodierit. Confer *Ephemerides* illas, quas *Memorias* vocant, *Trivultinas* an. 1701. Tom. II. p. 212. sq. edit. Amstelod. ubi versio illa recensetur, in laudem autem ipsius libri p. 214. id vel maxime affertur, quod *Muretus* in suo exemplari

plari libellum hunc *aureum & vere Dei digito scriptum* dixerit. Vide ibidem alia de Vita Campiani, quem Anglicanæ Ecclesiæ initio addictum ad Romanam Ecclesiam se deinde adjunxisse disces. Quod ad *Whitackerum* spectat, magnam sibi inter suos famam tum aliis scriptis tum inprimis confutatione Bellarmini comparavit. Vide inprimis vitam ejus in *Melchioris Adami Vitis Theologorum Exterorum* p. 82. sq. & *Fulleri Abele Redivivo* p. 401. sq. Adde *Teisserii Elogia Thuanea Tomo* II. p. 231. *Bellarminus* ipse eum non neglexisse sed loco aliquo habuisse videtur, qui effigiem Whitackeri in Museo suo suspendit, teste Fullero l. c. p. 405. Episcopus ille Eliensis cujus familiarem sermonem hic refert Casaub. est *Lancelottus Andrews* quem supra etiam laudavit, Decanus autem Paulinus est *Overallus*, quod mihi ex aliis Adversariorum Casauboni locis constat.

Ad p. 29. v. 18.

Vitam *Melanchthonis* a *Joach. Camerario* descriptam ex merito etiam commendat *Morhofius lib.* I. *Polyhist.* c. 19. p. 243. ed. noviss. *Ejus*, inquit, *Vitam descripsit Joach. Camerarius, Vir suo tempore doctissimus, & intimioribus literis præ omnibus in Germania excultus. Multa disces ex illo, quæ pertinent ad statum literarium & Ecclesiasticum.* Eandem promeritis laudibus ornat *Bæclerus* in *Bibliographia* p. 169. Sunt tamen, quæ ut Casaub. ita etiam alii hic desiderarunt, e. g. quod Catalogum scriptorum Melanchthonis non texuerit,

Q nec

nec occasionem, qua ea prodierint, exposuerit, qua de re vid. *Crenium* p. 205. *Differt. de libris Scriptorum optimis.* Ceterum mirum omnino est, quod Camerarius neglexerit annotare annum Philippi natalem, qui in aliis maximis minimis, e.g. somniis & præsagiis adeo diligentem se præstitit. Interim ex hoc Casauboni monito colligas, nec Germanos nec alios nimis accuratos esse posse in describendis eruditorum & clarorum Virorum vitis, adeoque præter rationem *Rolandum Maresium* Germanis speciatim Biographis μικρολογίαν exprobrasse, cui satisfecit nuper Cl. *Feustelius* in erudito *Schediasmate de eruditorum Germanorum vitis contra iniquas Gallorum nonnullorum Censuras, in specie de Βιογράφοις Germanorum contra Rol. Maresii judicium* Lips. 1706. Rectius de hoc negotio judicant *Gassendus in præf. ad Vitam Peirescii* & *Balius Tomo III. Dictionar.* p. 2313. sq.

Ib. v. 30.

Tria exstant epistolarum *Camerarii* Volumina, quorum primum ab ipso vivo, duo posteriora a filiis post Parentis fata edita sunt. Vide *Morhof. lib. I. Polyhist.* c. 23. *In Bembo* multi sunt qui animum parum religiosum notarint, quo pertinet, quod Pauli epistolas per contemtum epistolaccias appellasse dicitur, notante, nescio an ex vero, *Scipione Gentili* in *Commentar. in ep. ad Philem.* p. 40. *Lansio* p. 783. *Consultationum* & *Menagio* in *Anti-Bailleto* p. 36. sq. excusantibus autem *Balio Tomo I. Dictionar.* p. 549. not.

nor. E. & Cl. *Clerico Tomo* I. *Biblioth. selectæ Artic.* VII. ubi in recensione Operum *Bembi* Latinorum Francof. 1652. editorum versatur. Idem tamen non negat, multa in iis epistolis reprehensione digna esse. Plura ejusmodi sinistre & abjecte de Scriptura S. vel rebus divinis sentientium Philologorum illius ætatis exempla vide apud *Crenium*, Virum diligentissimum. *Parte* III. c. 1. §. 10. *Animadversionum Historico-Philolog.* & *Saldenum de Usu & Abusu librorum* p. 44. sq.

Petri Victorii Florentini, quem laudat Casaub. epistolas ad Germanos missas libris tribus edidit *Jo. Caselius* Rostoch. 1577. 4. In *Victorio* præter doctrinam candorem etiam & probitatem laudarunt alii, ex quibus jam recordor *Hieronymi Mercurialis*, qui *lib.* III. c. 12. *Var. Lect.* eum vocat *Virum ætate nostra cum ob raram eruditionem tum ob incredibilem pietatem omnibus admirandum.* Sic & *Scaliger* in *Scaligeranis* p. 407. *bonum* eum *& diligentem* appellat.

Ad p. 31. v. 8.

De scriptis his *Pauli Sarpii*, sive *Petri Suavis*, quæ ad controversiam hanc, quam tangit Casaub. pertinent, vide *Historiam Interdicti Veneti*, quam a Sarpio compositam *Guilh. Bedellus*, Episcopus Kilmoriensis & Sarpio olim familiaris post ejus obitum 1626. edidit Cantabrigiæ. Nonnulla de hac controversia ipse Casaubonus in præfat. libri de Libertate Ecclesiastica quam supra exhibuimus, attulit. Ipsa autem Historia illius Interdicti gallice exstat in *Ameloti sup-*

plemento ad Historiam Reipubl. Venetæ. p. 101. ubi etiam p. 69. exstat ipsum *Excommunicationis* exemplar cum Protestatione Ducis & Senatus Veneti, & p. 88. Retractatio illius Protestationis, qua monetur, ipsam quoque excommunicationem a Papa esse retractatam. Judicium P. Sarpii de isto Pontificis Fulmine sub Theologi nomine exstat ibidem p. 173. Confer etiam Vitam *Bedelli* anglice descriptam & editam Lond. 1685. 8. Adde vitam ipsius Sarpii, Historia Concilii Tridentini inprimis famam consecuti, descriptam a *Fulgentio* italice, quæ deinceps gall. versa Lugd. Bat. 1661. 12. prodiit. Sic editioni Lipsiensi Historiæ Concil. Trid. 1699. curatæ itidem Auctoris vita præfixa est.

Ad p. 33. v. 11.

De Bartasio alii quoque præclare senserunt; Vide *Adr. Bailleti Judicia de Poëtis Tom.* IV. *Part.* III. n. 1339. *Rapini Observationes generales in Poëticam Part.* I. p. 39. & *Part.* III. ut & *Colletetum* de *Arte Poëtica* p. 32. *Perronius* autem sinistre & forte inique de eo judicat, ac in Perronianis p. 37. totus in eo est, ut probet, Bartasium pessimum esse Poëtam & talem, qui nec Inventione, nec dispositione nec Elocutione Poëtæ dignitatem sustineat.

Ib. v. 20.

De Jac. Wimpfelingio, 1528. 17. Nov. æt. 79. demortuo vid. *Melch. Adami Vitas Theologorum* & *Chytræi Saxoniam* lib. III.

Ad p. 34. v. 1.

Laur. Humphredi ratio interpretandi minus se pro-

probavit *Huetio* libro elegantissimo *de Claris Interpret*. p. 289. *In interpretando*, inquit, *extra metam abiit, & in nimia tamen stili libertate colorem illum αὐτοφυῆ non obtinuit.* Confer *Bailleti* judicium *Tomo* III. *Judiciorum* n. 880. p. 454.

Ib. v. 6.

De *Bembi* stilo fuse differit *Lipsius* in *epist. Miscell.* Cent. II. ep. 57. quam repetit Cl. *Clericus Tomo* I. *Biblioth. Selectæ* p. 316. sq. largis nec iis contemnendis suis animadversionibus instructam, ex quibus tota hæc causa cognosci potest. Affectatam etiam in sacris rebus latinitatem multi in Bembo castigarunt, imo J. C. *Scaliger* ea adeo fuit offensus, ut lib. VI. de Re Poëtica. p. 800. dicat: *Bembus nervis fere semper destituitur, cum DN. Jesum Heroa vocat, valde me commovit. Sane vox impia & utroque indigna.*

Ad p. 36. v. 26.

Excerpta illa continebant lemmata capitum *Tractatus de libert. Eccles.* edendi, quæ variis etiam Excerptis instructa erant. Excusus est liber ipse usque ad p. 264. & hunc præ se fert titulum: *De Libertate Ecclesiastica liber singularis ad Viros Politicos, qui de controversia inter Paulum V. Pontif. Max. & Rempubl. Venetam edoceri cupiunt*; MDCVII. sine mentione loci aut typographi. Causas, cur liber integer typis non sit expressus, affert *Jac. Cappellus* in *Assertione bonæ fidei adversus Herib. Rosweydum* p. 17. *In Ecclesiastica*, inquit, *antiquitate quam non esset tyro Casaubonus, docuit A. D. 1607. libro singulari de Libertate Ecclesiasti-*

ta, cujus jam pagina 264. typis erant edita, cum Rex Henricus IV. augustæ memoriæ compositis jam Venetorum cum Pontifice Romano controversiis, vetuit ultra progredi, & hoc ipsum, quod fuerat inchoatum, supprimi voluit ut ejus pauca nunc exstent exemplaria. Adde Colomesii *Collectionem Singularium* quam vocat p. 327. edit. novæ Operum Colomes. Hamburg. qui refert, sibi istum Casauboni librum a CL. Gudio ostensum esse. Repetit hæc laudato Colomesio *Morhofius Tom.* III. *Polyhistoris* p. 35. Ipse ego vidi hoc Cl. Gudii exemplar communicatum a Cl. amicissimoque Viro *Io. Möllero*, ad quem ex bibliotheca Gudii, auctionis quam vocant, lege divendita pervenit. Ibi vidi Merceri manu p. 264. adscripta hæc verba: *cetera rebus mutatis non sunt edita.* In fronte autem, manu ipsius Gudii in pagina ehartæ puræ titulus libri ex impresso exemplari iterum descriptus & auctus erat his verbis. *Opus doctum & grave, sed imperfectum, scribi cœptum an. 1607. statimque postea rebus mutatis intermissum & suppressum. Accessere R. P. Pauli Veneti ad If. Casaub. epistola magno judicio scripta de Baronio ejusque Annalium opere & Casauboni ad eandem epistolam responsio.* Utraque epistola, quam Cl. *Gudius* novæ libri Casauboniani editioni additurus erat, prodiit nuper 1709 in recognita *Christ. Kortholti*, Theologi quondam Kiloniensis meritissimi, *Exercitationum Anti Baronianarum* editione. Josiæ Merceri hoc fuisse exemplar ex præscripto ejus nomine cognoscitur, quod autem Gudius

dius eodem donatus fuit a Mentelio, hæc verba propria Mentelii manu exarata significant: *Io. Iac. Mentelius Patrit. Gallo Thoricensis in amicitiæ æternum duraturæ significationem hoc, quicquid est libri imperfecti quidem sed nunquam perficiendi dabat Iuveni nobiliss. & eruditissimo Marquardo Gudio suo Paris. abeunti VIII. Kal. Septembr. MDCLX.* Ceterum istum Casauboni tractatum imperfectum recudi curavit *Melch. Goldastus Tomo I. Monarchiæ Imperii.*

Ib. v. 29.

Georg. Cassandri Consultatio de Articulis religionis &c. Colon. 1565. 8. & alibi ac denique Lugd. Bat. 1642. 8. cum *Hug. Grotii* notis prodiit. *Suenonius* commentationi suæ de *Syncretismo Heretico*, Hamburgi 1706. inter *Acta Anti Henotica* recuso addidit *Iudicium de hac Cassandri Consultatione.* Liber ille de Sacra Communione erit, credo, *dialogus* ejus *de Communione sub utraque specie* quem cum aliis ejusmodi recudi curavit *Georg. Calixtus* Helmstadii 1642. Sed hæc exstant quoque inter opera Cassandri Paris. 1616. fol. Vide de Cassandro & ejus instituto plura apud *Crenium Part.* V. *Animadvers.* c. II. §. 1. & in *diss.* de *Singularibus Scriptorum* p. 76. *Teisserium* quoque in *Elogiis Thuaneis* Tomo I. p. 301. & Tomo III. p. 192. Quod autem Cassandri fatum fuit, id omnibus illis commune est, qui se medios partibus altercantibus præstare volunt. Vide quæ hanc in rem affert *Balius* in *Dictionario Tom.* II. p. 1602. a.

Ad p. 38. v. 1.

Hartungi Decuriæ insertæ sunt *Iani Gruteri Lampadi Criticæ* Tomo II. p. 631. sqq. Confer. de eo *Melch. Adami Vitas Philosoph.* p. 139. *Bælium* Tom. II. p. 1484. & *Teisser. Tomo* I. *Elogiorum Thuan.* p. 489.

Ib. v. 7.

Franc. Robortelli Utinensis Opuscula, quorum hic meminit Casaubonus, exstant recusa *Tomo* II. *Lampadis Criticæ Gruteri* & quidem 1] *de convenientia Supputationis Livianæ Ann. cum marmoribus Romæ quæ in Capitolio sunt, & Dionys. Halic.* p. 1. sq. *Disput. de arte sive ratione corrigendi antiquorum libros* p. 14. Denique *Variorum Locorum in antiquis Scriptoribus tum Græcis tum Latinis Annotationes.* p. 28. Et verum omnino est, quod hic Casaubonus, & alibi *Morhofius in Polyh. Lit. lib. VI.* p. 245. observat: *Accusant in illo aliqui superbiam, nimiumque in exercendis adversus pares aut superiores inimicitiis fastum, quo Sigonium, Egnatium, Muretum, Manutium, H. Stephanum aliosque contemptim habere & ludibrio aliorum pro viribus exponere veritus non sit. Verum hæc*, pergit idem, *non obstant, quò minus Rhetor ingeniosissimus dici haberique jure potuerit.* Vide plura de eo apud *Teisserium* in *Elogiis Thuaneis* T. I. p. 310. *Thom. Pope Blount* in *Censura Celebr. Auctorum* p. 488. *Adr. Bailletum Tom.* II. *Parte* II. *Iudiciorum* n. 371. p. 204. sq. *Adolph. Clarmund.* Part. VII. *Vitarum* n. VII. Quod autem ad *Robortelli* librum de arte corrigendi veterum libros attinet, vix salivam Lectori movebit, præ-

cipue

cipue ubi comparatus fuerit cum Arte Critica, quam Cl. Clericus nostra ætate in lucem edidit, quæ & majori apparatu eruditionis & ordine meliori totam hanc rationem persequitur. Optandum tamen erat, ut quæ *Henr. Valesius*, teste *Adriano* fratre in *Vita* ejus p. 27. & *Georg. Hier. Velschius*, teste *Almeloveenio* in *Biblioth. Promissa & Latente* p. 130. de hoc argumento moliti sunt, in publicum prodiissent. Ipse quoque *Casaubonus* aliquando commentarii *de Critica & Criticis* veterum spem fecit, aliis deinde laboribus interceptam. Vid. ep. ejus 211. & 266. & *Mericum Casaub.* in Pietate adversus Paterni nominis hostes p. 161. Inter MSta Viri Optimi videre me memini designationem & summa capita hujus operis, ex quibus conjectura fieri poterat, eum plurimorum atque inprimis Græcorum scriptorum emendationem in hoc opere suscipere voluisse.

Ad p. 39. v. 7.

Victorii Commentarius in Demetrium περὶ ἑρμηνείας prodiit Florent. 1562. Nimiam dicendi copiam hic reprehendit Casaub. quam etiam alii in *Variis* ejus *Lectionibus* agnovisse sibi visi sunt e. g. *Scaliger* in *Scaligeranis* l. c. Interim Victorium & alios cum eo in hoc errasse, quod librum de Interpretat. *Demetrio Phalereo* tribuendum censuerit, nec potius alteri ὁμωνύμῳ, id jam non evincam, cum Cl. Fabricius Parte altera *lib. IV. Bibl. Gr.* ubi de Rhetoribus dicet, extra controversiam id sit positurus. Interea temporis le-

Ad p. 38. v. 1.

Hartungi Decuriæ insertæ sunt *Iani Gruteri Lampadi Criticæ* Tomo II. p. 631. sqq. Confer. de eo *Melch. Adami Vitas Philosoph.* p. 139. *Balium* Tom. II. p. 1484. & *Teisser. Tomo* I. *Elogiorum Thuan.* p. 489.

Ib. v. 7.

Franc. Robortelli Utinensis Opuscula, quorum hic meminit Casaubonus, exstant recusa *Tomo* II. *Lampadis Criticæ Gruteri* & quidem 1] *de convenientia Supputationis Livianæ Ann. cum marmoribus Romæ quæ in Capitolio sunt, & Dionys. Halic.* p. 1. sq. *Disput. de arte sive ratione corrigendi antiquorum libros* p. 14. Denique *Variorum Locorum in antiquis Scriptoribus tum Græcis tum Latinis Annotationes*. p. 28. Et verum omnino est, quod hic Casaubonus, & alibi *Morhofius in Polyh. Lit. lib. VI.* p. 245. observat: *Accusant in illo aliqui superbiam, nimiumque in exercendis adversus pares aut superiores inimicitiis fastum, quo Sigonium, Egnatium, Muretum, Manutium, H. Stephanum aliosque contemptim habere & ludibrio aliorum pro viribus exponere veritus non sit. Verum hæc*, pergit idem, *non obstant, quo minus Rhetor ingeniosissimus dici haberique jure potuerit.* Vide plura de eo apud *Teisserium* in *Elogiis Thuaneis* T. I. p. 310. *Thom. Pope Blount* in *Censura Celebr. Auctorum* p. 488. *Adr. Bailletum Tom.* II. *Parte* II. *Iudiciorum* n. 371. p. 204. sq. *Adolph. Clarmund.* Part. VII. *Vitarum* n. VII. Quod autem ad *Robortelli* librum de arte corrigendi veterum libros attinet, vix salivam Lectori movebit, præ-

cipue

cipue ubi comparatus fuerit cum Arte Critica, quam Cl. Clericus nostra ætate in lucem edidit, quæ & majori apparatu eruditionis & ordine meliori totam hanc rationem persequitur. Optandum tamen erat, ut quæ *Henr. Valesius*, teste *Adriano* fratre in *Vita* ejus p. 27. & *Georg. Hier. Velschius*, teste *Almeloveenio* in *Biblioth. Promissa & Latente* p. 130. de hoc argumento moliti sunt, in publicum prodiissent. Ipse quoque *Casaubonus* aliquando commentarii *de Critica & Criticis* veterum spem fecit, aliis deinde laboribus interceptam. Vid. ep. ejus 211. & 266. & *Mericum Casaub.* in Pietate adversus Paterni nominis hostes p. 161. Inter MSta Viri Optimi videre me memini designationem & summa capita hujus operis, ex quibus conjectura fieri poterat, eum plurimorum atque inprimis Græcorum scriptorum emendationem in hoc opere suscipere voluisse.

Ad p. 39. v. 7.

Victorii Commentarius in Demetrium περὶ Ἑρμηνείας prodiit Florent. 1562. Nimiam dicendi copiam hic reprehendit Casaub. quam etiam alii in *Variis* ejus *Lectionibus* agnovisse sibi visi sunt e. g. *Scaliger* in *Scaligeranis* l. c. Interim Victorium & alios cum eo in hoc errasse, quod librum de Interpretat. *Demetrio Phalereo* tribuendum censuerit, nec potius alteri ὁμωνύμῳ, id jam non evincam, cum Cl. Fabricius Parte altera *lib. IV. Bibl. Gr.* ubi de Rhetoribus dicet, extra controversiam id sit positurus. Interea temporis le-

gere de hoc argumento plura licet apud *Muretum lib.* I. *Var. Lect.* c. 16. & Orat. VI. *Vossium Institut. Orator. lib.* IV. c. 2. *Henr. Valesium* in *not. ad Excerpta Nicol. Damasceni* p. 65. *Is. Vossium* de *poëmatum cantu & viribus rhythmi* p. 91. *Ægid. Menag.* ad *Laërt. lib.* V. p. 222. & *Humfr. Hody dissert. contra historiam Aristeæ c. X.*

Ib. v. 12.

Pet. Galatinum nec optima fide, nec acutissimo judicio in opere suo elaborando vel potius ex aliis compilando versatum fuisse jam plures monuerunt, ex quibus hic commemorabo *Scaligerum*, qui *ep.* 241. *perplurima inepta, futilia & sublesta* in eo libro agnoscit. Confer. Cl. Schudtii *Delicias Hebræo-Philolog.* p. 244. & *Trifol. Hebr.* p. 225. item auctorem *Bilibræ Veritatis* p. 87. 112. & alibi.

Ad p. 40. v. 25.

Quæ de controversiis in Ecclesia vix sopiendis disserit Casaubonus, ea non solum experientiæ inde a primis originibus Ecclesiæ ad nostram usque ætatem confirmatæ fide innituntur, sed aliorum consentientium testimoniis. Sic inter Anglos Vir doctissimus *Georg. Hickesius* hoc argumentum persecutus est libro peculiari vernacula lingua Lond. 1706. 8. altera vice edito sub tit. *Vindiciæ Apologeticæ Ecclesiæ Anglicanæ*, ubi scilicet ostensurus, Schismata & controversias fidei ac religionis Christianæ veritatem in universum non evertere, ex Veteris æque ac Novi Instrumenti Tabulis & Ecclesia-

sticæ

ſticæ hiſtoriæ monumentis demonſtrat, Eccleſiam nunquam a controverſiis liberam fuiſſe. Deinde in cauſas diſſenſionum inquirit, ac denique de iis non tam tollendarum ex omni parte quam minuendarum viis & mediis diſputat.

Ad p. 43. v. 7.

Adrianus Saravia, cujus hic ſermones refert Caſaubonus, Calvini cœtui primum addictus muneribus publicis in variis Belgii Eccleſiis defunctus fuit, quarum doctrinam ſcriptis etiam propugnavit. Deinde facto in Angliam tranſitu Calvino & Bezæ non admodum favit, quod vel ex epiſtola ejus ad Vytenbogardum ſcripta ac lectu digniſſima patet, quam nuper Celeb. D. Jägerus Hiſtoriæ Eccleſ. & Polit. Sæculi XVII. p. 196. ſq. inſeruit, qui tamen in eo falſus mihi videtur, quod in conſpectu Decennii II. p. 163. b. Sarauiam hunc Angliæ Epiſcopum appellat, qui certe non fuit. conf. de Saravia Meurſii Athenas Batavas p. 260.

Ad p. 43. v. 17.

De *Colloquio Poſſiaceno* præter Hiſt. Eccleſ. ſcriptores vid. Thuanus lib. 28. Hiſtor & Lundorpius in Continuat. Sleidani lib. 2. p. 285. & ex recentioribus *Herm. Witſius* in Miſcell. ſacr. diſſ. de Schismate Donatiſtarum cap. X. p. 840. ſq. Quomodo autē Beza ibi ſe geſſerit, fuſe exponit *Ant. de la Faye* in Vita Bezae & *Melch. Adami* in Vitis Theolog. Exterorum p. 213. ſq. Ibi p. 216. legas, quod Miniſtris a Lotharingo Cardinali

dinali Colloquii illius Præside interrogatis *paratine essent in August. Confess. subscribere*, Beza ex adverso interrogarit *an eandem amplecti ipsis in animo esset*. Idem p. 215. auctor est, cum *Espenæus* de Vocatione Ministrorum multa dixisset, respondisse Bezam, *impositionem manuum ab Ecclesia Romana, ita, ut nunc est, deformata, petendam non fuisse Ministris. Prophetas extra ordinem contra ordinarios Sacerdotes olim excitatos fuisse: non mirum, extra ordinem missos etiam Dei servos cum ordinarii in suo officio sterterent.*

Ad p. 44. v. 22.

Libri, qui inscribitur *Rex Platonicus*, auctor est *Isaacus Wake*: Vid. Anton. a Wood Athenas Oxonienses, quem de hoc libro differere memini. Scriptus est in laudem Iacobi I. Reg. Angliæ.

Ib. v. 30.

De *Io. Rainoldo* diximus supra. Hunc Raynoldi librum de Idololatria Ecclesiæ Romanæ eximie laudat Rev. dum viveret, Episcopus Vigorniens. *Eduard. Stillingfleetus* in §. 5. præf. ad librum Anglicanum, quem inscripsit *discursum de idololatria, quæ in Romana Ecclesia patratur*, quo ipso hoc argumentum non solum erudite tractavit, sed dicto loco complures Anglicanæ Ecclesiæ Theologos laudat, qui idem vel obiter attigerint vel ex professo demonstrarint.

Ad p. 45. v. 3.

Egregium illud exemplar *Thesauri Orthodoxæ fidei Nicetæ Choniatæ* vidi ipse & evolvi in Bibliotheca

theca Bodlejana Oxon. Exstat autem ibi duplex, alterum, cujus hic meminit Casaubonus, in Archivis Bodleji, alterum inter Manuscriptos Codices Domini de Roe, qui priori illo & antiquitate, & elegantia & Scriptoris industria longe est inferior. De præstantia illius jam pridem monuit eruditos V.C. & eximium Germanorum inter Anglos decus *I. E. Grabe* in *notis ad Irenæum* p. 70. ubi exemplar hoc ipsi Nicetæ æquale putat. Memini etiam me ex ore ejus audire, quod persvasus sit, idem illud exemplar Imperatori Byzantino, cujus tempore exaratũ fuit, oblatum fuisse. Dicam de eo plura alibi, & Syllabum singulorum capitum suppeditabo, ac præterea nonnullorũ, quæ inde descripsi, fragmentorum copiam faciam. Constat opus libris omnino 27. quorum libros priores quinque latine edidit Morellus Paris. 1580. Dum hæc scribo in mentem venit recordari, Cl. Montfauconium libro IV. Palæographiæ Græcæ argumenta illius Thesauri, quem *Panopoliam Dogmaticam* appellat Gr. & Lat. inseruisse. Hac occasione hic observare fas sit, inter MSta laudati Domini de Roe occurrere Partem Annalium hujus Nicetæ posteriorem de qua ita *Langbaenius* Codice IX. Manuscriptorum suorum: *Nicetæ Choniatæ Annalium partem posteriorem habemus inter Manuscripta Domini Roe, num. XXII. fol. 423. in duos libros divisam, qui ab editis multum diversi sunt, tum in librorum distinctione, tum in phrasi, tum etiam in ipsa sæpe historia.* Deinde

de exhibet diverſitates MSti illius ab editis, facta collatione cum ed. 1593. 4. quas alibi ex Codice hoc Langbæniano deſcriptas cum harum literarum ſtudioſis communicabo.

Ib. v. 28.

De *Claudii Espencæi* candore commentarii ejus fere omnes, inprimis autem qui in utramque ad Timoth. & unam ad Titum ſcripti ſunt, teſtantur: hinc Thuanus eum a moderatione laudat, & de tollenda ex Eccleſia fiſſura ſemper cogitaſſe ait. Quod ſtudium inprimis declaraſſe legitur in Colloquio Poſſiacenſi, quam in rem legatur Ant. de la Faye in vita Bezæ. Conf. de meritis Espencæi *Sammarthani* Elogia, *Teiſſerii* Elogia Thuanea Tomo I. p. 356. & Tomo III. p. 208. In Epitaphio marmoreo, quod Pariſ. in æde Coſmæ ac Damiani videas, appellatur *Nobiliſſimus, piiſſimus, omnique diſciplinarum genere cumulatiſſimus, Theologorum ſui ſeculi facile princeps.*

Ad. p. 46. v. 26.

De illa controverſia, quæ *Io. Fero* mota eſt a ſuæ fidei Theologis, diximus ſupra plura, ex quibus patebit, Dominicum Sotum eum eſſe, quem contra Ferum ſcripſiſſe his adfirmat Caſaubonus. Adde iſtis, quod *Boineburgio* in excerptis epiſtolarum, quæ Cl. Struvius edidit Tomo III. Actorum ex MSS. erutorum p. 41. *Vir moderatus* audiat, & magnam partem Concilii Mogunt. compoſuiſſe dicatur.

Ad

Ad p. 47. v. 6.

De *Joodci Harchii* ſcripto Theologico vid. *Swertii* Athenas Belgicas p. 493.

Ib. v. 20.

Bezæ Diallacticon eſt ille ipſe liber quem Iodoco Harchio oppoſuit quod monendum hic fuit, quia vidi, per typographi errorẽ hunc Bezæ librum ſigno diſtinctionis ita ab Harchiano eſſe ſeparatum ut Lectori aliò pertinere poſſit videri.

Ib. v. 25.

Andr. Oſiandri Harmonia 4. Evangeliſtarum recuſa eſt eleganter Pariſ. 1545. 12mo. ex officina Rob. Stephani, quam raram & elegantiſſimam editionem vocat *Crenius Parte V. Animadverſionum* p. 217. Singulare eſt & proprium ferę Oſiandro inſtitutum, quod in hac Harmonia perſequitur, oſtenſurus ſcilicet, ſeriem rerum a Chriſto geſtarum a ſingulis Evangeliſtis obſervato temporis ordine deſcriptam eſſe, nec quicquam, quod plerisque & tantum non omnibus inde a primis Chtiſtianismi temporibus viſum eſt, alieno loco poſitum, cujus ſententiæ rationes in addito Commentario explicat. Probavit ſe conſilium Oſiandri *Pet. Molinæo* in Collatione & Vnione quatuor Evangeliſtarum Pariſ. 1565. 4to edita & *Codomanno*, novisſime autem *Abrahamo Conet du Vivier* in Hiſtoria Evangelica ordine nativo repræſentata ſive Nova Harmonia quatuor Evangeliſtarum. Hagæ 1704. 4to. Ex noſtratibus eam rationem non ſecu-

ſecutus quidem eſt, ſed non improbavit tamen *Chemnitius* in *prolegom.* ad Harmoniam IV. Evangeliſtarum; poſt hunc autem *Calovius*, *Sandhagenius* Slesvicenſium quondam ſacrorum Antiſtes & D. *Dornkrellius* editis ſcriptis eandem methodum & ornarunt & provexerunt, quorum etiam veſtigiis Theologus præclarus DN. *Steph. Iebſenius*, Flensburgenſium Paſtor meritiſſimus, Fautor Optimus, in ſua Evangeliſtarũ Harmonia, ſingulari Mnemonico artificio adornata, inſiſtit. Aliis tamen e recentioribus hæc Evangeliſtas conciliandi & uniendi ratio non viſa eſt optima quam in rem vide quæ dixit V. C. *Io. Clericus* in ſua Evangeliſtarum Harmonia & *Iac. Bernardus* in *Novis Reipubl. Literar.* 1705. menſe Octobri p. 447. ſq. ubi contra methodum Vivierii ſupra laudati diſputat. Nuper quoque *Nic. Toinardus* in Harmonia Evangeliorum Græco Lat. Pariſ. 1707. fol. edita ita de Evangeliſtis ſtatuit, ut in præcipuis & majoris momenti rebus ac factis Chriſti recenſendis temporum ordinem a ſingulis obſervatum exiſtimet, ſed vel ſic tamen aliarum rerum mentio in illius Narrationis corpore fieri ipſi videtur, quæ diverſis temporibus contigerint.

Ib. v. 30.

De *Rob. Wackefeldo* vid. Anton. a *Wood* Scriptorem incredibilis diligentiæ & ἀκριβείας in *Athenis Oxon.* Tomo I. p. 39. ſq. & *Car. Ioſeph. Imbonatum* p. 230. Biblioth. Latino Hebraicæ. De ipſo hoc crimine corrupti Sacri Codicis Judæis

dæis ab aliis intentato, ab aliis expuncto dixi alibi fusius, & quidem in notis ad Historiam meam Lexicorum Hebraicorum.

Ad Excerpta ex Tomo α. Adverſ.

Ad p. 49. v. 13.

De confuſa illa vocalium Græcarum pronunciatione ex veterum monumentis varia exempla attulerunt illi, quos ſupra de genuina Gr. L. pronunciatione commentatos eſſe dixi.

Ad p. 51. v. 1.

Hæc cauſa de *notitia Americæ* apud veteres a variis Viris eruditis diſputata eſt. Vid. *Voſſium de Scientiis Mathemat*. c. XLII. §. 10. *Eraſmum Schmidium* ſingulari diſſert. de America Pindaro ejus ſubjuncta, & *Berneggerum Quæſt. Miſcell. in Tacitum* Qv. 188. Ex recentioribus V. C. *Jacobus Perizonius*, elegantiorum inprimis literarum Stator egregius. in exquiſitis ad Aeliani Varias Hiſtorias notis lib. III. c. 18. affirmantem ſententiam defendit. *Nullus*, inquiens, *dubito, quin veteres aliquid crediderint vel ſciverint ſed quaſi per nebulam & caliginem de America, partim ex antiqua traditione ab Ægyptiis vel Carthaginienſibus accepta, partim ex ratiocinationibus de forma orbis terrarum* &c. Aſſertioni huic ſuæ Vir præſtantiſſimus fidem facit allatis veterum locis. Viciſſim *Steph. Clerico* in Quæſtionibus Sacris a Io. Clerico editis Qv. VII. negans ſententia viſa eſt probabilior. Adde de hoc argumento V. C. *Franc. Paullini* lib. vernaculo, quem inſcripſit *Delicias, quibus tempus cum fructu falli poſſit* obſ. 21. qui in *Deliciis Philoſophic.*

losophic, Part. I. c. 37. idem de insula Ophir cum Casaubono sentit, quæ quid sit frustra, quamdiu literæ vivent, quæsitum iri contendit *Scaliger in epistolis* p. 505. Confer de ea *Artopæi* Philologema Historicum de Termino Navigationis Ophiricæ institutæ a Salomone, & inprimis V. C. *Adr. Relandi* Dissert. Miscellan. Part. I. diss. IV. ut *Martini Lipenii* librum singularem omittam.

Ad p. 52. v. 8.

In hunc quidem locum, in quem varia rerum actionumque vel specie vel artificio ac solertia admirationem moventium exempla Casaub. congessit, multa dici possent, si ratio instituti permitteret, nec singulari potius commentatione complectenda aliquando viderentur. De præstantioribus tamen capitibus quo minus quædam dicam, nihil prohibet. De præstigiatorum aut Circulatorum fraudibus exponit *Fr. Redi* in Experimentis Naturalibus p. 19. 20. & 34. Illustris etiam est *Menagii* locus p. 444. *Amœnitatum Juris Civilis : Obiter, inquit, hic observamus, Circulatorem quendam visum olim nobis Lutetiæ, qui similiter aquam, vinum & liquores alios cum spectatorum admiratione ore fundebat.* Pertinet huc etiam, quod ex *Magni Pegelii*, Helmstad. quondam Professoris, *Thesauro rerum selectarum, magnarum, dignarum, utilium, svavium pro generis humani salute oblato* p. 125. refert *Morhofius* lib. I. Polyhist. c. 3. p. 20. *Ibidem*, inquit, *de ratione, qua ex vase uno liquores quotcunque diversi effundantur, habetur, ita,*

ita, ut quivis inde vinum, nunc rubrum nunc candidum, nunc aquam, nunc aliud atq; aliud liquoris quodcunque velit genus, imo calidos & ferventes, si velit liquores depromat. Cui vero, pergit Morhofius, *non idem hoc artificium videbitur? quo aliquis ore evomere varii generis liquores potest, quod a circumforaneis quibusdam ante annos non ita multos, cum maxima omnium admiratione factum fuit.*

Ib. v. 21.

Ponderis elatio: ante annos non admodum multos memini me videre Virum robustis lateribus, gente Anglum, & qui *Simsonis Anglicani* nomine veniebat. Hic incredibile pondus humeris nullo, ut videbatur, fere labore tollere in altum didicerat, nec a duobus equis, scutica adactis, ab eo, in quo supinus jacebat loco, plantis pedum fulcris duobus applicatis, dimoveri aut erigi in altum poterat. Jam quidem ars & solertia hominum ea invenit instrumenta, quibus adhibitis maximi ponderis res vel minimo nisu tolli & moveri loco possint. Vide *Paschii* τ͂ μακαρίτου commentar. de *Inventis Novantiquis* c. VII. §. 45.

Ad p. 53. v. 20.

Volatum per aërem multi Patrum memoria tentarunt sed infeliciter. Sic *Io. Bapt. Dantes* alas sibi ita adaptasse legitur, ut sæpe lacum Thrasimenem transvolaret, cujus rei periculum cum aliquando in magna hominum frequentia facere vellet, delapsus ex aëre coxam fregit, Dædali ideo cognomine auctus. Vide

R 2 Ol-

Oldoini Athenæum Auguſtum p. 168. De aliorum conatibus volandi artem demonſtrandi videatur omnino *Morhofius* Polyhiſt. Tomo II. p. 309. 510. 406. Adde Cl. *Reyheri* Prof. Kilon. in diſſert. de Aëre & *Paſchium* de Inventis Nou-antiquis c. VII. §. 27. qui & §. 29. p. 640. de curru velifero, *Archytæ Tarentini* columba volante, muſca item ferrea ac aquila, quæ Norimbergæ volaſſe dicuntur, *Dædali* quoque & *Simonis Magi* volatu commentatur. De *Archytæ* artificio legatur ex veteribus *Gellius* X. 12. Noct. Attic. & *Vitruv.* IX. 3. ex recentioribus *I. A. Schmidius*, Helmſtadienſium Theologus celeberrimus diſſ. *de Archyta Tarentino* Ienæ habita 1683. qui eodem anno de *Dædalo Mechanico* alia Diſſert. commentatus eſt. De ſimulacris *αὐτοκινήτοις* a Dædalo fabricatis refert *Themiſtius*, *Ariſtotelis* Interpres & ex eo aliisque *Ioſ. Scaliger* ad Euſeb. p. 45. Adde Cl. & amiciſſimum *Kuſterum*, Virum *κριτικώτατον* in notis ad Suidam Tomo I. p. 514. Ægyptios olim Deorum ſimulacra ita effinxiſſe, ut articulatam ederent vocem & progrederentur quoque, obſervat *Rhodiginus* in Antiqv. Lectionib. lib. II. c. 17. De muſca ferrea & aquila lignea a *Io. Regiomontano* ita fabricata, ut Maximiliano I. Noribergam venienti obviam ire potuerit, exponunt *Gaſſendus* in vita ejus quæ legitur *Tomo* V. Opp. p. 522. *Voſſius* de Scientiis Mathematicis c. 22. §. 8. & *Pet. Ramus* in præf. ad lib. II. Scholarum Mathemat. Sic de *Alberto Magno* traditur, quod

fictile

fictile vel secundum alios æneum caput articulis vocibus emittendis idoneum formarit, vel hoc nomine ab aliis Magiæ postulatus. Vide *Io. Bapt. Portam* lib. XVI. c. 12. & lib. XIX. c. 1. Magiæ Natur. *Naudæum* in Apologia pro Magiæ accusatis p. 523. & *Balium* Tomo I. Dictionar. p. 138. not. Memini quoque me dissertationem de capite Mechanico loquente legere in *Mercurio eleganti* (Mercure Galant) 1687. Mart. p. 213. Referri huc debent admirandæ structuræ Mechanicæ & his prorsus similes Viri, dum viveret, solertissimi ingenii, *Io. Val. Merbitzii*, de quibus refert Cl. *Feustelius* in *Schediasmate* ad Venerandum D. Pippingium. Conf. Acta Eruditorum An. 1708. p. 183.

Ib. v. 21.

De magico *Simonis* volatu, forte non præter rationem in dubium vocando videatur *Vener.* D. *Ittigius*, in præstantissima *Dissert de Hæresiarchis* Sect. I. c. 2. §. 8.

Ad p. 55. v. 15.

Exempla eorum qui ignem sine noxa vel manibus tractarunt, vel ore comederunt, affert *Georg. Casp. Kirchmayerus*, Wittebergensis, dum viveret, Professor, ep. IX. p. 114. 115. Sic & *Th. Hyde* in erudito opere *de religione veterum Persarum* c. XXIV. p. 315. testatur, visum sibi Circulatorem, prunas ignitas edentem, ore frigido ac illæso, eundemque professum, os sibi oleo vermium præparatum huic negotio fuisse, sine quo tamen adhibito idem præstare

potuerit. Aug. Busbequius ep. 4. p. 330. ed. Amst. 1660. refert visum sibi monachum Turcicum, qui *ferrum ignitum & ita fervefactum ut a candente carbone nihil differret, in os inseruerit & omnem in partem aliquandiu versarit, non sine saliva stridore* Idem p. 332. refert, *se in foro Veneto vidisse circulatorem plumbum igne liquefactum contrectare eoque sine offensa tanquam manus lavare.* Audivit etiam Turcam testantem, *Cœnobiarcham suum excoriato exenteratoque verveci nudum alligari solitum, ut priores pedes brachiis, posteriores pedibus ejus aptarentur: ita conjectum in ferventem furnum manere, donec percocto vervece ut jucunde edi posset illæsus ipse promi se juberet.* Inter Prophetas illos Cevennenses, qui adhuc in Anglia turbas dant, fuit *Clarisius* quidam, qui in rogo quem strui jusserat, constitutus nullam ignis vim sensit, quod eo quoque libro, qui contra Prophetas illos, quos vocant, scriptus est, & sub titulo *Nouveaux Memoires pour servir à l' histoire des trois Camisars.* Lond. 1708. 8. prodiit, confirmatur.

Ad p. 55. v. 21.

De Animalibus solertiæ plusquam humanæ specimina edentibus varia leguntur in eleganti libello *Rorarii* de eo, quod Animalia bruta rectius homine ratione sua utantur.

Ad exempla diligentiæ mirabilis & fere minutæ multa pertinentia referuntur ab elegantissimo *Colomesio* in Opusculis c. XXXIII. p. 305. sq. ed. Hamburg. *Ierem. Drexelio* Part. III. Au-

rifod.

rifod. c. VII. p. 249. *Marsilio Cognato* Observatt. Variarum III. 17. *Scheffero* & *Kuhnio* ad Ælian. Var. Histor. lib. I. c. 17. item Interpretibus Plinii II. 21. & XXXVI. 5. Paschio l. c. c. VII. p. 710. & quem primo loco nominare debebam, Viro & doctrina & dignitate vere Illustri *Ezech. Spanhemio* de præstantia & usu Numismatum p. 33. ed. Amstelod. 4to. Singulare ejusmodi diligentiæ & artificii exemplum recitatur in vita Caroli I. gall. 1665. edita, ubi legas, artificem quendam Reginæ Elisabethæ chartæ particulam obtulisse illius magnitudinis, quæ teruncii magnitudinem æquaret, Decalogum, Symbolum Apostolicum & Reginæ nomen cum anni die exhibentem, quæ singula ut legere & discernere Regina posset, idem par conspicillorum huic negotio idoneum subministravit. Vide Ephemerides Paris. 1665. p. 81.

Ceterum alia ejusmodi θαυματοποιίας genera dabunt Scriptores qui peculiaribus scriptis *Delicias Physicas & Mathematicas* sectati ac complexi sunt, vel etiam de *Magia Naturali* quicquam scripserunt. Sic exstant *Dan. Schwenteri* Deliciæ Physico-Mathemat. Norimb. 1651. 4. 3. partibus editæ, ut de aliis non dicam. Inprimis autem usu hic venient, *J. B. Portæ*, *Casp. Schotti*, *Athanasii Kircheri* & *Magni Pegelii*, scripta.

Ad. p. 56. v. 15.

De hoc argumento, quod ad exprimendam verbis propriis vocem singulorum animalium pertinet, a se tractato Casaubonus noster mentio-

tionem facit in notis ad *Ael. Spartianum* p. 425. ed. Schrevelii dicens: *illustravimus hunc locum in diatriba, quam scripsimus de vocibus animalium.* Nescio, utrum Vir præstantissimus ad hunc, quem hic suppedito, apparatum in quo loci Spartiani meminit an absolutam de eodem argumento dissertationem, quam tamen inter MSS. ejus non inveni, respiciat. Cl. *Fabricius Bibl. Gr. lib.* II. c. 11. p. 446. eam diatriben intercidisse dolens varios de eodem doctrinæ genere Scriptores adducit, quos pace Viri Optimi hic repetam: Conferri vult *Cæsarium* qu. 78. p. 218. Carmen de philomela, quod *Ovidio* tribuitur, *Joach. Camerarium* in Commentariis utriusque linguæ p. 148. *Jo. Textoris* Officinam p. 280. sq. *Andr. Schottum* lib. II. c. 51. Observatt. human. *Sam. Bochartum* in limine Hierozoici, *Jul. Cas. Bulengerum* de Venatione Circi c. 20. & *Frid. Hofmanni* Epigrammata p. 158. sq.

Ad p. 65. v. 15.

De loco 1. Tim. III. 16. confer omnino *Jo. Millii* N. T. summa industria & indefesso labore editum, cujus novam a Cl. Kustero editionem exspectamus. Socinianis locum hunc sollicitantibus egregie, ut nostrates taceam satisfecit Ed. Stillingfleetus, Vigorniensis olim Episcopus in libro Anglicano, quem inscripsit *Vindicias doctrinæ de SS. Trinitate* p. 156. 164. Adde *Coteler.* ad Tom. II. Monumentorum Ecclesiæ Gr. p. 665. & Pearson. Exposit. Symb. Apostol. & *Luc. Milbourne* Angli prolixum commentari-

um,

um, quem in hunc versum sub tit. *Mysteria religionis vindicata* anglicano sermone edidit Lond. 1692. 8. Millius quidem observat omnes Codices summo consensu vocem Θεὸς exhibere, præter *Claromontanun*, qui ὅ & *Colbertinum* qui ὅς legit manifesto negligentiæ ac interpolationis librariorum argumento, quod l. c. latius diductum videbis.

Ad. p, 66. v. 19.

De *versionibus S. Scripturæ* Ecclesiam veterem longe aliter judicasse, quam Pontificii hodie faciunt, nemo credo luculentius ac fusius demonstravit *Jac. Usserio* in elegantissimo libro de *Sacris & Scripturis Vernaculis*, ubi inde a primis Ecclesiæ originibus per omnia Sæcula ostendit, Ecclesiæ Doctores de eo laborasse, ut divinarum rerum notitiam per diligentem S. Scripturæ lectionem vernacula lingua instituendam in animos hominum insinuarent, quod fieri non solum licere sed etiam debere semper aliquos saltem eosque cordatiores iis inprimis Sæculis, quibus hæc veritas maxime obscurata erat, affirmasse idem demonstrat. Sic Anonymus quidam Gallus 1689. peculiari libro gallico, quem inscripsit *Defensionem Versionum S. Scripturæ* hanc causam contra ipsos fidei suæ socios egregie vindicavit, & adductis variis Doctorum Ecclesiæ Romanæ testimoniis ante motas a Luthero religionis controversias editis ostendit, præstantissimos quosque versionum usum & licitum & necessarium habuisse, a qui-

bus in omnia alia Doctores Parisienses abiisse queritur, ex quo Lutheri auspiciis ex S. Scriptura tot difficultates objectæ fuerint. His autem opponit *Perronium* & *Richelium* Cardinales, Clerum universum Gallicanum an. 1656. congregatum, quin ipsosmet Sorbonistas hodiernos. Confer *Acta Eruditorum* Lipſ. 1689. p. 178.

Ad p. 67. v. 3.

De hoc *Dan. Chamieri* libro, vid. *Balii* Dictionar. Historico-Critic. Tom. I. p. 890. ubi & de aliis ejus scriptis inprimis eximio opere, quod *Panstratiam Catholicam* dixit, commentatur. In hac Panstratia magnitudo & moles inprimis displicet *Rich. Simonio* in epistolis P. I. p. 212. ep. 30. Scaligero scripta ejus itidem se probârunt, qui in Scaligeranis p. 88. ita. *Chamierus de Oecumenico Pontifice & epistolas Jesuiticas edidit, bona opera!* Idem laudat Panstratiam ejus lib. III. epistolarum p. 445. De *Fr. Fevardentio* durum est Casauboni judicium; sed plerique adversarum partium eruditi istius ætatis non mitius de eo judicârunt. Sic *Dallæus* de pœna & Satisfact. p. 462. *Fevardentius*, inquit, *homo nomine suo dignissimus, quem cœci irarum, odiorum ac furiarum ignes sic exagitabant, ut raro apud se esset.* Conferatur de eo *Balius Tomo* II. *Dictionar.* p. 1245.

Ad p. 67. v. 10.

Quod ad quæstionem *de integritate Sacri Codicis* V. & N. T. attinet, Casaubonus quidem a turba plerorumque Criticorum, qui sua æque ac nostra ætate illam confidenter negant, abripi

ripi se passus est, ut & ipse de vitio contextui passim oblato non censeret dubitandum. Sed puritas fontium utriusque fœderis a nostris potissimum & Theologis & Philologis mascule & tanta alacritate ac studio vindicata est, ut Scriptorum de hoc argumento numerum inire vix liceat.

Ib. v. 23.

Dureti liber quem laudat, rarissimus est, quem nunquam ab aliis laudatum legi. De plantis, quæ sensum aliquem præ se ferre videntur, ampla fuit inter eruditos disputatio, quorum aliqui adducti sunt, ut plantis sensum vere competere & tribuendum esse dicerent. Quod forte minus mirum cuiquam videbitur, qui meminerit, quosdam ex veteribus Philosophos plantas omnes inter animalia numerasse, Pythagoram scilicet, Anaxagoram, Platonem & Democritum, quam in rem vide *Ægid. Menagium* p. 365. ad Laërt. VIII. 28. Ex recentioribus sensum plantis vindicare conati sunt *Th. Campanella* in libris de sensu rerum & *Jo. Veslingus*, cujus meminit *Fr. Rhedi* de Insectis p. 243. sq. qui quanquam varia argumenta pro hac sententia afferat, ipse tamen legenti mihi animo non prorsus confirmato aut certo ad eam accessisse visus est, cum & Lectori liberum de hac re faciat judicium. Ipse præter Philosophos supra laudatos affert Empedoclem tanquam illis ὁμόψηφον fide Aristotelis de plantis, Plotinum quoque, qui plantis sensum, sed somno

mnooppressum tribuerit, ac denique Manichæos, quos rationalem animam plantis vindicasse affirmat. *Abrahamus Echellensis* in Historia Arabum, libro rarissimo c. XIV. p. 221. exhibet *Proposita Arabum Philosophorum*, in quorum proposit. VII. hæc legas: *at forte plantæ etiam non carent reprehensione.* Illustris autem præ ceteris est herba, quam Arabes & Persæ *Sulve* Græci αἰσχυνομένην Latini *pudicam* appellant, quæ leviter tacta tangentis manui se subducit & folia contrahit. Vide de ea *Colomesium* in Observationibus Sacris p. 45. aut p. 603. ed. Hamb. & *Morhof.* Tom. II. Polyhist. p. 466. qui ex *Antonii Grandis* Historia Naturali p. 305. ex Mechanismo totum hoc phænomenon deducit. Celebratur in veterum scriptis aliud herbæ genus, nomine huic similis sed re multum ab ea diversæ, quam *Agnum Castum* appellant, de qua legatur *Belius Tomo* III. *Dictionarii* p. 2865. a. Multa sunt quæ in plantis mireris, de quibus forte alibi, sed hoc tamen præ ceteris attento examine dignum merito videretur, si verum foret, quod de earum signatura fertur a variis, speciatim *Athanas. Kirchero* in Oedipo Ægyptiaco passim, omnium autem plenissime ab *Oswaldo Crollio*, qui *Basilicæ suæ Chymicæ* peculiarem librum subjunxit, quo probare conatur, omnes herbas, flores & arbores aliaque e terra provenientia esse quasi libros & signa magica, per quorum cognitionem ad veram Medicinam tanquam ad signatum pervenire queamus.

Quam

Quam quidem ſententiam hoc principio niti ait, quod Deus unicuique plantæ ac corpori dederit ſignaturam membris humani corporis analogam. De hoc ejus Syſtemate fuſe exponitur *Tomo VI. obſervationum Selectarum ad rem literariam ſpectantium* Obſ. XXIV. ubi itidem vanitas ac futilitas ejusdem in ampla ſatis luce collocatur. De *anſeribus Scoticis* eorumque ex arboribus generatione probanda præ ceteris laboravit *Mich. Mayerus* libro ſingulari de volucri arborea 1619. 8. edito, cum alii eosdem potius &, me quidem judice rectius, ſervato naturæ ordine ex ovis natos crediderint. Sic V. C. *Chriſt. Franc. Paullini* in libro vernaculo, quem die zeitkürtzende erbauliche Luſt appellat, Obſ. 77. rem hanc ut credat perſuaderi minime omnium poteſt, & ibidem teſtimonia affert de oſtreis in arboribus prognatis. Sed hæc quidem ad alium potius locum pertinent.

Ad p. 68. v. 3.

Inſcriptionem illam magnificam legit Caſaubonus in *Chiliade Theſium Theologico-Philoſophicarum*, quas cum elogio hoc Thomas Maria *Caraffa* Pater Ignatianus, inſcripſit Pontifici, & Venetiis edidit. Res fuſius exponitur in Vita *Guil. Bedelli*, Epiſcopi olim in Hibernia Kilmorienſis, quæ Londini edita eſt 1685. 8. Digna ſunt notatu, quæ de tam turpi adulatione judicavit Vir prudentiſſimus, ideoque illa in gratiam Anglice neſcientium ex Actis Eruditorum Lipſ. 1686. p. 244. ubi vita Bedelli recen-

ſetur

ſetur, hic apponam. Ita autem verba habent: *Noſter* (Bedellus) *hac* (inſcriptione) *offenſus pro egregia qua pollebat animi præſentia, mox e primis dictæ Inſcriptionis verbis, ope literarum numeralium eruit numerum* Beſtiæ Apocalypticæ, *nempe DCLXVI. Id cum amico Sarpio communicaſſet, atque hic tanquam rem omine non carentem ad Ducem & Senatum pertuliſſet, tantum, prout facies iſtorum temporum erat, applauſum meruit, ut non ſolum ubivis per territorium Venetum ſuggeſta paſſim id perſonarent, ſed & idem rumor Italiam reliquam aliaque loca late pervagaretur: ad quem tanto cyus reprimendum Pontifex dicitur ubique per emiſſarios ſuos tum divulgaſſe,* Anti *Chriſtum nuper* Babylone *in lucem editum eſſe in tribu Dan, & jam in eo occupatum, ut, vaſto exercitu collecto, Chriſtianos debellaret, curandumque adeo horum Principibus eſſe, ut copias adverſus tantam invaſionem paratas haberent.* Non minus eleganter hanc in rem luſit Vir ex Anglorum gente ingenioſiſſimus ac feliciſſimus Poëta, Jac. Duportus, qui p. 391. Poëmatum annum Pauli V. emortualem, qui eſt 1621. per literas numerales eodem fere modo his ſcilicet verbis expreſſit: MortVVs eſt VIGe DeVs. Vide plura de hac Inſcriptione in *Laurentii Grotio Papizante* p. 20. ex quo eam ſed mutilam adduxit *Scherzerus ὁ μακαρίτης* in Syſtemate Theologico p. 851. Adde Vener. D. *Mayeri* diſſert. Anti Grotianam de eo: *num dogma Papiſtarum ſit, Pontificem Romanum eſſe Deum*, quam legere licet in calce commentarii ejus de Pontificis Romani electio-

electione. Recordor Æethiopes Æthiopiæ inferioris religioni suæ Antistiti, quem *Chitome* vel *Chitombe* appellant, eodem honoris titulo adulari *Deum in terra* nominantes, quod testatur Cavazzius in *Historica descriptione trium Regnorum Congo, Matamba & Angola* p. 75.

Ad p. 69. v. 4.

Plessæus ille, contra quem Perronius Cardinalis scripsit, est *Phil. Mornæus Plessiacus*, vario eruditionis genere instructus & multis scriptis adversus Pontificios editis clarus, inter quæ præcipua sunt *de Missa*, quod *præstantissimum* opus appellant Scaligerana p. 273. & alterum, quod inscripsit *Mysterium Iniquitatis*, quem librum huic Mornæo tribuere voluisse puto *Calovium*, Theologum præstantissimum p. 264. Isagog. Theologicæ, cum ei alterum de *Novitate Papatus* a Pet. Molinæo scriptum memoriæ vitio adscribit. Exstat ejusdem liber *de Veritate Relig. Christianæ*, de quo variorum judicia collegit Cl. *Grenius Parte* III. *Methodorum* n. 8. c. V. p. 350. & *Parte* VIII. *Animadversionum* c. III. p. 197. Cum *Perronio* ipsi aliquando disputatio de religionis capitibus, Rege præsente, intercessit, de qua refert Casaub. ep. 209. Scaligero hoc institutum non probavit, qui l. c. indignatur, eum coram Rege de religione disputasse. Nolo addere plura, cum hoc negotio optime defuncti sint *Paulus Colomesius* in Gallia Orient. p. 247. Ancillonius in Miscellaneis p. 241. sq. & alii. Hic notabo gravem, quales ibi multos agnoscas,

Im-

Imbonati errorem p. 209. Biblioth. Lat. Hebr. commissum, ubi *Philippi Monai* [ita etiam in Indice hoc nomen scriptum invenias] opus de Veritate Religionis Christianæ laudat, & statim commemorat *Phil. Mornai* e Plessiaca familia *Monitum ad Iudæos*, ignarus, quod & auctorem finxerit *Monai*, qui nullus unquam fuit, & diversis auctoribus libros tribuerit, qui ab uno eodemque fuerint profecti. Nam Mornæus utriusque tituli libros exaravit.

Ib. v. 15.

Inter illa Casauboni MSS. quæ præstantissimus apud Oxonienses thesaurus Bodlejanus asservat, multa reperiuntur, quæ ad illustrandam Polybii dictionem & historiam maxime faciunt, sed ita comparata, ut maxima industria nec vulgaris eruditio requiratur ab eo, qui ex hoc apparatu dignum Casaubono commentarium in Polybium, quem ipse moliebatur, conficere velit. Neque enim adhuc plura notarum ejus exstant, quam quæ ad librum I. referuntur. Interim & ipse Casaubonus amplioris commentarii spem fecit, & filius ejus *Mericus* in præfat. ad suas in Polybium notas aliquoties meminit Apparatus hanc in rem a Patre congesti. Adde ejusdem *Pietatem adversus Paterni nominis hostes*. Mihi quidem evolvere licuit tum *Indicem Polybianum*, tum *Curas Polybianas* tum, quas hoc loco commemoro, dissertatiunculas *de vocibus & phrasibus Polybii*. In Curis Polybianis ampla seges observationum exstat

exstat ad cognoscendam rem veterum Civilem inprimis autem Militarem pertinentium, sed ita plerumque congestarum, ut nullus fere observetur ordo, nonnulla subindicentur potius, quam edisserantur, raro etiam ipsa Auctorum afferantur loca, quibus utendum sibi putavit Vir præstantissimus, sed indicium tantum fiat, quo libro paginave reperiri possint. Ex quo facile patet, editionem illius Apparatus non sine maxima opera fieri posse, quam tamen ut aliquis susciperet eo magis optandum erat, quo certius non solum ex iis, quæ edita sunt, sed ex istis etiam Collectaneis & Observationibus perspicitur, neminem unquam Polybium Casaubono rectius intellexisse. Hinc non mirum eruditos præclare de ejus laboribus in Polybium susceptis judicasse, adeo quidem, *ut nonnulli putârint, non facile dici posse, Polybiumne Casaubonus, an Casaubonus Polybium verterit*, teste Illustri *Huetio*, idoneo judice, in elegantissimo libro de Claris Interpretibus p. 12. & 49. Quare etiam fuerunt, qui eum a rebus Theologicis & inprimis scribendis Anti-Baronianis Exercitationibus manus abstinuisse & in illustrandum Polybium aut profanos scriptores alios operam suam contulisse vellent. Sic Rob. Scheilderus in fragmento epistolæ, quod Colomes. Epistolis suis Selectis n. 17. inseruit, *absque dubio*, inquit, *melius famæ suæ & literis consuluisset, si tempus suum impendisset illustrando Polybio.* Sic Scaliger in Scaligeranis p. 83. *Casaubonus potest scribere in*

Polybium, & *quidem melius, quam respondere Baronio, qui omnia capit ex Centuriis*. Idem nuper se sentire professus est eruditissimus Parrhasianorum Scriptor *Jo. Clericus* Tomo I. p. 235. idemque deinde simili *Rich. Montacutii* judicio ex præfat. ejus ad Annales Ecclesiast. allato sententiæ suæ addidit *Tomo* II. *Biblioth. Selecta* p. 191. cum elegantissimus *Perizonius* in *Curtio* suo *Vindicato* de eruditione Casauboni Theologica & Sacra mitius judicandum censuisset. Ut autem dicam, quod ad rem nostram propius accedit ex illo Casauboniano Apparatu Speciminis loco edendas censui ejus de stilo Polybii notas, de quo singularem cōmentarium Merico dicitur molitus. Quanquam enim in epistola Dedicatoria Polybii & in ipsis notis in Polybium varia in eandem rem dixerit, multa tamen ibi neglecta attentus Lector hic observabit.

Ad p. 69. v. 21.

Quod Casaubonus de Suida monet, id recte observavit & variis in locis ostendit sagacissimus ejus editor *Lud. Kusterus*, qui etiam Polybio fragmentum quoddam, ab omnibus ejus editoribus neglectum restituit ex Svida Tomo I. p. 357. voce ἀςάθμητ☉. Et in eo quoque ratio constat Casaubono, quod in Polybio multas reperiri dicit voces, quas præ cæteris scriptoribus Græcis cum novo fœdere communes habeat. Quod ipsum cum jam alios, ac speciatim *Alex. Morum* in notis ad N. T. observasse scirem variis quoque exemplis de eo confir-

firmatus jam pridem cepi consilium, Polybianam dictionem cum Novo Instrumento contendendi ceu nuper optimo consilio & felicissimo successu M. *Georg. Raphelius* ex Xenophonte variis N. T. locis lucem eximiam affudit. Ceterum idem de Stylo Polybii jam monuerat Casaubonus in not. ad N. T. editis ad Matth. I. 19. ubi ita: *Voces sunt in N. T. quas vel non facile alibi vel nusquam frequentius quam apud Polybium reperias, cujusmodi sunt* εὐδοκεῖν, ἀθετεῖν, ἀντοφθαλμεῖν & φαντασία *in ea significatione, qua utitur Lucas in Actis: item* τὸ παραδειγματίζειν. Idem alibi passim in his notis ex Polybio suæ interpretationi fidem facit.

Ad p. 73. v. 9.

Polybii virtutes ac vitia, quæ vel ad dictionem vel ad ipsam rerum narrationem referuntur, alii etiam exposuerunt, e. g. *Bodinus* in Methodo legendi historias c. IV. *Degoreus Whear* in *Relectionibus Hiemalibus* p. 59. edit. Tubing. *Rapinus* in Observationibus super Historiam §. 28. p. 301. *Henr. Wottonus* in Commentario de veterum & recentiorum eruditione p. 40. sq. *Jo. Clericus* Tomo I. Parrhasianorum p. 154. Affectatæ autem excursiones & sæpius, quam par erat, occurrentes ac longius evagantes non minimum taxandi Polybii argumentum eruditis præbuerunt ac nominatim idoneo harum rerum judici *Jac. Perizonio* V. C. p. 43. Curtii Vindicati, & personato *Vignolio Marvillio* in Miscellaneis Historicis & Literariis gall. editis.

p. 43. Certe integer liber VI. digressionis nomen tuetur atque illius quidem, in qua elaboranda omnes ingenii industriæque ac doctrinæ nervos intendisse Auctor videtur. Compositorum nominum, in Polybio obviorum copiam data opera collegerat Casaubonus aliquot pagellis, quas ipse quoque descripsi & alia occasione suppeditabo.

Ib. v. 24.

De Liviana dictione & ratione scribendæ historiæ alii quoque non proletaria opera dixerunt, inter quos inprimis numero *Morhofium* de Patavinitate Livii, quo libro Historico elegantissimo temere & immerito vitium hoc exprobrari ostendit, cum quo consentientem confer *Schurzfleischium* τὸν μακαρίτην p. 509. & 929. Epistolarum, cujus Viri fatis amplissimos in Livium commentarios, quorum spem jam pridem fecerat, interceptos esse dolemus eo magis quo præstantiora insignis Viri eruditio & in hoc inprimis literarum genere doctrina sperare nos jubebat. De aliis quæ huc pertinent, scriptis Cl. *Fabricius* familiari sibi diligentia exponit in Biblioth. Lat. Superstitionem & credulitatem Livio quidam exprobrarunt, a qua eum nuper admodum vindicare conatus est *Tolandus*, peculiari scripto quod Adeisidæmonem dixit Hag. Comit. 1708. Sed ita quidem Scriptor, religionis nomine jam pridem suspectus, hac opera defunctus est, ut parum absit, quin in eorum numerum Livium referat,

rat, qui nihil prorſus eorum animo concipiunt de religione, quod ore ac verbis profitentur.

Ad Annotationes in loca S. Scripturæ.

Ad p. 74. l. 24.

Pontificios hic non invenire, quod quærunt, Purgatorii fulcimentum, jampridem oſtenſum eſt ab eruditis, idque inprimis *Marcus Epheſius* in Oratione, Salmaſii libro de Primatu Papæ addita, evincit, de quo vide *Colomeſii Obſervat. Sac.* p. 41. ſq. ed. Hamb. p. 602. Quod ad vocem πῦρ attinet, quæ ſpeciem hujus rei habet, ea optime mihi explicari poſſe videtur ex voce πύρωσις, quæ exſtat 1. Pet. IV. 12. qua ignitam quaſi tentationem innui patet: ignem enim calamitatis ſymbolum Hebræis, Græcis ac Latinis Scriptoribus ſemper fuiſſe qui dubitet, is vel *Doughtejum* in Analectis V. T. Exc. 142. conſulat. Sic memini etjam exponere *Nortonum Knatchbullum* in Annotation. Suis ad N. T. p. 152. ut noſtrates taceam. Neque tamen improbanda aut aliena prorſus eſt *Alex. Mori* in not. ad N. T. p. 155. ſq. hujus loci explicatio, qui pro formula juridica hanc loquendi rationem habet, atque ita accipit, ut notet, aegre hominem abſolutum iri, atque adeo ex judicio tanquam ex incendio effugiturum, quo quidem ſenſu φρέαρ hanc Græcis æque ac Latinis in jure receptam fuiſſe ibidem oſtendit.

Ad p.75. v. 14.

Hebr. XII. 1. Vocem εὐπερίστατος fusissime omnium exponit ex nostratibus *Erasmus Schmidius* Vir Ἑλληνικώτατος, ex Anglis *Gatakerus* egregie c. 3. Adversariorum. Singularis *Alex. Mori* est interpretatio qui accipit pro eo, *quod facile frangi & repelli potest.*

Ib. v. 21.

Luc. XIV. 18. *Jo. Drusius* subintelligi vult in formula ἀπὸ μιᾶς vel βουλῆς vel γνώμης vel ψυχῆς. *Priceus* ad h. l. mavult φωνῆς idque satis adstruit, & consentientem sibi habet *Lamb. Bos* V.C. & Academiæ Franequeranæ decus eximium in eleganti diatriba de Mysteriis Ellipseos Gr. L. p. 143. qui p. 162. monet intelligi quoque posse ψήφου: vel ψυχῆς vid. p. 165. Quam Casaubonus hic ellipsin statuit, eam vereor ut quis probet.

Ib. v. 29.

1. Cor. II. 4. Evolvi Bonav. Vulcanii locum, qui in notis ad Cyrilli Tract. *de Incarnatione Unigeniti* & quidem ad p. 24. v. 10. auctoritate Patrum quorundam Origenis scilicet Eusebii Basilii & Gregor. Nazianzeni innixus ac præterea receptam lectionem analogiæ Græcæ Linguæ adversam judicans legere mavult ἐν πειθοῖ h.e. in *suadela sive demonstratione dialectica.* Binæ autem, quæ sequuntur voces, σοφίας λόγοι ipsi ex margine, in quam glossematis instar fuerant rejectæ, in contextum irrepsisse, vel saltem a Paulo explicationis ergo adjectæ videntur.

tur. *Eusebium* lib. I. Præparat. Evangel. legere ἐν πειθοῖ præter Vulcanium Beza & Grotius notarunt, *Erasmo Schmidio* nostrate non dubitante hanc lectionem esse veram, quia πειθὸς pro πιθανὸς in nullo Græcorum Scriptorum legatur quod quidem ampliorem disquisitionem postulat. Millius quidem ad h. l. in diversis MSS. Patrum & versionibus quoque ejusdem lectionis vestigia invenit. Totum hunc versum eleganti dissertat. exposuit Cl. *Raphelius* Rostoch. 1702.

Ad p. 76. v. 17.

Judith. XIV. 13. Confer omnino *Sam. Bochartum Parte* I. *Hierozoici* p. 1092. qui eandem, quam Casaubonus, lectionem approbat, & χελωνίδα ostendit esse *conclave aliquod camerati & testudinei operis.* Dignus omnino locus est, qui legatur.

Ib. v. 26.

Judic. XI. 39. Vtrum Iephtha filiam immolari an perpetuæ virginitatis votum facere jusserit, singulari libro disputavit Vir Doctus *Io. Iac. Schudt* quem de Voto Fato & facto Iepthæ inscripsit. Ipse immolatam esse negat, & allatis egregiis argumentis variorum secum sentientium testimonia affert p. 152. & 358. sq. c. XXVII quanquam non ignoret, multos eosque eruditissimos sibi adversari, quos recenset p. 362. sq. Cum Schudtio ex recentioribus facit etiam *Gussetus* in Commentario de Lingua Hebraica p. 906. b. rationibus pro sententia hac ad-

ductis, & Anonymus Gallus in libro gallico Amſtelod. 1707. 12. edito, quo continetur Examen LXX. hebdomadum Danielis & diſſ. de Voto Iephthæ &c.

Ad p. 77. v. 17.

2. *Cor.* XII. 2. Affertur hic *Anaſtaſii Sinaitæ* locus ex opere ejus, quod inſcripſit *Contemplationes Anagogicas in Hexaëmeron*, libris ſive ſermonibus 12. comprehenſo, quorum XI. priores tantum latine exſtant in Bibliotheca Patrum, duodecimo eruditorum quorundam judicio propterea omiſſo, quod nonnulla contineret doctrinæ de Transſubſtantiatione oppido adverſa. Hunc igitur librum XII. *Pet. Allixius*, Vir doctiſſimus & Eccleſiæ Sarumenſis in Anglia hoc tempore Theſaurarius cum verſione Lat. ex Io. Dallæi Bibliotheca edidit Lond. 1682. 4to cum eleganti & lectu digna *expoſtulatione de S. Ioannis Chryſoſtomi epiſt. ad Cæſar. Monachum a Pariſienſ. Theologis non ita pridem ſuppreſſa*. Integri operis græce edendi ſpem fecit V. C. *I. E. Grabe* de antiquitatibus Sacris & Eccleſiaſticis meritisſimus p. 245. notarum ad *Tom.* I. *Spicilegii Patrum* Sec. II. qui & ipſe quædam ejus loca in eodem Volumine exhibet. Quod ad præſentem locum attinet pro τὸν ἀνώτατων οὐρανῶν putem legendum τὸν ἀνωτάτω vel τὸν ἀνώτατον οὐρανόν. Vtraque enim adjectivi & adverbii forma vocem hanc uſurpari oſtendit *Kubnius* ad Ælian. II. 42. Var. Hiſtor. adde elegantisſimum *Perizonium* ad eundem locum. In eodem

dem loco pro *εὑρήσει* ſenſus poſtulare mihi videtur *εὑρήσεις*.

Ad p. 78. v. 9.

Ex eo quod Anaſtaſius hic Judæorum gentem *ἀντίχριστον* vocat, nequaquam effici poteſt, eum Judaicam nationem pro AntiChriſto ſtricte ſic dicto, de quo tam multa tabulæ Novi Inſtrumenti, habuiſſe, quam ſententiam nuper ornare omni ſed vano conatu anniſus eſt inter Germanos Vir alias doctiſſimus peculiari diſſertatione Gallica, cujus nervos peculiari diſſertatione egregie, &, ut ſolet, erudite incidit Theologus de puriore Eccleſia immortaliter meritus *Val. Ern. Loeſcherus*.

Ibid. v. 12.

Gen. II. 26. Fuerunt & alii, qui præter rationem binas illas voces, *ſecundum imaginem & ſimilitudinem noſtram*, quæ recte idem denotare dicuntur, ad diverſa deſignanda traxerunt, de quibus vide *Petavii* Dogmata Theologica Tom. III. lib. II. c. 2. de ſex dierum opificio. Per Philoſophum, quem Moſaicam phraſin in ſuos uſus transtuliſſe ait *Anaſtaſius* ſine dubio innuit *Pythagoram* vel *Platonem*, quem utrumque *ὁμοίωσιν τῷ Θεῷ* Philoſophiæ finem ſtatuiſſe conſtat. Vide vel *Schefferum* de Pythagorica Philoſophia. Adde *Lipſii* Manuduct. Stoicam lib. II. diſſ. XII.

Ad p. 78. v. 20.

Verba Petri &c.) Memoria hic fefellit Caſaubonum, qui procul dubio reſpexit ad Hebr. V.

7. εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας. Præſtat autem hic acquieſcere in interpretatione *Wolfg. Franzii*, Theologi eximii, qui in aureo Tractatu de Interpret. Scripturæ S. Oraculo 38. hæc verba vertit *liberatus eſt a metu ſc. mortis*, cum quo facit *Eraſmus Schmid.* not. ad h. l. Eandem verſionem adſtruit *Steph. le Moyne* p. 396. ad Var. Sacra & *Nortonus Knatchbullus* p. 266. notarum, qui vertit, *ſic exauditus ut liberaretur a metu.*

Ad p. 78. v. 29.

Aldegondii nomen ita in ſcriptis ejus exprimi videas: *Philippe de Marnix Seigneur du Mont Sainte Aldegonde.* Summam hujus Viri eamque omne doctrinæ genus pervagatam eruditionem certatim laudarunt Viri docti, ex quibus conſulere inprimis juvabit *Meurſium* in Athenis Batavis p. 179. *Valer. Andream* in Biblioth. Belgic. p. 490. *Melchiorem Adami* in Vitis JCtorum *Scaligerum* in Scaligeranis p. 256. ac *Pet. Balium* in Dictionario Tom. III. p. 2044. ſq. qui tantum ei tribuit ut p. 2049. hoc eum elogio dignum cenſeat, quod latine ita efferas: *magno fervebat religionis Zelo, magno erat ingenio, magna doctrina: probe tenebat Iuris æque ac Civilem ſcientiam, Theologiam item, ut & Linguas Hebraicam, Græcam & Latinam* Quod ad interpretationes has locorum Scripturæ attinet, eæ quo plus ingenii eo minorem veri ſpeciem præ ſe ferre mihi videntur, quod paſſim in ſcriptis hujus Viri deſideres. Sic nemo temere ſe perſvadere patietur, ut credat, Paulum Actorum XXIII. 5.

iro-

ironice esse locutum, quæ Marnixii est sententia in præfat. ad librum gallicum, quem *Tableau des differens de la religion* inscripsit.

Ad p. 79. v. 17.

Hebr. IV. 13. Non longe abit a Casauboni interpretatione Vir Illustris *Gisbertus Cuperus*, qui lib. I. Variarum Observat. c. 12. suspicatur, forte metaphoram ductam a sacrificandi ritu, quo superis sacra facientes *ἀνέστρεφον τὸν τράχηλον*. Idem tamen eodem loco non parum favet illis, qui cum Pet. Fabro lib. I. Agonisticon. c. 2. isto verbo putant alludi ad luctatores, qui adversarii collum torquentes resupinant. Cl. *Perizonius* in notis ad Æliani Var. Histor. XII. 58. *resupinata*, inquit, *dicuntur, quæ omnium oculis sunt exposita, quia quorum faciem volebant visendam dare aliis, eorum capita resupinabant in cervicem. Vide Plinii Panegyric. 34. Svetonii Vitellium 17.*

Ib. v. ult.

Obadia 18. De voce illa πυρφόρος & ipso hoc proverbio confer Suidam voce πυρφόρος & *Pollucis* Onomasticon lib. I. c. 1. n. 31. Erant autem illi igniferi, qui incensis facibus acies præibant, quibus utrinque conjectis manus conferebant milites, Id quod exponit Euripidis Scholiastes ad Phoenissas quem locum cum innuere videatur Casaubonus, hic adscribam. Ἐχρῶντο, ait, κατὰ τὸ παλαιὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀντὶ σαλπιγκτῶν πυρφόροις. οὗτοι δὲ ἱεροὶ ἦσαν Ἄρεως, ἑκατέρας στρατιᾶς προηγούμενοι μετὰ λαμπάδος, ἣν ἀφιέντες εἰς τὸ μεταίχμιον ἀνεχώρουν

ῥουν ἀκίνδυνοι, καὶ ὅτως συνέβαλλον αἱ στρατιαί. Adde Æſchylum in Theb. v. 438. & confer elegantes *Th. Stanleii* notas, cujus amplos in illum Tragicum commentarios aliquot in folio voluminibus Reverendus Elienſium Epiſcopus *Io. Morus*, literarum ut gnariſſimus ita Fautor literatorum ſingularis in Bibliotheca inſtructiſſima aſſervat. Confer etiam *Cæl. Rhodiginum* VIII. 2. *Antiqv. Lectionum* & *Iac. Lydium* de re militari lib. IV. c. 2. p. 152. ſq. Dicebantur etiam πυρφόροι ὀϊςοὶ ſive ſagittæ ignitæ, quas Græci alias vocabant πυρόϐολα πυρφόρα i. e. incendiaria tela, inſtrumenta, ſagittæ, quibus utebantur obſeſſi ad oppugnatorum ſcuta aliasque machinas exurendas, de quibus videatur omnino Illuſtris *Spanhemius*, quem recte omnigenæ eruditionis promtuarium dixeris, p. 193. ad Julianum.

Ad p. 82. v. 24.

2. *Cor.* XII. 7. Simili ratione V. C. *Lamb. Bos* illum σκόλοπα Pauli interpretatur in *Obſervatt. Criticis* p. 104. ubi ait: *per σκόλοπα haud dubie intelligitur grande aliquod malum, ab improbo Viro Paulo illatum, ſive potius ineptus aliquis homo, gravis Pauli adverſarius.* Alex. Morus per *crucem* vertendum hanc vocem multis adſtruit in not. ad h. l. miratus, nemini id in mentem veniſſe. Conferatur erudititiſſimus D. *Wedelius* Exerc. Medico-Philol. Exerc. V. & ſingularis *Vechneri* tractatus de Palo Pauli, item *Io. Marckius* Exerc. Bibl. XLII.

Ib.

Ib. v. ult.

Matth. XVI. 18. De hoc versu vide omnino *Casauboni* Exercit. xv. Anti-Baronianam, ubi singulari diligentia totam hanc rem persequitur, quam hic significationem vox *petra* habeat & quo sensu ea Petro tribui possit, quidque Patres de eo statuerint. Certe non omnes Patres de Petro hoc Christi oraculum accepisse manifestum est ex Cyrilli loco in Micham, qui Christum ipsum petræ nomine intelligit. Vid. *Iunium* ad Clementis ep. I. §. 5. Sic *M. Anton. de Dominis* lib. I. c. 6. de Republ. Ecclesiast. ostendit Patribus plerisque vel Christum vel Petri de Christo confessionem per petram denotatam videri. De prærogativa, quæ vel tribui possit Petro vel tribui soleat, multa habet idem Casaubonus Exerc. XIII. n. 32. p. 212. sq. Quæ Anastasii Sinàitæ de hac re fuerit sententia, poterit quodammodo colligi ex hoc Serm. IV. loco, quem ex Casaubonianis Excerptis transscripsi. Εἰσί τινες, inquit, τέλειοι, οἵτινες καὶ ὑπέρλαμπροι ἔχουσι τάξεις διδασκάλων καὶ Ἀρχιερέων, ἐπέχοντες τῶν λεγόντων· Ἰδοὺ ἐγὼ καὶ τὰ παιδία, ἅ μοι ἔδωκεν ὁ Θεὸς, οἷος ἦν καὶ ὁ Παῦλος πρώτιστος ὢν καὶ μέγιστος ἀστὴρ ὑπὲρ ἅπαντας. Idem tamen eodem in loco Petrum vocat πρωτόθρονον, ac de Petro & Johanne loquens ait: ἥ ἐστιν οὗτος ὁ ἱεροδρόμος Ἰωάννης ὁ μείζων πάντων τῶν ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. ὡσαύτως καὶ Πέτρος ἐκεῖνος ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν ἱερῶν Ἀποστόλων ἀκρότης. Et alibi de Petro & Paulo locum Hebr.

Hebr. II. 5. οὐ γὰρ ἀγγέλοις ὑπέταξεν ὁ Θεος τὴν οἰκουμένην τὴν μέλλουσαν, περὶ ἧς λαλοῦμεν, exponens ait: οἰκουμένην τὴν Εκκλησίαν ὀνομάζει διὰ τὸ μέλλειν ὑπὸ τοῦ Πέτρου μὲν θεμελιωθῆναι, ὑπ' αὐτοῦ δε ἀνεγερθῆναι. Cæterum tota hæc controversia superiori Sæculo fuse pertractata fuit, cum *Ant. Arnaldus* sctipto singulari utrique Apostolo Paulo & Petro æqualem auctoritatem asserere anniteretur. Confer *Pet. Bælii* Dictionarium voce *Arnaldus*, *Io. Adam. Osiandrum* in Arnoldism. & *Vener. D. Ittigium* in Append. ad Hæresiarch. diss. IV. p. 401. Pontificii quidem ex eo Petri prærogativam evincere vix poterunt, quod Petrus & Paulo & reliquis Apostolis in Scriptura S. & alibi fere semper præponatur: id enim propterea fieri, quod primus omnium sit vocatus, eruditi recte monuerunt: Vid. *Hugo Grotius* ad Act. II. 13. & *Io. Clericus* ad David. Clerici Quæstion. Sacras qv. XIV. p. 136.

Ad p. 83. v. 14.

Phil. II. 30. Lectionem παραβολεύσθαι ex veteribus adstruere conatur *Crojus* in Observatt. ad N. T. p. 118. Vide etiam Millium, qui pro eadem lectione Scalig. Casaub. Salmas. item & Grotium affert.

Ad p. 85. v. 26.

Luc. I. 28. firmat Casauboni interpretationem eruditissimus *Gatakerus* in Cinno lib. I. c. 8. Interpretem Syrum recte vertisse per plenam gratiæ ostendit præstantissimus suæ ætatis Philologus *Andr. Sennertus* in Scrutinio LL. Orien-

tal.

tal. mnemate 3. quæ interpretatio ut veriori Casaubonianæ propior eſt, ita longe recedit ab ea, quam Patribus quibusdam placuiſſe probat *Montacutius* p. 265. *Apparatus:* qui ſcilicet verterunt per *plena Chriſto*.

Ad p. 88. v. 5.

Obſervatio hæc quod δοκεῖν pro εἶναι quandoque ponatur, varios Scripturæ S. locos juvat, e. g. Marc. X. 42. Luc. XXII. 24. &c. niſi forte illis in locis τὸ δοκεῖν pleonaſtice poſitum eſſe putandum ſit, quæ ſententia ſe probat *Th. Gatakero* in Cinno lib. I. c. 3. p. 191. quem ibi vide prolixe de hac phraſi commentantem. Forte etiam huc referri poterat *Gall.* II. 9. Neque profanis Scriptoribus hoc pleonaſmi genus inuſitatum fuit, cum *Eratoſthenes* in Καταστερισμοῖς c. 32. τὸ δοκεῖ ὑγιασθῆναι eodem modo intellectum voluiſſe videatur.

Ib. v. 8.

Matth. II. 11. De ſignificatione verbi προσκυνεῖν nuper admodum diſputatum fuit inter Epiſcopum Meldenſem & *Richard. Simonem.* Cum enim hic in præfat. ad Verſ. Gall. N. T. dixiſſet, non conſtare inter Theologos adhuc, utrum de civili an religioſa ac Deo digna adoratione hic locus ſit intelligendus, male hoc habuit Meldenſem Epiſcopum atque eo adduxit, ut in *Inſtructione* p. 99. ſq. multis probaret, Magos Chriſtum tanquam Deum adoraſſe, ac de eo veteres Theologos nunquam dubitaſſe. Neque tamen acquievit Simonius, ſed aſſertionis

ſuæ

suæ causas attulit *Tomo* II. *Biblioth. Criticæ*, partim ad propriam verbi προσκυνεῖν significationem, partim ad consentientes secum Interpretes, ac nominatim *Maldonatum* provocans. Idem cum R. Simonio statuisse videtur Cl. Clericus qui in versione Gallica N. T. τὸ προσκυνεῖν exprimendum censuit per *prosternere se*, cujus versionis rationem reddit *Tomo* II. *Bibl. selecta* p. 281. Equidem negari per auctoritatem & usum veterum Scriptorum vix licet, hoc verbum æque ac nomen inde derivatum de civili cultu adhiberi posse, & adhibitum fuisse olim; sed quod in præsenti loco amplior sit ejus significatio, tanto minus dubitari potest, quo magis ita ut statuamus contextus series postulat.

Ib v. 15.

Matth. VI. 11. de vocis ἐπιούσιος etymologia, & quæ inde dependet, significatione jam pridem multis inter eruditos disputatum est, ex quibus hic præcipuos laudabo. Videre itaque licebit *Salmasium* de Fœnore Trapezitico, *Petavium* dissert. Eccles. p. 329. *Chamierum* Tom. IV. Panstratiæ Catholic. lib. IX. c. XI. *Suicerum* in Thesauro Ecclesiastico voce ἐπιούσιος: ex nostratibus autem *Balthas. Stolbergium* singulari dissert. quæ in Tractat. de Solœcismis N. T. p. 220. sq. exstat, & *Korthelti* τοῦ μακαρίτου dissert. Anti-Baronianam de pane ἐπιουσίῳ quæ cum ceteris ejus disquisitionibus Anti-Baronianis recusa est Hamb. 1708. 4. Addere & illud liceat, quod non ita pridem eadem causa

sa inter clarissimos Academiæ LugdunoBatavæ Professores, *Perizonium* & *Gronovium* disceptari cœperit, quorum ille eandem, quam Casaubonus hic laudat, hic communiorem sententiam ac per *quotidianus* vertendi rationem Corollariis, disputationibus utriusque subjunctis, defendit. De eo, quod plerique Patres ἄρτον ἐπιούσιον ad SS. Eucharistiam trahant, vide ipsum Casaubonum in Exerc. XVI. Anti-Baron. n. 29.

Ib. v. 28.

Marc. IX. 49. Suam de hoc loco sententiam Scaliger cum in *Elencho Trihæresii* adversus Serarium tum in epistolis exposuit, in quibus n. 442. p. 806. sq. legitur epistola ad Io. de Laet in eandem scripta sententiam. Sed non præter rationem *Lud. de Dieu* in not. ad h. l. & *Th. Gatakerus* in Adversariis c. 43. p. 442. sq. isti expositioni ceu minus probabili & non solum omnibus codicibus sed etiam versionibus ac antiquitati deniq; ipsi adversanti merito se opposuerunt. Nec placet omni ex parte V. C. *Hermanni von der Hardt* conjectura, Salis nomen per bitumen Sodomiticum interpretantis in Ephemeridibus suis Disc. XI. eo sensu, ut quemadmodum olim illud sacrificiis additum fuerit, ut eo magis citiusque conflagrarent; sic etiam impius igni ceu bitumini flagranti involvendus statuatur, ut flagret ardentius. Præstat acquiescere in eo, ut tentationis salem hic innui putemus.

Ad p. 90. v. 9.

2. *Tim.* II. 16. Recte Casaubonus hic *τὸ περιΐστασθαι* per *devitare* putat vertendum, quod idem egerat in not. ad Athenæum XV. 15. & cum eo *Salmasius*, *Xylander*, & *Dunaeus*, Viri græce scientissimi. Et quanquam *Th. Gatakerus* eam verbi hujus notionem frequentem apud veteres Scriptores esse adeo non neget, ut potius adductis ipsorum testimoniis tum in præstantissimo ad *Marci Antonini* libros *εἰς ἑαυτὸν* commentario lib. 3. Sect. 4. tum in *Adversariis* c. III. eandem adstruxerit, idem tamen *cohibendi* potius significatum hic obtinere cum *Beza*, *Stephano* & *Piscatore* persuasus est, interpretationique suæ pondus addere conatur in Adversariis l. c. ex eo, quod Apostolus hic Timotheum non tam ut ipse *κενοφωνίας* istas vitet adhortari videatur, quam ut illas in aliis coërceat. At enimvero vel præcedens proxime versus, qui ad ipsum Timotheum & ejus mores formandos refertur, luculente, me quidem judice, ostendit, hunc itidem ad Timotheum ipsum ex Pauli mente ac consilio spectare præcipue cum ejusdem sententiæ monita eadem ratione Timotheo suggesta 1 Tim. IV. 7. VI. 20. & 2 cap. II. v. 23. ita ut capiamus suadere videantur. De eo quod nonnulli pro *κενοφωνίας* legere malint *καινοφωνίας* confer *Calvörii* Apologiã *Gloriæ Mosis* præmissam Sect. I. p. 55. sq. Certe Patres in prorsus loco παραλλήλῳ, 1. Tim. VI. 20. vocem hanc diversimode legisse docet V. C.

J. E.

J. E. Grabe ad Irenæum II. 19. p. 145. Eosdem in hoc ipso loco vocem καινοφωνίαν legisse patere poterat ex ipsorum commentariis nisi rectius cum Millio lectio ista ad librarios τὸ αι & ε promiscue usurpantes referretur quod & de 1. Tim. VI. 20. puto dicendum. In voce εὐπερίστατον Hebr. XII. 1. *vitandi* significationem locū habere non posse opinatur Gatakerus l. c. ac ibidem plura de hac voce monet de qua legi etiam meretur *Erasmus Schmidius* ad h. l.

Ad p. 91. v. ult.

Phrasin illam Chaldaicis Paraphrastis receptam מימרא דיהוה argumento esse, Judaicam Ecclesiam τὸν λόγον statuisse Patri ὁμοούσιον recte affirmavit post *Vechnerum Jos. Voisinius* & *Steph. Rittangelius in Libra Veritatis* cui cum Anonymus, Socinismi non uno nomine suspectus *Bilibram Veritatis & rationis* opponeret, atque hoc præcipue momentum evertere conaretur, Cl. *Seb. Edzardus* idem solide adstruxit peculiari differt. Hamb. 1701. *de Verbo Substantiali* edita & paulo post Londini recusa 8. cujus honorificam mentionem facit *Rich. Kidderus*, Episcopus olim Bathoniens. & Wellensis in præf. ad Partem III. *Demonstrationis Messiæ* Angl. editæ. Adde *Jo. van der Wayen* Prof. olim Franequeran. dissert. de λόγῳ contra *Jo. Clericum*, quæ præmissa est laudato Rittangelii libro, & inprimis *Pet. Allixii*, Viri eruditissimi librum, quem anglice edidit sub tit. *Effata Ecclesiæ Judaicæ veteris contra*

Unitarios Lond. 1699. qui Gothofr. Arnoldi cura germanice recusus est 1707. 4.

Ad p. 92. v. 5.

Vocem ὁδὸς pro religione Christiana accipi ostendit etiam *Steph. le Moyne* in not. ad Var. Sacr. p. 922. adductis locis 2. Pet. II. 2. Act. XIX. 23. & aliis nec præter rationem hanc phrasin confert cum Hebr. דרך quæ eadem notione adhibetur. Adde *Jo. Pearsoni* Expositionem Symboli Apostolici in not. p. 183. Veteres autem Scriptores Græcos sensu non dissimili de vitæ genere ac instituto vocem ὁδὸς accepisse tot locis probarunt *Pfochenius* Sect. IX. Diatrib. de Stylo N. T. & *Gatakerus* c. 32. dissert. quæ sub eodem tit. inter Opera ejus Critica exstat, ut temerarius sit, qui negare ausit.

Ib. v. 13.

1. *Tim.* III. 15. ista hujus loci explicatio, quæ distinctione ante vocem στύλος posita innititur, se recentioribus maximo opere probavit, nec immerito, ut mirer Cl. Millium hujus varietatis non fecisse mentionem, præsertim cum in Basil. edit. 1540. legatur. Vide ex nostratibus *Erasm. Schmidium* in not. ad h. l. qui eam egregiis prorsus, quæ ibi vide, argumentis innixus non dubitans in textum recepit. In quo secutus est *Cameronem* in Myrothecio ad hunc locum, & quem allegat ipse testem, *Simonem Episcopium* p. 89. Vindiciarum. Hic Episcopius idem adstruit *Instit. Theolog.* lib. I. Sect. 1. c. 8. cum quo facit *Jo. Clericus* Parte III. Art.

Crit.

Crit. p. 195. Exſtat etiam elegans epiſtola Scriptoris neſcio cujus, in Cl. *Kuſteri* Bibliotheca Novorum Librorum anni 1697. p. 403. ſqq. quæ illam novam diſtinctionem Cameronis exemplo approbat, ſed in ceteris tamen nonnullis ab ejus interpretatione abit, quam cum alius epiſtola, quæ exſtat 1699. p. 97. ſq. prorſus retinendam cenſuiſſet, prior ille pluribus atque iterum pro ſua ſententia propugnavit ibidem p. 101. ſq. & 380. ſq. ad quæ contrariæ partis reſponſionem invenies p. 387. ſq. Imo, quod notari meretur, nec prorſus nova erat iſta diſtinctio ipſius quoque Caſauboni ætate, cum ea jam recepta fuerit in edit. Baſilæenſem anni 1540. ad quam provocat laudatus modo Schmidius. Neque adeo *Andr. Melvinus* Scotus Auctor ejus habendus eſt, quanquam illum per ſe vidiſſe non dubitem; cum vel ex *Herberti* vita ab Iſ. Waltono anglice deſcripta p. 24. conſtet, eum fuiſſe *Virum ſummæ eruditionis & miræ ſagacitatis Satyricique acuminis, quo nemo illum, præter Buchananum, ſuperarit*. Laudat etiam Chytræus p. 868. epiſtolarum.

Ad p. 92. v. 19.

1. *Cor.* VI. 4. Si opus hic ſit diſtinctionis mutatione, cujus tamen rationem me non videre fateor, malim certe in hac acquieſcere, quam in altera illa *Nortoni Knatchbulli*, quæ ut pleræque ejus, impedita eſt, & elegantius cogitata, quam verior. Vult autem ille in notis ad h. l. poſt κριτήρια & τούτους comma; quod vocant, po-

ni hoc modo: *βιωτικὰ μὲν οὖν κριτήρια, ἐὰν ἔχητε τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τούτους, καθίζετε* hoc omnino sensu: *Secularia igitur subsellia, si habeatis hos contemptibiles in Ecclesia, constituite.*

Ib. v. 24.

Hebr. X. 5. Quam hic affert *Overalli* de voce *σῶμα* ex perversa librariorum lectione ortam suspicionem in eam inciderunt post eum alii ac nominatim *Alex. Morus* in notis ad h. l. p. 256. sq. qui vel *ὦτα* ab ipsis interpretibus scriptum putat, vel *κατηρτήσω* sensu *τοῦ suspendisti*, ac *Steph. le Moyne* in not. ad Varia sacra p. 744. Sed ista quidem conjectura non opus est.

Ad p. 93. v. 4.

Act. XIII. 18. Accuratius hanc causam cognoscere poteris ex *Gatakeri* Adversariis c. 41. p. 413. sq. qui tamen recte & erudite receptam *τοῦ τροποφορεῖν* in sensu quem etymologia vocis secum fert, ut scilicet *mores toleratos* insinuet, multis tuetur. Sunt enim non solum, qui cum *Drusio* & *Millio* ad locum Actorum permutandũ putent cum *τροφοφορεῖν* ad 2. Maccabaic. VII. 27. provocantes, sed dantur etiam alii, qui receptam lectionem retineri volunt, sed ea significatione, ut idem sit quod *τροφὸν δίκην φορεῖν*. Adde *Guilh. Spencerum* de Legibus Ritualibus Hebr. lib. III. c. 1. p. 522. qui itidem nihil in contextu mutandum statuit, sed toto versu ad ornandam hypothesin suam de legibus, ex gentium institutis in divinum cultum à Deo, pene invito & in grati-

gratiam contumacis populi translatis abutitur.

Ad p. 94.

Multi in conciliandis Matthæo & Luca, quod ad Christi genus recensendum attinet versati fuerunt,& ex nostratibus quidem egregie hoc labore sunt defuncti Triumviri Harmoniæ Evangelicæ & Philologus suæ ætatis insignis *Frischmuthus* in dissert.de primo charactere Messiæ cap. II. ut alios omittam. Ex Pontificiis *Possinus* & *Maldonatus*,ex Reformatis *G. I. Vossius* hoc argumentum ceteris diligentius tractasse videntur.

Ad. p. 95. v. 5.

Nec minus disputatum est de *Cainane* qui exstat Luc. III. 36. de quo legi meretur *Io. Gregorii* Angli dissertatio,quæ exstat in Opp.ejus posthumis p. 77. sqq.sub tit. Καϊνὰν ὁ δεύτερος. item *Petavius*. lib.IX. c. 27.de Doctrina Temporum, *Natalis Alexander* diss. IV. ad ætatem II. V. T. & *Sam.Bochartus* in Geographia Sacra. Excutiet argumentum hoc V.C. *Io. Ern. Grabe* in diss. de Vitiis LXX. Interpretum versioni oblatis, cujus primas philyras jam typis expressas videre mihi licuit. Adstruxit & vindicavit Lucæ Cainanem tum aliis argumentis, tum Codicum omnium fide si Cantabrigiensem a librario passim miseris modis habitum & interpolatum excipias.

Ad p. 96. v. 1.

Ies. XIII. 21. de voce שעירים ad hunc locum fuse disserit Cl. *Crenius* in præfatione *Museo Philologico* præmissa. *Bochartus Part.* II. *Hierozoici* p.

 826.

826. שעירים Levit. XVII. 7. putat dici *dæmones* & *idola* propter Ægyptios, qui hircum ἀποθέωσαν, multos quoq; Deos hac ſpecie cultos fuiſſe, & eadem Diabolum ſe ſpectandum præbuiſſe, ut adeo ſpectra dici poſſint hircina ſpecie. Cl. *Basnage* in diſſertatt. Hiſtorico-Theolog. p. 139. mavult intelligere hircos ſimpliciter, & cum eo *Ant. van Dalen* in diſſert. de origine & progreſſu Idololatr. Cui vide quæ opponat Cl. *Clericus* Bibl. Select. Tomo. III. p. 160. ſq. Adde quæ ipſe de hac voce dixi in *Manichæiſmo ante Manichæos* p. 36. ſq.

Ib. v. 9.

Luc. XV. 16. Rectius quidem illi mihi videntur de κερατίοις ſtatuere, qui ea non quidem de leguminum tegumentis ſed certarum arborum fructibus accipienda putant, quam in rem vide *Steph. le Moyne* in prolegom. ad Varia Sacra p. 76. ſq. & inprimis *Bochartum* Parte I. Hieroz. p. 708. qui arbitratur eſſe *fructus arboris ceratoniæ ſiliquis digitalibus incluſos.* Affert ibidem *Simeonis Sethi* locum qui commemorat ξυλοκέρατα, ἄκρη κέρατα: unde in eam deveni conjecturam, quod forte κεράτια iſta non diverſa ſint ab ἀκροδρύοις, quibus Brachmanes veſci ſolitos teſtatur *Origenes* in Philoſophumenis, quæ ipſi tribui ſolent, c. 24. ubi vide quæ dixi de hac voce p. 157.

Ib. v. 21.

De loco 2. *Maccab.* IV. integram Caſauboni eamque pereruditam epiſtolam in calce horum Caſaubonianornm ſupra exhibui. *Petrum*

Fabrum

Fabrum procul dubio hic vult Casaubonus, quem de hoc argumento in Agnoisticis suis disseruisse suspicor, quæ jam mihi non sunt ad manus. In libris ejus tribus *Semestrium*, quos consului, nihil mihi de hac re invenire licuit.

Ad p. 97. v. 20.

De 2. *Tim.* III. 16. optime commentatur B. *Dorscheus* in Pentadecade diss. X. Vide etiam, quæ de eodem habet *Gussetus* in Addendis ad Commentar. L. Hebr. p. 933. b.

Ad p. 98. v. 12.

Joan. V. 39. Τὸ ἐρευνᾶτε imperative hic capiendum esse solide præter alia de eodem hoc versu monita evicit Venerandus & sæpe nobis laudatus *Val. Ern. Loescherus* in Commentar. de Causis linguæ Hebr. p. 79. sq. & Venerandi auctores relationum de rebus Theologicis vernacula L. editarum an. 1703. p. 587. quorum argumenta infeliciter, me quidem judice, vellicavit *Ioach. Langius* Tomo III. scripti, quod istis Narrationibus opponere consvevit p. 45. Adde *Steph. le Moyne* imperative accipientem in notis ad Var. Sac. p. 345. sq.

Ad p. 100. v. 10.

Argumentum illustre *de forma Christi* multi fuse tractarunt, inter quos præcipui sunt *Fr. Vavassor* de forma Christi lib. peculiari & *Io. Reiskius* in Exercitationibus de Imaginibus Jesu Christi. *Lentuli* ad Senatum Rom. epistola conficta, quæ Christi habitum ac speciem vivis sed ementitis forte coloribus delineat, exstat recusa

in

826. שעירים Levit. XVII. 7. putat dici *dæmones* & *idola* propter Ægyptios, qui hircum ἀπεθέωσαν, multos quoq; Deos hac specie cultos fuisse, & eadem Diabolum se spectandum præbuisse, ut adeo spectra dici possint hircina specie. Cl. *Basnage* in dissertatt. Historico-Theolog. p. 139. mavult intelligere hircos simpliciter, & cum eo *Ant. van Dalen* in dissert. de origine & progressu Idololatr. Cui vide quæ opponat Cl. *Clericus* Bibl. Select. Tomo. III. p. 160. sq. Adde quæ ipse de hac voce dixi in *Manichaismo ante Manichaos* p. 36. sq.

Ib. v. 9.

Luc. XV. 16. Rectius quidem illi mihi videntur de κερατίοις statuere, qui ea non quidem de leguminum tegumentis sed certarum arborum fructibus accipienda putant, quam in rem vide *Steph. le Moyne* in prolegom. ad Varia Sacra p. 76. sq. & inprimis *Bochartum* Parte I. Hieroz. p. 708. qui arbitratur esse *fructus arboris ceratoniae siliquis digitalibus inclusos*. Affert ibidem *Simeonis Sethi* locum qui commemorat ξυλοκέρατα, ἄκρη κέρατα: unde in eam deveni conjecturam, quod forte κεράτια ista non diversa sint ab ἀκροδρύοις, quibus Brachmanes vesci solitos testatur *Origenes* in Philosophumenis, quæ ipsi tribui solent, c. 24. ubi vide quæ dixi de hac voce p. 157.

Ib. v. 21.

De loco 2. *Maccab.* IV. integram Casauboni eamque pereruditam epistolam in calce horum Casaubonianornm supra exhibui. *Petrum*

Fabrum

Fabrum procul dubio hic vult Casaubonus, quem de hoc argumento in Agnoisticis suis disseruisse suspicor, quæ jam mihi non sunt ad manus. In libris ejus tribus *Semestrium*, quos consului, nihil mihi de hac re invenire licuit.

Ad p. 97. v. 20.

De 2. *Tim*. III. 16. optime commentatur B. *Dorscheus* in Pentadecade diss. X. Vide etiam, quæ de eodem habet *Gussetus* in Addendis ad Commentar. L. Hebr. p. 933. b.

Ad p. 98. v. 12.

Ioan. V. 39. Τὸ ἐρευνᾶτε imperative hic capiendum esse solide præter alia de eodem hoc versu monita evicit Venerandus & sæpe nobis laudatus *Val. Ern. Loescherus* in Commentar. de Causis linguæ Hebr. p. 79. sq. & Venerandi auctores relationum de rebus Theologicis vernacula L. editarum an. 1703. p. 587. quorum argumenta infeliciter, me quidem judice, vellicavit *Ioach. Langius* Tomo III. scripti, quod istis Narrationibus opponere consvevit p. 45. Adde *Steph. le Moyne* imperative accipientem in notis ad Var. Sac. p. 345. sq.

Ad p. 100. v. 10.

Argumentum illustre *de forma Christi* multi fuse tractarunt, inter quos præcipui sunt *Fr. Vavassor* de forma Christi lib. peculiari & *Io. Reiskius* in Exercitationibus de Imaginibus Jesu Christi. *Lentuli* ad Senatum Rom. epistola conficta, quæ Christi habitum ac speciem vivis sed ementitis forte coloribus delineat, exstat recusa

in

in Cl. Fabricii Codice Apocryph. N. T. p. 301 sq. De effigie Christi numis insculpta vide quæ notantur in *Chevreanis* Tomo I. p. 157. ubi Flavius Heraclius Constantius primus hujus instituti auctor fertur, quod *Petavius* in Rationario Temporum ad Nicephorum Bardam Phocam refert. Memini quoque in Rever. D. *Ern. Sal. Cypriani* olim Coburgensis jam Jenensis Theologi *Programmatibus Selectis* exstare progr. XVI. de pulchritudine corporis Christi.

Ad p. 100. v. 17.

Patres in tractandis controversiis sæpe *in alterum prolabi extremum* varii Historiæ Eccles. periti Viri ostenderunt nominatim *Valesius*, *Dallæus* & *Forbesius*, data autem opera *Jo. Fabricius* in *Amœnitatt. Theologic. singulari differt.* quam inscripsit *Scyllam & Charybdin.* Idem monuerunt obiter alii utpote *Schultet.* in Medulla Patrum præfat. ad T. I. *Rivetus* de Patrum auctoritate c. II. p. 71. & alii, quos laudat *Hottingerus* in Analectis diss. VIII. p. 384. sq. Ex veteribus idem in Patribus observarunt *Theodoretus* Tom. IV. p. 179. qui eos sæpe modum in disputando excessisse ait, ut cum agricolæ incurvam plantam viderint, eam non solum ad rectum erigunt, sed etiam ultra directum in partem alteram inflectunt. De *Origene* fatetur id Photius Cod. 117. Hinc autem diverse loquendi rationem oriri oportet, quarum accuratior διδακτικῶς minus accurata οἰκονομικῶς prolata ab ipsis

ipsis Patribus dici solet, quod hic innuit Casaubonus, alibi autem nempe in *not. ad epist. Greg. Nysseni* ad Eustathiam &c. p. 75. sq. fusius edisserit.

Ad p. 101. v. 8.

Egregia hic sunt antiquitatis pro nostra de *SS. Eucharistia* sacramento testimonia, quæ præter rationem Casaubonus interpretatione emoliri svadet. Conferatur idem *Exercit.* XVI. *Anti Baroniana*, in qua varia Eucharistiæ nomina in veterum Doctorum scriptis obvia atque alia apprime ad hunc locum facientia collegit. Adde *Simplicii Verini*, sub quo nomine Salmasius latere voluit, epistolam ad Pacium p. 64. & eundem *de Transubstantiat.* passim, ut & *Hottingerum* in Analectis Dissert. VII. p. 364. sq. Illustris locus est *Ignatii* in epist. ad Romanos §. 7. p. 40. edit. recentissimæ Oxon. a D. *Smitho* curatæ οὐχ ἥδομαι, inquit, τροφῇ φθορᾶς, οὐδὲ ἡδοναῖς τοῦ βίου τούτου. Ἄρτον Θεοῦ θέλω, ἄρτον οὐράνιον, ἄρτον ζωῆς, ὅς ἐστιν σὰρξ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ γενομένου ἐν ὑστέρῳ ἐκ σπέρματος Δαβὶδ καὶ Ἀβραάμ καὶ πόμα Θεοῦ θέλω τὸ αἷμα αὐτοῦ ὅ ἐστιν ἀγάπη ἄφθαρτος, καὶ ἀένναος ζωή. Quæ quidem verba ad Eucharistiam pertinere recte ostendit V. C. *Io. Ern. Grabe* in notis elegantissimis ad Tom. II. spicilig. Patrum p. 230. contra *Albertinum* lib. II. de Eucharistia c. 1. & *Halloixium* in notis ad Vitam Ignatii cap. X. quanquam & *Casaubonus* Exer. XVI. §. 39. p. 381. in eadem sententia fuisse videatur; *non nego*, inquiens, *S.*

Eucha-

Euchariſtia hæc elogia convenire; ſed hæc interpretatio menti Ignatii parum videtur congruere, qui toties profitetur, ſe optare diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Vult adeo Ignatium loqui *de æternali pane, & fruitione Chriſti in altera vita, ubi carne & ſanguine Chriſti h. e. toto Chriſto ſine figura & ἐκτυπώτερον, ut loquitur Damaſcenus, fruituri ſunt electi.* Sed ſi vel maxime largiamur Caſaubono, divinum Martyrem ad ſpiritualem Chriſti fruitionem hic reſpexiſſe, id tamen negare nemo temere audebit, quod ad Sacramentalem Chriſti fruitionem alludat, atque adeo iis phraſibus uſus fuiſſe merito cenſeatur, quibus & ipſe & ceteri ei æquales alias uſuri erant. Nihilominus tamen Caſauboni iſta interpretatio ſe probavit Viro eruditiſſimo *Th. Smitho* in notis ad iſtam Ignatii ep. p. 102. Idem in averſa pagina profitetur, *dandum hic aliquid eſſe martyrii Candidato, extra ſe quaſi rapto, dum totus in contemplatione rerum ſpiritualium & cœleſtium defigebatur, ſi ejusmodi novis phraſibus uteretur; quæ tamen facili ac bona interpretatione, prout æquum poſtulat, leniri poſſint.* Addam hic denique *Salmaſii* verba cum Caſaubonianis iſtis ex aſſe congruentia, quæ leguntur p. 5. libri *de Tranſubſtantiatione*: *Patres*, inquit, *cum loquuntur de hoc Sacramento, ut de re nota interdum obſcure verba faciunt & ambigue. Dum enim Chriſti dictum exaggerant: Hoc eſt corpus meum, ſic interdum ſermonis exceſſu efferuntur, ut panem in corpus reapſe mutatum videantur velle. Verum iidem in eodem ſcripto ita ſe deinde clare explicant, ut ea evertant,*

tant, quæ prius dixerint. Obscura autem ex apertis exponenda sunt, non quæ clara videntur ex obscuris interpretanda. Ex nostratibus quoque eximio Theologo & antiquitatis Ecclesiast. peritissimo *Dav. Chytraeo* primos Ecclesiæ Doctores adeo sibi non constare in hoc doctrinæ Christianæ capite visi sunt, ut de ea ex eorum scriptis judicari posse neget in epistolis p. 1113. Eandem video fuisse *Hermanni Conringii*, Viri *πολυμαθεστάτου* sententiam: Vide *Conringiana* p. 120.

Ad p. 102. v. 26.

Ad *Transsubstantiationis* dogma procudendum recentiorum Ecclesiae Latinae Sacerdotum conatus quid contulerint, ostendunt manifeste *Io. Cosinus* Episcopus Dunelmensis singulari libro, quo *Historiam Transsubstantiationis Papalis* tradidit, cui adde *Pet. Allixii* praefationem Historicam *de dogmate Transsubstantiationis*, quam præmisit *Determinationi Io. de Parisiis Prædicatoris de modo existendi corpus Christi in Sacramento Altaris*, editam Lond. 1686. ut aliorum scripta de eodem argumento eodem tempore in Anglia edita taceam, quo etiam referenda sunt, quæ de celebri *Io. Chrysostomi* epistola ad Cæsarium a Parisiensibus Theologis suppressa, ab aliis autem in lucem edita prodierunt, de quibus diligenter exponunt VV.CC. *Io. Mollerus* p. 484 sq. *Homonymoscopiæ* & *Fabricius* sæpe laudatus in *Bibl. Gr.* lib. II. p. 428. ed. prioris.

Ad. p. 103. v. 9.

De *Cœlibatu Clericorum* Christianæ Ecclesiæ per

per plura Sæcula ignoto nedum legibus sancito vide ex nostratibus summi Theologi *Io. Gerbardi* Confessionem Catholicam, *B. Scherzeri* Systema Theol. p. 821. *Georg. Calixti* diss. de Conjugio Clericorum: ex Reformatis V. C. *Sam. Basnage* Dissert. VII. earum, quas Tomo II. *Annalium Ecclesiast.* addidit. Ex monumentis Ecclesiasticis, quæ huc faciunt, inprimis considerationem meretur *Vdalrici* s. *Huldrici* Augustani Episcopi epistola ad Nicolaum I. Pont. R. scribentis, *quod Gregor. Magnus primo Sacerdotibus mandaverit cœlibatum, sed postea comperto quod clam libidines exercerentur, indeque multi concepti fœtus trucidarentur, mandatum illud abrogarit, dixeritque, melius esse nubere, quam cædibus causam prabere.* Integram hanc epistolam suis observationibus illustratam Venerandus Gryphiswaldensium Præsul D. *Mayerus* 1703. peculiari dissert. & eximius Gedanensium Theologus D. *Sam. Schelgvigius* cum prolixiori commentario Gedani 1706. recudi curarunt. Confer *Colomesii* Opuscula p. 59. & *Pet. Balium* Tom. II. Dictionarii p. 1387. Episcopos omnes, Presbyteros & Diaconos usque ad Concil. Nicenum uxoratos fuisse ostendit *Beveregius* ad Synodicum p. 18. Nec Apostolos hic excipiendos patet ex Vener. *D. Schmidii* Helmstad. Theologi diss. de Apostolis Uxoratis an. 1704. ed. & laudati D. *Mayeri* de Petri Apostoli Conjugio Witteb. 1684. quod nuper etiam D. *Kochius* Schediasmate singulari Paulo asseruit.

Ad p.

Ad p. 105. v. 11.

Imagines historiarum Sacrarum in Veteris & Novi Instrumenti tabulis descriptarum vices apud imperitos supplere posse statuit etiam S. *Nilus* in epistola quadam ad *Olympiodorum* Eparchum, quam hactenus, ut puto ineditam ex *Nicetæ Choniatæ* Thesauro Orthod. Fidei p. 280. a. hic dabo descriptam. Scripserat Olympiodorus, animum sibi esse, templum quoddam a se exstructum iis picturis ornare, quæ in parietibus venationem & piscationem, jucundis coloribus delineatas, repræsentarent. Huic respondens Nilus dissuadet institutum, & picturæ hujus profanæ loco sacrarum historiarum delineationē substitui svadet his verbis: Νηπιῶδες ἂν εἴη, ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ βρεφοπρεπὲς, τὸ τοῖς λεχθεῖσι περιπλανῆσαι τὸν ὀφθαλμὸν τῶν πιστῶν στεῤῥοῦ δὲ καὶ ἀνδρώδους φρονήματος οἰκεῖον τὸ ἐν τῷ ἱερατείῳ μὲν κατὰ ἀνατολὰς τυπῶσαι σταυρὸν. ἱστοριῶν δὲ παλαιᾶς καὶ νέας Διαθήκης πληρῶσαι ἔνθεν καὶ ἔνθεν χειρὶ καλλίστου ζωγράφου τὸν ναὸν τῶν ἁγίων. ὅπως ἂν καὶ οἱ μὴ εἰδότες γράμματα, μηδὲ δυνάμενοι τὰς θείας ἀναγινώσκειν γραφὰς τῇ θεωρίᾳ τῆς ζωγραφίας μνήμην τε λαμβάνωσι τῆς τῶν γνησίως τῷ Θεῷ δεδουλευκότων ἀνδραγαθίας, καὶ πρὸς ἅμιλλαν διεγείροιντο τῶν εὐκλεῶν καὶ ἀοιδίμων ἀριστευμάτων, καὶ ἃ τούτοις ἔφην παραπλήσια. *Olympiodori* epistola hæc est: Μέλλοντί μοι κατασκευάζεσθαι σηκὸν, ἐπυθόμην ἂν σου εὐνοῦστατε Πάτερ εἰ συμβουλεύεις καὶ ἐπιτρέπεις κατ' αὐτὸν ἐν τῷ ἱερατείῳ εἰκόνας ἀναθεῖναι, θή-

ρας

ϱοις τε ζώων παντοίας πλῆσαι τοὺς τοίχους τούς τε ἐκ δεξιῶν καὶ εὐωνύμων, ὥστε βλέπεσθαι κατὰ μὲν τὴν Χέρσον ἐκτεινόμενα λίνα καὶ λαγωοὺς, καὶ δορκάδας καὶ τὰ ἑξῆς φεύγοντα ζῶα, τοὺς δὲ θηρευτὰς σπεύδοντας μετὰ τῶν κυνιδίων διώκειν. κατὰ δὲ τὴν θάλασσαν χαλώμενα δίκτυα καὶ πᾶν γένος ἰχθύων ἁλιζόμενον καὶ εἰς τὴν ξηρὰν ἐξαγόμενον καὶ προσέτι γυψοπλαστίας πᾶν εἶδος ἐμφᾶναι δεικνύμενον, πρὸς ἡδονὴν ὀφθαλμῶν. Vtraque hæc epistola cum aliis de Imaginum Cultu scriptis & loco quodam *Leontii* ex libro ejus ad Iudæos, quem ex citato Nicetæ libro descriptum alibi exhibebo, exstat inter MSS. B. *Gudii*, quod patet ex Catalogo Biblioth. ejus p. 534. De re ipsa, nempe *Imaginum Cultu* nihil hic dicam sed ea afferam, quæ *Il. Barlovius*, Vir doctissimus & Episc. quondam Lincoln. in fronte libri Caroli M. de Cultu Imaginum 1518. editi, qui exstat in Bibliotheca Bodlejana, notaverat his verbis: *Idem liber legitur in Decretis Imperialibus de cultu Imaginum per Melch. Goldastum* Francof. 1608. ubi a) *Synodus Francofurt.* p. 61. b) *præfatio Io. Tilii p. 68.* c) *testimonia veterum de libro Caroli M.* p. 80. d) *liber ipse Caroli M.* p. 89. & *Catalogus eorum, qui hunc librum negare, refutare, aut aliis modis impugnare aggressi sunt p.* 597. *L. Surius Concil. Tom. III.* col. 197 & 198. *censuram habet hujus operis Carolini, & ab hæreticis id fictum ait. Ibidem exstat Adriani Papæ responsum ad librum a Carolo M. per Engilbertum Abbatem sibi missum. Canonis M. Concilii Francofurt. hic est titulus:* Syno-

Synodus Græcorum de adorandis Imaginibus rejecta. *Binius, Surius aliique Romanenses negant, Concilium Nicenum hoc canone designari. Sed contra docte probat Petavius Theol. Dogmat. de Incarnat. lib. XII. c. 15. & Pet. de Maria de Concordia Sacerdot. & Imperii II. 17. & Christian. Lupus in Scholiis ad hanc Synodum. Vide Clavem Apocalypt. Jos. Meade p. 237. sq. Bellarminus lib. II. c. 14. de Imagg. fatetur Concilium illud damnasse Nicenum II. idemque agnoscit Baronius. Negat Binius in notis ad hoc Concil. Tom. VI. p. 183. & notæ in edit. Concil. Paris. 1644. Tom. II. p. 162. Gabr. Vasquez de Cultu Adorationis lib. II. disp. VII. p. 246. sqq. fuse de Synodo Francof. quam Concil. Nicenum II. damnasse p. 261. confidenter negat. Synodum Nicenam II non esse Oecumenicam statuit Pet. Aurelius p. 603. sqq. Opp. ed. Paris. 1646. Jac. Sirmond. in Concil. Gall. Tom. II. p. 191. Hincmarus Rhemensis in Opusc. LV. capitum ad Hincmarum Laudunensem c. 20 Concilium illud non agnoscit. Exstat in magna Bibl. Patr. Paris. 1654. Tom. XVI. p. 470. De ipsa hac circa Imagines controversia videantur H. Speelmannus de Concil. Tom. I. p. 305. Jac. Usserius de Success. & Statu Eccles. c. II. p. 27. Cassander Opp. p. 977. ed. Paris. 1616. J. H. Bæcleri Comment. de rebus seculi a C. N. IX. & X. p. 37. 40. 42.* Adde his omnino *Frider. Spanhemium* Tomo II Opp. lib. 6. ubi imaginum historiam inde a temporibus Leonis Isauri contra *Lud. Maimburgii & Natal. Alexandri* Assertiones fuse tradit: quem tractatum antea Lugd. Bat. 1686. 8. sub tit. *Historia Imaginum restitutæ* ediderat, ubi inter alia statuit,

nullum exemplum usus publici & sacri Imaginum ante *Gregor. Nysseni* & *Paulini Nolani* tempora afferri posse. Adde *Forbesii* instruct. Theologg Lib. VII. c. 6. p. 340. sq.

Ad p. 107. v. 3.

De varia dierum supputatione apud varias gentes vide *Censorinum* de die Natali & ejus commentatores; ex recentioribus autem *Steph. Morini* dissert. de Horis Passionis salvificæ Domini nostri JEsu Christi.

Ad p. 108. v. 22.

Fuerunt nostra quoque ætate, qui totam illam veterum Astronomiam gentilium Mythologiam referentem, ad sacras antiquitates repræsentandas, conformare voluerunt alia signis cœlestibus nomina imponendo. Hoc egit *Guilh. Schickardus* in Astroscopio suo, *Julius Schillerus* in Cœlo Christiano & *Phil. Cæsius* in Cœlo Astronomico Poëtico.

Ad p. 109. v. 5.

De crucis apud veteres Christianos usu vide inprimis *Frontonis* ep. VII. *Novarini* sacra Electa lib. III. c. 14. & *Barthium* in Adversar. lib. 43. c. 27. *Balduinum* item de Calceo p. 218. & inprimis 265. sq. ac *Guil. Caveum* V. C. in Primævo Christianismo Parte I. c. 10.

Ib. v. 17.

Vocis ἀντίλυτρον diversas notiones singulari diligentia ex veteribus eruerunt *Salmasius* de *Transsubstantiat.* p. 30. sqq. & *Jo. Casp.*

Suicerus

Suicerus tum in *Thesauro Ecclesiast*, suo loco tum in *Observationibus sacris* c. IV.

Ad p. 110. v. 22.

De superstitioso *ignis abusu* confer disput. *de cultu Ignis* apud Hebræos sub C. S. *Schurzfleischii* τοῦ μακαρίτου præsidio habitam Wittebergæ *Th. Hyde* V. C. de religione veterum Persarum, & *Arnkielii* commentarium pereruditum de Cimbrorum Ethnicismo.

Ad p. 111. v. 13.

De hac *Arcani disciplina* Ecclesiæ primitivæ Doctoribus recepta confer ipsum Casaub. fusius commentantem & hujus instituti causas edisserentem in Exercit. XVI. Anti-Baron. n. 43. & 44. *Usserium* de scripturis & sacris vernaculis p. 252. *Guil. Cave* de Primitivo Christianismo Parte. I. c. VIII. p. 223. *Dallaum* de Pseudepigraphis Apostolicis p. 157. sq. *Pfannerum* in Systemate Theologiæ Gentilis c. I. §. 9. quos puto præcipuos inter eos, qui in magno scriptorum numero de hoc argumento disseruerunt. His autem addendus omnino erit *Wilh. Ern. Tenzelius* in posteriore parte *Exercitatt. Selectarum*, quæ disputationem de disciplina Arcani, ejusque Vindicias adversus *Schelstrateni* objectiones magna diligentia elaboratas complectitur.

Ad p. 113. v. 20.

De *Chrysostomi* circa Justificationem doctrina confer Dupin in Nova BibliothPatrum Adde Vener. D. *Mayeri* Chrysostomum Lutheranum 1680. ed. quem adversus Jo. Franc. Hac-

kii Jesuitæ Chrysostomum a Lutheranismo vindicatum 1683. 4. asseruit solide in Apologetico pro Lutheranismo Chrysostomi 1686. Ceterorum Patrum loca, quorum nonnulla supra attulit Casaubonus, *sola fide nos justificari* affirmantium collegerunt ex nostratibus præter *Menzerum* in Exegesi August. Conf. Art. IV. *Gerhardus* in Loco de justificat. & *Helvicus* in Vindicatione Locorum V. T. p. 181. sed dignum sane hoc argumentum est, quod a Viro, antiquitatis sacræ perito iterum omni animi contentione tractetur, eo inprimis tempore, quo Viri alioquin eruditissimi in Anglia ac nominatim *Georg. Bullus* nostram de hoc fidei capite doctrinam & S. Scripturæ & Patrum scriptis adversam demonstrare annisi sunt, quam in rem vide Episcopi laudati opera junctim Londini excusa 1703. Qua quidem opera id effecit, ut Episcopus Meldensis Bossuetus dignum eum putaret, cui per epistolam ad Rob. Nelsonum Equitem datam totius Cleri Gallicani nomine ob assertam utriusque de Naturis ac persona Christi & de Iustificatione Articuli doctrinam gratias ageret, quemque ad communionem Ecclesiæ Pontificiæ, & cetera illius placita agnoscenda invitaret. Prodiit ista Epistola anglice tertia vice Lond. 1708. 12. cum Episcopi Bulli responsione, qua nævos & corruptelas Ecclesiæ Romanæ breviter delineat. Ceterum in exponenda doctrina de justificatione Virum hunc confidenter nimis imo erronee de veterũ scri-

ptorum

ptorum ſententia judicaſſe ex Anglis nonnulli agnoverunt, & ex noſtratium ſcriptis abunde patet.

Ad p. 114. v. 26.

De *Purgatorii* origine ex impuris Philoſophiæ Platonicæ fontibus in Eccleſiam derivata idem cum Caſaubono ſtatuerunt ex noſtratibus ſummus Theologus, *Chriſt. Chemnitius* Part. III. Examinis p. 141. ex Reformatis *Ioh. Forbeſius* Inſtruct. Hiſt. Theol. lib. XIII. c. 2, p. 667. *G. J. Voſſius* in Theſibus Theologg. diſp. VI. Tomo. VI. Opp. p. 378. *Origenes*, inquit *fundamenta jaciens Pontificii purgatorii ex dogmate Platonis a Virgilio quoque VI. Æneidos expreſſo primus in Eccleſiam invexit ignem, quo animæ poſt hanc vitam a peccatis purgarentur.* Sed nihilominus tamen triplicem inter purgatorium Origenis ac Pontificiorum, qualè hodie ſtatuitur, differentiam eodem in loco manifeſte demonſtrat. Neque ipſos ex Pontificiis Doctores quosdam Ethnicæ originis puduit, cum *Bellarminus* lib. I. de Purgatorio c. 10. ad gentilium conſenſum provocare non vereatur, quod apertius nuper & diligentius Scriptor Gallus Abbas *Fayditius* fecit in libro gall. quem inſcripſit *Obſervationes in Virgilium & Homerum*, in quibus ex utroque hoc Scriptore Platone item & aliis tum doctrinæ de Purgatorio tum aliis Romanæ doctrinæ capititibus lucem fœnerari anniſus eſt, eo conatu, quem fidei ſocius *Rich. Simonius* explodendum & falſe caſtigandum cenſuit in Biblioth. Critica

Tomo. II. c. 33. p. 483. In veteris instrumenti tabulis nullum ejus præsidium quærendum esse ex purpuratis Patribus Perronius adeo non putavit, ut inter stultos numeret, qui in hac re laboret, cum, quæ ejus est sententia, nec paradisi nec inferni vestigia in illis inveniantur. Vide *Perroniana* voce Purgatorium. Nec amplum huic figmento pretium statuit, aut fidem habet *Patinus*, Gallus, in cujus epistolis legere me memini, purgatorii ignem eo consilio accensum esse, ut ollæ sacerdotum calefierent, & culinæ eorũ instruerentur. De *Origene* hujus sententiæ auctore confer illustris *Huetii* Origeniana lib. II. c. II. §. 5. & ex Anglis *Wilh. Laudum* Archi Ep. quondam Cantuariensem, in Narratione de disputatione cum P. Fischero habita §. 38. Quod ad Patres attinet, eos in statuendo nec *Purgatorio*, nec *tertio* quodam *loco*, qui tamen a purgatorio Pontificio multum diversus est, consentire omnes alii cum Casaubono viderunt, & ex nostratibus quidem Patrum negantium testimonia attulerunt B. *Chemnitius* in Examine Concil. Trident. Part. III. p. 200. *Gerhardus* Loco de morte §. 213. & *Calovius* Tomo XII. egregii systematis Theologici: ex Reformatis *Forbesius* lib. XIII. c. 7. &c. Instructionum. Imo ipsi quoque *Benedictini* Patres, in nova *Ambrosii* editione Tomo. I. p. 384. dissentientes & fluctuantes Patrum in hoc doctrinæ momento animos non dissimularunt. Ex quo patet liberius locutos Duumviros præstantissimos, quo-

quorum alter in *Christeide* p. 270. alter lib. I. *Theolog. Zachar.* §.73. errorem hunc de tertia animarum sede omnium Patrum Catholicum esse pronũciavit. Aliter enim & restrictius de hac re judicandum esse tum ex jam allegatis tum ex *Bebelii* τοῦ μακαρίτου *Examine seriæ disquisitionis de statu, & loco & vita animarum, postquam discesserunt ex corpore*, luculente patet. Qui vero causam hanc cognoscere velit accuratius huic consulendi inprimis erunt præter *Vossium* & *Huetium* loc. cit. *Blondellus* de Sibyll. lib. 2. c. 9. *Dallæus* lib. de pœnis & satisfact. *Windetus* libro peculiari de Vita functorum statu, *White* in lib. ejusdem argumenti & *Henr. Dodwellus*, Vir Ecclesiasticarum ac sacrarum antiquitatum peritissimus, & eximium Angliæ decus in *discursu epistolico de Anima* angl. edito §. 55. p. 240.

Ad p. 115. v. 17.

De *Catechumenorum* desiderio Casaubonus disserit in Exercit. XVI. Anti-Baron. n. XLV. quem locum cum præsenti observatione conferre juvabit. Adde *Tobiæ Pfanneri* librum de Catechumenis antiquæ Ecclesiæ sectione ea, quæ de præparatione Catechumenorum ad suscipiendum rite baptismum differit. Apparet autem ex his eundem hic Christianos morem esse secutos, qui Gentilibus in mysteriis sacris, quæ τελέτας vocabant, receptus erat, ad quarum ἐποπτείαν non admittebatur, nisi qui eam certo tẽpore ãte spe atque cogitatione præceperat, qua de re vide quæ dixi ad *Philosophu-*

mena, Origeni adſcripta, p. 9. ubi illuſtris exſtat locus, qui fidem facit, hæreticos quoque diſcipulos ſuos ad percipienda nefaria dogmata diuturna exſpectatione præparaſſe. Verba ita habent: βιαϑεὶς, inquit Auctor, πρόειμι, δείξων αὐτῶν τὰ ἀπόῤῥητα μυςήρια, ἃ τοῖς μυȣμένοις κατὰ μεγάλης ἀξιοπιςίας παραδιδόασι, ȣ̓ πρότερον ὁμολογήσαντες, εἰ μὴ τὸν τοιȣ͂τον δȣλώσωνται, χρόνον ἀνακρεμάσαντες καὶ βλάσφημον πρὸς τὸν ὄντως ϑεὸν κατασκευάσαντες καὶ περιεργίαν γλιχόμενον τῆς ἐπαγγελίας ἴδωσι. Καὶ τότε δοκιμάσαντες δεόμενον εἶναι τῆς ἁμαρτίας μυȣ͂σι, τὸ τέλειον τῶν κακῶν παραδιδόντες ὅρκοις δήσαντες μήτε ἐξειπεῖν μήτε τὸ τυχόν τι μεταδȣ͂ναι, εἰ μὴ ὁμοίως δȣλωϑείη. Ita quoque hunc locum in repetita Hamburgi Philoſophumenon editione Cl. *Gronovii*, qui optimo conſilio ea primus ex Codice Mediceo Tomo X. Theſauri Antt. Gr. edidit, veſtigiis inſiſtens exhibui, quanquam non una de corruptione loci conjectura etiam tum animo ſubnaſcebatur, quam tamen Codicis ſubſidiis deſtituto detegere ac perſpicere mihi non licebat. Poſtquam autem a V. C. *Jo. Ern. Grabio*, Fautore Optimo, copia mihi facta eſt Collationis, quam ipſe ad fidem apographi, de quo ſupra, Sancroftiani imperfecti & prolegomena tantum exhibentis, inſtituit, vidi, verba iſta ad fidem iſtius MS. ex quo Vir Cl. edidit ita repræſentanda fuiſſe, ut pro περιεργίαν legatur περιεργῶς, pro δεόμενον autem δέσμιον, ac denique pro τὸ τυχόν τι ipſo codice

ita

ita jubente & me in notis confidenter affirmante τῷ τυχόντι ponatur. Tum enim sensus verborum erit manifestus, qui ex priori lectione non nisi conjiciendo & ne sic quidem exsculpi poterat. Jam enim ita totum locum vertere licebit: *Vel invitus aggredior ad arcana illorum mysteria manifestanda, quæ initiandis cum magna veri specie tradunt, non autem profitentes nisi ejusmodi hominem* (initiandum) *longo tempore animo suspensum tenentes subegerint & injurium reddiderint in verum DEum, soliciteque promissionis cupidum conspexerint. Et sic denique experti eum peccatis constrictum esse sacris suis initiant, cumulum malorum tradentes, postquam jure jurando ipsum obstrinxerunt, ne quicquam effutiat aut cum quoquam communicet, nisi qui simili ratione in servitutem redactus fuerit.* Sed de his & aliis emendationibus alias plura.

Ad p. 118. v. 4.

Multo plura eaque illustria Patrum loca, in quibus ἐκκλησία de *templo* dicitur collegit J. C. *Suicerus* in Thesauro Ecclesiast. T. I. p. 2053. qui idem Tomo II. ostendit, προσευχὴν usurpari de loco, precibus faciendis accommodato quæ vocis notio etiam obtinere quibusdam minus ut puto, recte videtur Act. XVI. 13. ad quem præter Interpret. conferri suaserim V. C. *Lamb. Bos* in diatribe Philolog. ad h. l. *Steph. le Moine* in notis ad Varia Sacra p. 71. & *Nortonum Knatchbullum* p. 366. suarum in N. T. Animadversion. De illis Judeorum *Proseuchis* fusius dixerunt Vir eruditissimus *Campeg. Vitringa*

Franequeranus Theologus, *de Synagoga Veteri* Part. I. c. 4. p. 119. sq. *Melch. Leydeckerus de Republica Hebræorum* lib. VIII. c. 6. p. 531. sq. *Io. Braunius* in Selectis sacris lib. V. Exerc. VI. p. 774. *Lud. Capellus* in Opp. Posthumis p. 271. *Doughtejus* Analect. N. T. Exc. 55. *Henr. Valesius* in notis ad Euseb. p. 27. ac Wilh. Ern. *Tenzelius* singulari dissertatione Witteb. 1682. habita.

Ib. v. 24.

De *docta ignorantia* librum singularem data opera scripsit Nicol. Cusanus. Speciatim autem varii scriptores in divinarum rerum tractatione commendarunt. Sic memini, Tertullianum de præscript. adversus Hæreticos n. 4. dicere. *Cedat curiositas fidei, cedat gloria saluti: certe aut non obstrepant, aut quiescant adversus regulam. Nihil scire, omnia scire est.* Adde omnino *Petavium* in prolegomenis ad dogmata Theologica cap. VI. p. 17. & *Io. Forbesium* lib. I. c. V. Instructionum Histor. Theologic. Digna quoque est, quæ hanc in rem legatur Venerandi Præsulis D. *Henrici Pippingii* dissertatio de curioso Novitatis studio Lipſ. 1687. habita, & inter Exercitationes Academicas ejusdem non ita pridem recusa; cui adjunges, si placet, D. *Adami Rechenbergii* Lipsiensis Professoris Theologi utramque de malesana & sana in Theologia curiositate dissertationem Jen. 1672. & 1675. habitam.

Ad p. 113. v. ult

Ex *Judaismo*, quem Chrysost. hic tam diversum a Christianismo & recte quidē statuit, multos

tos ritus & complura instituta in Christi Ecclesiam translata esse a variis tum generatim tum in specialibus momentis est demonstratum. Videatur ex multis *Steph. le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 22. sq. p. 954. & 955 *Jobus Ludolphus* in commentario ad Hist. Aethiop. p. 365. sqq. *Rich. Simon* in Exercitatione, quae addita est libro *Leonis Mutinensis* de ritibus hodiernor. Iudaeorum, gall. ab ipso verso & à Val. GrosgebaueroLàt. translato, quae exhibet collationem ceremoniarum Judaicarum cum disciplina Ecclesiast. Adde V. C. *Jo. Fr. Buddeum* in praefat. ad Parerga Histor. Theolog. p. 27. & in duabus dissertatt. quas de ritibus Ecclesiae Lâtinae Judaicis erudite conscriptas in ipsis Parergis p. 63. exhibet. Taceo *Mart. Geieri*, Theologi praestantissimi Conformitatem Judaeo Papisticam. Simili ratione ex gentilismo inprimis sub Constantini M. tempora varia in imitationem a Christianis traducta esse constât. Quorum vestigia itidem in Romana inprimis Ecclesia quidam sibi observasse visi sunt. Evolve ex nostratibus *Nic. Hunnium* de Apostasia Rom. Ecclesiae passim, *Gerhardum* Tomo. V. Locor. Theolog. de Ecclesia §. 227. *Jo. Adamum Scherzerum* in programmate XVIII. & Mussardum libro singulari vernaculo. Adde *Franc. de Croy* librum gallicum, quem inscripsit: *Trois Conformitez* &c. quo harmoniam & convenientiam Ecclesiae Romanae cum Paganismo, Iudaismo, & haeresibus antiquis repraesentat. Sunt ex ipsis

ſis Pontificiis, qui nonnulla ſe Gentiliũ inſtitutis & exemplo debere non diſſimulant, quod candide paſſim profitetur *Polydor. Virgilius* de rerum Inventoribus, & H. C. *Agrippa* de Vanitate & Incertitudine Scientiarum. Hi conſentientem habent *Baronium* in Annalibus ad A. C. XXXVI. *Marolleſium* in commentariis ſuis, quos gallico nomine *Memoires* appellat Part. II. p. 209. & *Bulæum* in Theatro Antiquitt. Rom. p. 581. Utriusque horum teſtimonia affert *Balius* in Cogitationibus ſuis de Cometis §. 85. p. 231. ſq. quem & vide in *Continuatione* iſtarum Cogitationum p. 371. Venit hic in mentem recordari *Jac. Hugonis*, qui in Hiſtoria ſua Romana Romæ 1657. edita p. 1. profanis gentilium dogmatibus ſacra myſteria confirmanda eſſe arbitratur, idque paſſim toto iſto libro agit.

Ad p. 119. v. 11.

De *Ædicula* iſta Mariæ, quam Nazaretho *Lauretam* ajunt translatam exſtat ſingularis diſſertatio *Chriſt. Kortholti* ꝟ μακαρίτου in Exercitatt. ejus Anti Baronian. nuper admodum recuſis, ut libros variorum inprimis *Berneggeri* & *Vergerii* de eodem argumento editos non commemorem. Neque tamen omittendum puto, quod Vener. *Benthemius* in Statu Belgii Eccleſiaſt. & Scholaſt. Parte II. p. 404. a Stephano le Moyne ſibi relatum refert de Sirmondo, qui propriis oculis edoctus, ædiculam iſtam non Architecturæ in Oriente receptæ, ſed vulgaris Italicæ & quam adſtantes ædes referebant, ſpeciem

præ

præ se ferre, Baronio detectam a se fraudem aperuerit, qui etiam ultro suam de ea Narrationem ex Annalibus suis se expuncturum receperit, promissi facti deinde parum memor. Inscriptio, quæ in ædicula legitur, repetita est a *Wagenseilio* in Pera Iuvenil. Librorum Loculam. II. p. 246.

Ad p. 119. v. 18.

Punicos illos Plautini *Pœnoli* versus ex cognatis linguis interpretari aggressi sunt alii, quos CL. *Fabricius* in Biblioth. Lat. p. 5. tanta copia & diligentia affert, quæ nulli spicilegio locum relinquit. Præcipui ex illis sunt V. C. *Joh. Clericus* Tomo IX. Biblioth. Vniversalis p. 246. *Bocharti* vestigiis II. 6. Geographiæ Sac. impressis fere insistens, & summe Rev. *Val. Ern. Læscherus*, qui in Commentario de Causis Linguæ Hebr. p. 31. etiam in hoc momento sagacis ingenii perspicaciam demonstravit. Interim negare forte non licebit, de plerisque horum versuum Interpretibus vere dici, quod *Steph. Morinus* Exercit. I. de Lingua Primæva & ejus Appendicibus c. XII. p. 117. pronunciavit *eos* scilicet *effrænem licentiam quasdam literas addendi aut amovēdi etiamq; permutandi usurpare, & commodos sensus non assequi, nunquam etiā inter se convenire.*

De ipsa *Lingua Punica*, & literarum ejus forma ac antiquitate multa quoque nostra inprimis ætate inter eruditos fuit disputatio, quod patebit ex Illustris *Spanhemii* eximio de præstantia & usu Numismatum Opere differt. I.

Steph.

ſis Pontificiis, qui noñulla ſe Gentiliū inſtitutis & exemplo debere non diſſimulant, quod candide paſſim profitetur *Polydor. Virgilius* de rerum Inventoribus, & H. C. *Agrippa* de Vanitate & Incertitudine Scientiarum. Hi conſentientem habent *Baronium* in Annalibus ad A. C. XXXVI. *Marolleſium* in commentariis ſuis, quos gallico nomine *Memoires* appellat Part. II. p. 209. & *Bulæum* in Theatro Antiquitt. Rom. p. 581. Utriusque horum teſtimonia affert *Balius* in Cogitationibus ſuis de Cometis §. 85. p. 231. ſq. quem & vide in *Continuatione* iſtarum Cogitationum p. 371. Venit hic in mentem recordari *Jac. Hugonis*, qui in Hiſtoria ſua Romana Romæ 1657. edita p. 1. profanis gentilium dogmatibus ſacra myſteria confirmanda eſſe arbitratur, idque paſſim toto iſto libro agit.

Ad p. 119. v. 11.

De *Ædicula* iſta Mariæ, quam Nazaretho *Lauretam* ajunt translatam exſtat ſingularis diſſertatio *Chriſt. Kortholti* τ͂ μακαρίτου in Exercitatt. ejus Anti Baronian. nuper admodum recuſis, ut libros variorum inprimis *Berneggeri* & *Vergerii* de eodem argumento editos non commemorem. Neque tamen omittendum puto, quod Vener. *Benthemius* in Statu Belgii Eccleſiaſt. & Scholaſt. Parte II. p. 404. a Stephano le Moyne ſibi relatum refert de Sirmondo, qui propriis oculis edoctus, ædiculam iſtam non Architecturæ in Oriente receptæ, ſed vulgaris Italicæ & quam adſtantes ædes referebant, ſpeciem

præ

præ se ferre, Baronio detectam a se fraudem aperuerit, qui etiam ultro suam de ea Narrationem ex Annalibus suis se expuncturum receperit, promissi facti deinde parum memor. Inscriptio, quæ in ædicula legitur, repetita est a *Wagenseilio* in Pera Iuvenil. Librorum Loculam. II. p. 246.

Ad p. 119. v. 18.

Punicos illos Plautini *Pænoli* versus ex cognatis linguis interpretari aggressi sunt alii, quos CL. *Fabricius* in Biblioth. Lat. p. 5. tanta copia & diligentia affert, quæ nulli spicilegio locum relinquit. Præcipui ex illis sunt V.C. *Joh. Clericus* Tomo IX. Biblioth. Vniversalis p. 246. *Bocharti* vestigiis II.6. Geographiæ Sac. impressis fere insistens, & summe Rev. *Val. Ern. Læscherus*, qui in Commentario de Causis Linguæ Hebr. p. 31. etiam in hoc momento sagacis ingenii perspicaciam demonstravit. Interim negare forte non licebit, de plerisque horum versuum Interpretibus vere dici, quod *Steph. Morinus* Exercit. I. de Lingua Primæva & ejus Appendicibus c. XII. p. 117. pronunciavit *eos* scilicet *effrænem licentiam quasdam literas addendi aut amovēdi etiamq; permutandi usurpare, & commodos sensus non assequi, nunquam etiā inter se convenire.*

De ipsa *Lingua Punica*, & literarum ejus forma ac antiquitate multa quoque nostra inprimis ætate inter eruditos fuit disputatio, quod patebit ex Illustris *Spanhemii* eximio de præstantia & usu Numismatum Opere dissert. I.

Steph.

Steph. Morino l. c. Cl. *Clerico* Tom. XI. Bibl. Selectæ Art. II. p. 104. & inprimis ex *Jac. Rhenferdii*, literarum Orientalium intelligentissimi *Periculo Punico*, quo summam ingenii sagacitatem aliis speciminibus ac præsertim *Periculo Palmyreno* probatam, cum laude exercuit.

Ad p. 122 v. 6.

Nominis *Carthago* etymologiam, quam Casaubonus per umbram vidit, in majore luce collocarunt eruditi, dictam eam putantes קרתא חדתא i. e. *urbs nova*. Vide *Drusium* Obss. Sacr. VII. 8. & *Gatakerum* de Stylo N. T. p. 14.

Notæ ad Annotata in Baronium.

Ad p. 124. v. 16.

De illa Judæorum διασπορᾷ diligenter disserit *Jo. Braunius* in Selectis sacris lib. I. c. I. toto ubi etiam §. 14. διασποράν Ελλήνων, quam Johannes VII. 35. commemorat, quamque Casaub. ad Græcas nationes trahit, de Judæis intelligi vult.

Ad p. 126. v. 19.

De *peregrinationibus Pauli* consule *Jo. Pearsonii* Viri Doctissimi Annales Paulinos; *Christoph. Cellarii* Itinerarium Apostolicum Halis Sax. 1700. recusum. Itinera Pauli ex Actis & epistolis ejus descripsit *Pet. Appianus Benevicius*, sicut *Wilckius* Peregrinationem Pauli Macedonicam exposuit. Adde Scriptores Vitæ Paulinæ, quos cōmemorat Cl. *Fabricius* Tomo II. Codicis Apocryphi N. T. p. 790. sq. quibus adjunges *Herm. Witsii* Meletemata Leidensia Lugd. Bat. 1703. edita

edita, quorum dimidia fere pars prælectionibus de vita & rebus gestis Pauli absolvitur.

Ad p. 127. v. 8.

De vocis *Symboli* varia significatione, & qua notione quave origine ad Confessionem fidei designandam trahatur, commentatur *Suicerus* in Thesauro Ecclesiast. suo loco. A *tessera militari* repetit hanc appellationem Vossius disp. I. de Symb. §. 19. vel etiam *tessera compacti*. Vid. §. 20. Etymologiam quæ Casaubono veri visa est simillima, egregie nuper adstruxit *Pet. Kingius*, JCtus Anglus sed Ecclesiast. antiquitatis peritissimus, in eleganti libro Anglice scripto ac Lipss. 1706. sub tit. *Historia Symboli Apostolici* Lat. recuso, confutatis illis, qui vel a Symbola singulorum Apostolorũ vel a *militia* deductũ & in sacros usus adhibitũ existimant. Memini, *Henr. Valesium* in not. ad Euseb. p. 219. b. ista Symbola & signa, quæ inter gentiles initiatis tradi consveverunt, quibus sese internoscerent Symmystæ, a Christianis imitatione expressa putare in eo, quod Eucharistiam vel Communionem signum communionis haberent. Ceterum aliam observavi apud Græcos Scriptores significationem vocis *σύμβολον*, quæ non prorsus videtur aliena ab Ecclesiastica hac notione. Σύμβολα enim nonnunquam *contractus leges* & *privilegia* significant, quam in rem vide *Steph. le Moyne* in not. ad Varia Sacra p. 325. & Valesium ad Harpocrat. voce *σύμβολα*, ubi Vir græce doctissimus observat *σύμβολα* in quodam Dionysii loco

signi-

ſignificare pacta & leges, quibus populi amici ac fœderati controverſias, ſi quæ orirentur, dirimere ſanxerunt. Conferatur idem ad notas *Mausſaci* p. 334. & *Ioach. Kühnius* p. 555. b. ad Laërt. X. 150.

Ad p. 127. v. 22.

Dubitat Caſaubonus de ſtatua, quam Romæ poſitam *Simoni* tanquam Deo refert Iuſtin. Martyr. Plerique noſtræ ætatis eruditi hanc narrationem explodendam cenſuerunt, certiſſime perſuaſi, Juſtinum ex Lat. Linguæ imperitia *Semonem Sancum Deum Fidium*, cui dedicata ſtatua commemoratur a *Grutero* p. 96. Theſauri inſcriptionum, cum Simone hoc Mago confudiſſe, qua de re laudatis ſcriptoribus præcipuis, erudite diſſerunt Rev. D. Th. *Ittigius* in diſſert. de Hæreſiarchis diſſ. I. Sect. I. c. 1. p. 27. ac nuper in ſelectis Capitibus H. E. Sæculi I. & *Joh. Mullerus* in Homonymoſcopia p. 205. ſqq. quibus adde, quod nuper admodum poſt *Baronium*, *Hammondum*, *Halloxium*, *Spencerum* & *Grotium* Juſtinum ab errore ipſi objecto vindicare conatus ſit *Boilavius* in Colloquiis Criticis gall. editis, eo uſus argumento, quod vix veri videatur ſimile, tantum Virum cum aliis rei Chriſtianæ invigilantibus errorem & figmentum objecturum fuiſſe, cujus detectio obvia erat & expedita. Sed iſti quidem ſe oppoſuit *Rich. Simonius* Tomo I. Bibl. Crit. c. 34. recte monens, argumentationem ab abſurdo nihil efficere ubi res ſit manifeſta. *Hammondo*

&

& *Spencero* satisfecit *Ant. VanDalen*, singulari dissertatione, quam de hac Statua conscriptam addidit posteriori libri sui de Oraculis editioni, quã recensens Clar. Clericus Tom. III. Bibl. Selectæ p. 121. argumenta illa responsione indigna esse pronunciat, quæ nescio quis, sibi, Hammondo in Additionibus ad notas ejus in N. T. contradicenti, opposuerit. Præter hos Abbas *Richardus* in Critica sive Examine Præjudiciorum, quæ *Pet. Jurius*, Theologus Roterodam. Romanæ Ecclesiæ objecit, *cap.* L. & *Tillemontius*, Vir exquisitæ in Antiquit. Ecclesf. doctrinæ in Tomo II. Commentariorum, ad Historiam Ecclesiast. pertinentium, magno eruditionis apparatu, nec vano cõnatu Justini Mart. vindicias susceperunt, quorum argumenta nemo adhuc, quod sciam, ad examen revocavit.

Ad p. 129. v. 1.

Vtrum Græce an Lat. scriptum *Marci* Evangelium putari debeat, disputat ex Pontificiis *Claud. Frassenius* in Disquisition. Biblicis p. 672. ex nostratibus *Augustus Pfeifferus* in Critica Sac. p. 63. *Christian. Kortholtus* de variis Bibliorum editionibus p. 71. & Cl. Fabricius Biblioth. Græc. lib. IV. c. V. p. 131.

Ad p. 131. v. 1.

Vocem Ἀλαβάρχης in Cicerone Juvenali, Josepho & aliis occurrentem semi-Ægyptiam esse observavit *Bochartus* Parte II. Hierozoici p. 888. De significatione dignus est qui lega-

tur *Henr. Valesius* ad Eusebium p. 27, ubi observat, hoc nomine summum Magistratum appeltum esse apud Judæos Alexandrinos, qui alio nomine etiam ἐθνάρχης & γενεάρχης dictus sit. Ipse risus & contumeliæ causa nomen hoc formatum putat.

Ad p. 131. v. 20.

Cur *Paulus Petro* nonnunquam *præponatur*, causam obviam & verissimam dedisse mihi videtur Cl. *Clericus* in not. ad Dav. Clerici Quæst. Sacras p. 136. ad familiarem S. Scripturæ consuetudinem provocans, qua ordinis rationem non semper habere intelligitur. Interim mireris, in Numismatibus & Sigillis Ecclesiæ Rom. Pontificum Maximorum auctoritate factis Paulum semper a dextra Petrum a sinistra conspici, quod observavit *Valesius* ad Euseb. p. 50. ex Baron. *Leo Allatius* lib. I. de consensu Orient. & Occident. Ecclesiæ & novissime V. C. *Philippus Bonannius* in erudito commentario de Numismatibus Pontificum, qui in causas hujus moris sollicite inquirit. Certe non putarim *Ant. Nebrissensis* sententiam cum veritate bene convenire, qui c. 39. Quinquagenæ vel ex hoc cõficere vult, olim eum, qui sinistrum occuparet locum, superiorem fuisse eo, qui dextrum teneret. Contrarium ut credamus ex veterum monumentis persuadent *Doughtejus* in Analect. V. T. Exc. CVIII. *Ciacconius* de Tricilinio & *Jo. Georg. Dorscheus* in Pentadecade p. 480. sq.

Ad

Ad. p. 131. v. ult.

De illa *Pauli cum Petro Disputatione*, vide ex nostratibus *B. Quenstedii Theologi meritiss.* diss. *de Paulina Petri Increpatione*, ex Pontificiis *Schelstratenum*, in Antiquitat. illustratis p. 140. ex Anglis Virum præstantissimum *Gvilh. Caveum* in vita Barnabæ p. 39. Miri videntur illi, qui diversum ab Apostolo Petrum somniare hic ausi sunt, quos confutavit scriptor diligentissimus *Tillemontius* Tomo I. Commentariorum ad Histor. Eccles. facientium.

Ad p. 132. v. 30.

Vulgati Lectionem adstruit Codex *Bezæ* Cantabrig. quem pro ἐνομίζετο legere ἐδόκει post alios monitum est a Colomesio p. 130. Obs. Sacr. qui addit, Epiphanium hæresi 68. contra Messalianos huic lectioni favere, quem locum hic quoque Causabonus innuit. At mihi quidem videtur τὸ ἐδόκει glossema esse librarii, verbum ἐνομίζετο, quod non recte intellexerat, exponere cupientis. Neque enim τὸ ἐνομίζετο quod iste sibi persuasit, hoc loco significat *putabatur*, aut *videbatur*, sed potius id est, quod Latine diceretur *lege* vel *consuetudine sancitum erat*, quod idem est ac *solebat*, quomodo vertunt B. *Lutherus*, *Erasmus* & *Beza*. Istam autem verbi hujus significationem & apud veteres adhiberi & hic locum habere posse ostendit egregius interpres *Erasm. Schmidius* in not. ad h. l. ut sensus verborum οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι iste sit: *Ubi consuetudo erat precationem fieri*. Nec aliter

ter interpretatus est *Knatchbullus* in notis ad h. l. p. 366. ita vertens: *ubi domus orationis lege sancita est esse.* Sed non video satis causæ, cur hic a communi vocis προσευχῆς significatione abeamus, & *locum* potius *precibus destinatum* quam *preces* ipsas designari existimemus, cum Apostolis & primis Christianis non insolens fuerit sub dio propter flumina ad exemplum forte Johannis Baptistæ, cultui divino vacare.

Ad p. 133. v. 1.

Quam varie *traditiones* apud veteres dicantur, non solum nostrates Theologi atque inter eos inprimis *Chemnitius* in Exam. Concil. Trident. ostendit, sed idem data opera præstitit *Svicerus* in Thesauro Ecclesiast. sæpe laudato Tom. II. p. 577. quo Casauboni assertioni fides ampla fieri potest. Adde librum Anglicanum Amstelod. 1688. 12. gallice editum sub tit. *Apologie pour l Eglise Anglicane*, cum dissertatione *de usu traditionum*, qua non solum diversæ vocis acceptiones eruuntur, sed & art. 4. speciatim ex Constantini dicto apud Theodoretum lib. 1. c. 6. & aliis locis evincere Auctor allaborat, per traditiones in primitiva Ecclesia celebratas intelligi debere confessiones, quas edere & communicare inter se solebant Ecclesiæ particulares, quarum neutra ab altera dependebat. Confer *Acta Erudit. Lipsiens.* 1688. p. 300.

Ad p. 133. v. 10.

Reliquias seculo demum a C. N. IX. in altaribus publice exponi cœptas fatetur scriptor Gal-

lus

lus pereruditus *Thierſius* in Critica ſ. Examine Hiſtoriæ Flagellantium p.254. De novitate cultus illarum adde *Chriſt. Kortholtum* Diſſert. Anti-Baron. VIII. Fraudes hic paſſim fieri imprudentibus & minus cautis non diffitentur ex Pontificiis cordatiores, inter quos jure numerari debent *Jo. Launoyus* in Opuſculo de cura Eccleſiæ pro Sanctis & Sanctorum reliquiis ac Sacris Officiis ab omni falſitate vindicandis Pariſ. 1658, 8. & *Rich. Simonius* Bibliothecæ Criticæ Tom. II. p. 281. ſq. ubi refert ex *Fulcherii* Hiſtoria Hieroſolymit. impoſtorem quendam temere finxiſſe ab Andrea oſtenſum ſibi eſſe locum, in quo lancea, qua ſervator ſit transfoſſus, inveniatur. Hæc igitur cum in magno apud rudem plebem pretio Epiſcopis autem non uno nomine ſuſpecta eſſet, hi impoſtoris illius fidem per ignem probari juſſerunt, quem cum audax tranſiiſſet duodecim poſt diebus obiit & lancea illa priore exiſtimatione excidit. Non præter rem Simonius ſuſpicatur, ſi idem ſingulis, qui novas oſtentarint reliquias, periculum fuiſſet ſubeundum, earum numerum multo jam futurum fuiſſe minorem. Illuſtre quoddam hujusmodi impoſturæ exemplum affert Bælius Tom. III. Dictionar. p. 2543. not. & ſæpius ejusmodi fraudes contigiſſe vel ex multiplicatis iisdem numero reliquiis & in diverſis locis oſtentatis patet, quam in rem lege *Io. Ferrandi* Anicienſis *Disquiſitionem Reliquiariam* ſive de ſuſcipienda & ſuſcepta earundem numero

reliquiarum multitudine Lugd. 1647. 4. & *Baelium* Dictionar. Tom. I. p. 63. H. & Tom. III. p. 2732.

Ad p. 134. v. 3.

Eximias Casaubonus duxit lineas diatribes *de Stilo Paulino*, quam utinam penitus effinxisset. Quod cum per alia negotia ipsi non licuerit, dignum tamen est argumentum, in quo se Græcæ L. gnarus exerceat. Conferre illi præter eos, quorum Casaubonus ipse indicium fecit, licebit *Stolbergium* de solœcismis p. 53. sq. ubi stilum Pauli a solœcismis vindicat, & quo sensu se 2. Cor. XI. 6. ἰδιώτην τῷ λόγῳ appellet, eleganter edisserit. *Elias Benedictus* V. D. inter Reformatos Minister non ita pridem in Defensione usus Psalmorum ex Marotti versione stylum Pauli barbarum, & novis ac insolentium significationum plenis vocibus scatentem dixerat, acerbius nonnihil sed solide confutatus a V. C. *Taco Hajo van den Honert* singulari dissert. quam syntagmati suo scriptorum de stylo N. T. 1702. edito subtit. *Amicæ Expostulationis* inseruit, qui alio etiam tractatu stilum N. T. generatim a barbarismis vindicavit. Multa quoque de Pauli stilo nec vulgaria monuit scriptor Anglus ingeniosissimus Io. Locke in præf. ad Commentar. suos in ejus epistolas, sed quorum nonnulla accuratum Lectoris judicium & examen requirunt. Exstat etiam Cl. *Kirchmayeri* Prof. Witteberg. de Eloquentia Pauli dissertatio. Sed de hoc argumento alias dicam diligentius.

Ad

Ad p. 139. v. 26.

De *prætorio* & isto speciatim epistolæ ad Philippenses loco disputatum ante aliquot annos est inter eruditissimos Viros *Vlricum Huberum* & *Jac. Perizonium*, quorum iste prætorium putavit esse urbanum juri dicundo auditorium partemque palatii Cæsarum; hic prætoriarum cohortium corpus, seu castrum, ubi Romæ prætoriani tendebant, unde submittebantur cohortes, quæ per vices ad palatium Cæsarum stationem agerent, intelligi voluit, quæ posterior sententia mihi quidem verior videtur. Vide Viri Doctissimi disquisitionem de Prætorio cum alibi tum maxime in urbe Roma &c. Franeqv. 1690. 8. Adde Acta Erud. 1691. p. 237. sq. quorum eruditi & industrii Autores totam causam commemoratis quæ utrinque prodierunt, scriptis exponunt. Ad ista quæ hic habet Casaubon. confer ejusdem prolegom. ad exercit. p. 29.

Ad p. 140. v. 12.

De *Essenis* s. *Essæis* fuse commentatus est Jos. Scaliger tum alibi, tum data opera in Elencho Trihæresii Serarii, quem vide. Tanta præter hunc est de hoc argumento scriptorum copia, ut enumerari ægre possint: potiores igitur commemorabo, qui mihi videntur *Ianus Drusius* de sectis lib. IV. *Hottingerus* Thes. Philol. lib. I. c. 9. *Fullerus* Miscellan. lib. I. c. 1. *Salmasius* ad Solinum p. 430. sq. & Cl. *Iac. Basnage* in Historia religionis Judæorum lib. II. c. 12. & 13.

Ad p. 142. v. 8.

Hallucinationes Baronio multas obtigisse ex Hebr. & Græc. linguæ ignoratione ostendit Casaub. passim in Exercitationibus suis, & specimina aliquot luculenta habes in ejusdem prolegomenis p. 16. congesta. Baronium græce prorsus nescisse affirmat *Scaliger* in Scaligeranis p. 47. Confer *Montacut.* in Apparatu suo passim & *Rich. Simonium* in epistolis selectis p. 242. qui, si recte memini a Sirmondo multa ei ex græco versa esse Latine testatur.

Ad p. 142. v. ult.

Recte de his *Origenis in Jobum* Commentariis statuisse Casaubonum patet ex V. C. Huëtii Origenianis lib. III. p. 274. qui Arianum quendam mavult eorum Auctorem dicere, quemadmodum præter *Labbeum* & *Georg. Bullum* in Defens. Fidei Nicenæ varii manifesta vestigia Arianismi in illis observarunt.

Ad p. 143. v. 7.

Rich. Montacutius itidem istam Baronii confidentiam minus verisimilia nec ulla ratione probata pro demonstratis Lectori obtrudendi notavit p. 156. *Apparatus* his verbis: *Usitata est Baronio Cardin. demonstratio, qui plerumque novas & inauditas nec probabiles sententias suas solet persuadere*: Fateri opus est, certum est, nulli dubium est, nulla debet esse dubitatio. De re ipsa, quod scilicet Osius non a Sylvestro sed Imperatore missus sit, graviter & solide adversus Baronium disputat Casaubonus in libro de Libertate Eccle-

clesiast. c. III. sect. II. p. 126. sqq. ubi postquam non sine indignatione Baronii hoc gratis affirmantis confidentiam castigaverat, & variorum Pontificum, ut puta Leonis ep. IX. ad Theodos. & ep. XLIII. ad Marcianum, item Liberii ad Constantium mentionem fecerat, qui non quidem suo arbitrio propriisve auspiciis synodum aut Concilium coëgerant, sed Imperatores, ut ipsi cogerent, adhortati erant, de Niceno Concilio speciatim p. 128. ostendit, illud non a Silvestro sed Imperatore convocatum esse. Ita enim ait: *Omitto similia exempla, quae sunt plurima: ex quibus nemo sanus collegerit, Imperatorem jus indicendi synodos non habere: verum illud potius clare ac manifeste ex istiusmodi testimoniis consequitur: episcopos praesertim vero Romanum, ut praecipuae sedis Antistitem, pro cura pastorali sua in Ecclesia Dei de indicendis Conciliis solitos Principibus aurem vellere: Principes pro auctoritate, quam habent supremam in Republica, cujus pars Ecclesia, concilia indixisse. Ergo etiam Nicenum ab Imperatore esse indictum & ratio manifesta suadet, & testimonia veterum scriptorum evincunt. Eusebius* lib. III. *de rebus Constantini literas Imp. quibus haec synodus convocata* διάταγμα *Constantini adpellat, mandatum & jussionem. Theodoretus* lib. I. Constantinus, inquit, spe componendi tumultus Alexandrinos falsus τὴν πολυθρύλλητον ἐκείνην πιστὴν εἰς τὴν Νικαέων συνήγειρε σύνοδον celebrem illam in urbe Nicaensium synodum fidelium congregavit. *Sozomenus de eodem*: συνεκάλεσε σύνοδον εἰς Νίκαιαν τῆς Βιθυνίας, convoca-

vit synodum Nicaeam in Bithynia. *Socrates & Gelasius aliique in eam rem verbo συγκροτεῖν usi: quin ipsi quoque Niceni Patres initio epistolæ ad Alexandrinos a Deo & Imp. συγκροτηθῆναι se testantur. Id verbi solent Græci scriptores Ecclesiastici de eo usurpare, qui auctor fuerit synodi alicujus habendæ, & qui indixerit, proprie de choragis Atheniensium dicebatur quorum erat munus chorum in tribu sua proprio sumtu instruere, quo respexit Eusebius, cum hanc ipsam synodum appellat* χορείαν Επισκόπων chorum episcoporum & εἰκόνα χορείας Αποςολικῆς imaginem chori Apostolici. *Dicitur & de Imperatore, qui cogit exercitum: nam συγκροτεῖν ςράτευμα passim leges in historiis Græcorum. Theodoretus & Sozomenus de Synodo Cæsarea in Palæstina aliquot post annis celebrata utuntur vocibus προσέταξεν & ἐκέλευσεν ac jussu Constantini illam habitam significant.* Plura addit Vir doctissimus ad idem argumentum spectantia, sed quæ prolixiora sunt, quam ut hic describi possint.

Ad p. 144. v. 3.

Quid de Critica facultate Baronii judicandum sit, nemo rectius vel judicavit, vel ostendit Casaubono in Prolegomenis ad Exercitt. l. c. ubi p. 18. fatetur, eum *in hac parte multa vidisse & de multis scriptoribus præclare judicasse*, sed eundem *observat locis innumeris, ubi de exaltatione Papæ agebatur, aut alia re simili quam ipse cordi habebat, legitimæ Criticæ oblitum narrationes suas utilitati accommodasse.*

Ib. v.

Ib. v. 27.

Quod Baronius *Centuriatorum Magdeburgensium* tam parce meminit,eo magis illi vitio verti poteſt, quod, judiceScaligero ſua illis debeat. Ait enim iſte in Scaligeranis p. 47. *Nihil habet, quam quod Centuriatores fecerunt, & illos perpetuo reprehendit: putant ita tegere ſua furta.* Qua tamen in re liberalius judicaſſe virum ſummum nemo negaverit, qui eum plura quam iſti in nonnullis capitibus & vidiſſe, &, pluribus ſcilicet ſubſidiis inſtructum, videre potuiſſe meminerit. Interim ſilentium ſuum approbavit Baronius Auctori Ephemeridum Pariſienſ. an. 1665. p. 109. edit. Lat. lege hanc in rem, ſi placet Vener. D. *Mayeri* Eclogam de fide Baronii & Bellarmini ipſis Pontificiis ambigua p. 13. ſq. & *Petr. Balii* Dictionarium Hiſtorico-Criticum Tomo I. p. 1031. b. Fuiſſe Baronio hoc conſilii, utCenturiatores tacitus oppugnaret,diſſimulare ipſe non potuit in Gratiarum actione ad Phil. Nerium Tomo VIII. Annalium præfixa. Æquum de Centuriatoribus judicium alii, ex ipſis etiam Pontificiis ſuum fecerunt. Lege, ſi placet Vener. J. A. *Schmidii*, Helmſtad. Theologi Conſiliũ de emendandis & continuandis Centuriis Magdeburgenſ. & *Sagittarii* Introduct. ad Hiſtor. Eccleſ. c. XIII. Quod ad conſuſos *Hilarios* Sardum Luciferianum & Pictavienſem attinet, eum quidem errorem cum aliis, ipſis poſterioribus,& ipſo quoque Poſſevino,qui antea Cẽturiatores hoc nomine acerbe caſtigaverat, com-

communem habent. Vide Cl. *Mölleri* Homonymoscopiam p. 579.

Ad p. 145. v. 13.

Gregorium non ab Episcopatu, quo Nazianzi fuerit defunctus, Nazianzenum dictum, sed quod in illa urbe Patrem senem munere isto fungentem adjuverit, existimat *Lambecius* lib. III. p. 177. Commentar. de Biblioth. Vindob.

Ad p. 146. v. 4.

De *Paulino* illo *Nolano* nemo dixit diligentius V. C. *Ludov. Ant. Muratorio*, qui in Tom. I. Anecdotorum Mediolani 1697. nonnulla Patris hujus poëmata antea ἀνέκδοτα edidit, & XXII. Dissertationibus instruxit, quarum bona pars vitam ac mores Paulini egregie persequitur. Adde de poëmatibus ejus *Barthii* Adversaria lib. XIII. c. 14. *Borrich.* dissert. de Poëtis Lat. p. 79. & Cl. *Eschenbachium* de Poëtis Christianis Sac. Sect. II. §. 11. Huic carmen Eucharisticum perperam tribui, quod alterius Paulini, Ausonii scilicet nepotis, sit, recte paulo post monet Casaubonus, idemque egregie adstruxit præ ceteris *Casp. Barthius* in suis ad illud carmen notis, quas cum carmine ipso *Benedicti Paulini Petrocorii* libris de vita S. Martini addidit *Chr. Daumius* Lips. 1681. Taceo alios, quos diligentissime enumeravit Cl. *Mollerus* p. 602. Homonymoscopiæ.

Ad p. 147. v. 8.

Episcopis olim omnibus *Papæ* nomen commune fuisse probavit eruditissimus & antiqui-

tatis

tatis peritissimus *Cotelerius* in not. ad Tomum III. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ, & ex nostratibus *Göttenius* lib. I. Observationum cap. IV. Media quoque ætate Episcopos sæpe dictos esse Pontifices, locis quibusdam veterum ostendit Cl. *Struvius* p. 74. Actorum Literar. Fascic. I. Pontificis nomen Seculo demum III. Ethnicorum exemplo in Ecclesia Christiana fuisse usurpatum, manifestum facit *Steph. le Moyne* in not. ad Var. Sacra p. 24. sq.

Ad p. 148. v. 18.

De voce βῆμα & Ecclesiastica ejus notione apud Græcos adeas velim *Leonem Allatium* de Templis Græcorum p. 24. *Sviceri* Thesaurum Eccles. Tomo I. p. 682. & laudatum *Steph. le Moyne* l. c. p. 373. qui observat, βῆμα sæpe apud Græcos & nominatim apud *Codinum* usurpari de ipso *sanctuario* sive *sacrario*, ubi altare, quod βῆμα dicebatur, erectum erat.

Ad p. 150. v. 17.

De isto negotio, in quo *Zosimus* non optima fide egisse videtur, fuse exponit Casaubonus in lib. de Libertate Ecclesiast. p. 236. sq. unde nonnulla hic repetam: *Post annos*, inquit, *circiter LXX a Synodo Sardicensi celebrata induxit in animum Zosimus Papa hoc ipsum, de quo disputamus, appellationum jus ad Romanam sedem ab Africanis Episcopis impetrare, & ut decreta Sardicensia super ea re facta vim legis Ecclesiasticæ in Africa obtinerent, efficere, ea fine legatos a latere, quos jam tum vocabant, in Africam mittit, amplis mandatis instructos. Si pro Oecumenico Con-*

Concilio Ecclesia Catholica illorum temporum Sardicense habuisset, facilis erat futura causæ peroratio apud Catholicos Episcopos Africanos. Nam de mente ejus Concilii nemo poterat dubitare, qui saltem leviter Acta vel Canones inspexisset. Sed probe norat Zosimus, legatos suos ad hoc jus impetrandum Canones Sardicæ allegantes hac exceptione ab Africanis repellendos, quod ejus synodi non ea erat in Ecclesia Catholica auctoritas, ut ad tantam rem conficiendam posset sufficere. Acute sane ac prudenter prævidit Zosimus, quod omnino futurum erat: Nam adhuc illo tempore obscurum fuit inter Ecclesias Africæ nomen hujus Synodi, ut haud sciam, an tota Africa unus aut alter potuerit inveniri, qui de ea fando aliquid accepissent. Docet hoc altum in tot Synodis, Carthagine habitis, ob istud ipsum de Sardicensi silentium: nemine inter eos episcopos reperto (erant hi aliquando plures ducentis- flos delibatus ex universis Africæ provinciis) qui ullo indicio proderet, sibi de ea Synodo aliquid notũ esse. Quod quidem mirũ nemini videbitur, qui meminerit, ipsum Augustinum facile principem cunctorum ejus ætatis Africanorum Præsulum de pio & orthodoxo consessu Patrum Sardinensium omnia penitus ignorasse. Lege illius epistolam CLIII. & contra Cresconium lib. III. c. 34. Videbis Virum doctiss. & rerum Ecclesiasticarum peritissimum nullam ne tenuissimam quidem famam de ullo alio ejus nominis Concilio accepisse, nisi de conciliabulo quodam Arianorum, qui ad Donatistas ex illa urbe literas in Africam dederant. Propterea Zosimus, ut, quod optabat, impetraret, tacito Sardicensis nomine, Niceni Concilii nomen in Commonitorio, proficiscentibus Legatis dato, singulari solertia

tertia posuit. Verba ejus sunt in illo pittacio; Verba Canonum in pleniorem firmitatem huic Commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt dilectissimi fratres in Concilio Niceno. *Deinde canonem subjicit, quam nemo unquam dubitavit, VII esse Sardicensium.* Post hæc multis edisserit Casaubonus, quod Patres Africani accepto hoc nuncio ad nomen Nicenæ Synodi omnes attoniti, tantum tribuerint Zosimo, ut, cum Canonem istum in suis exemplaribus Niceni Concilii non invenirent controversiam non ante decidendam putarent, quam missis in Orientem legatis de fide exemplarium ibi exstantium constaret. Quinque post annis, tenente sedem Cælestino Patres Concilii Carthaginenses singulari epistola nunciarunt Canonem hunc in istis codicibus non exstare, adeoque petere se, ut deinceps *a se excommunicatos in communionem ultra velit accipere.* Integram illam epistolam, quæ etiam in Collectionibus Conciliorum exstat, Casaubonus exhibet, & variis animadversionibus instruit.

Ad p. 151. v. 13.

Totum illud *jus appellationum* ad sedem Romanam, quod Baronius ex veterum monumentis adstruere conatus est, singulari diligentia discutit & evertit Casaub. lib. cit. §. 4. cap. III. p. 165. sq. Inter alia p. 179. ita ait, quod ad præsentem animadversionem apprime facit: *qui igitur hujusmodi exempla* (eorum scilicet, qui a Romana sede auxilium petierunt) *volunt esse appel-*

appellationum ad Romanum Papam certa testimonia: si quæ hactenus de universalis Ecclesia cur diximus, omnium Episcoporum olim communi, attenderint: & dare locum veritati curaverint, aliter sentient. Nam etsi prærogativa quadam honoris eminebat Romana sedes, atque adeo gratia & auctoritate plus aliquanto poterat, quam ceterarum singula, quæ vel plurimum valebant: si tamen jus spectetur, non magis Romam primis temporibus appellari solitum, quam vel Alexandriam, vel Antiochiam, vel Carthaginem, vel Mediolanum, aut alio, unde in simili re subsidium pariter constat esse petitum. Id quod fusius deduxerat in præcedentibus, & urget in sequentibus. Postquam enim p. 183. ex Cypriani epistola XLI. monuisset, *veterum Schismaticorum & hæreticorum perpetuum hunc morem fuisse, ut, postquam ab Episcopo suo de Ecclesia essent ejecti, socios communionis ostiatim & oppidatim quærerent*, rationem, cur ad Romanam potissimum Ecclesiam confugerint, his verbis reddit. *Porro ubi frustra vicinas provincias circumcursaverant sententiam passi hæretici, quo facilius fallere possent, longinquas petebant. Romam igitur plerique veniebant.* Cyprianus *ep. LV. ad Cornelium Papam: denique quia conscientiam suam norunt, nec nos audent adire, aut ad Ecclesiæ limen accedere: sed foris per provincias circumveniendis fratribus & spoliandis pererrant & omnibus jam satis noti atque undique pro suis facinoribus exclusi, illuc etiam ad vos navigant. Quis dubitat, omnium hæreticorum & Schismaticorum commune olim fuisse studium, ut (quod de Nestorio duobus locis scribit Cyrillus) Romanam Ecclesiam*

siam

siam possent διαρπάσαι i. e. furto sibi conciliare, & ad partes trahere: nullo enim breviore compendio ad ceterarum Ecclesiarum communionem pervenire poterant, quam si communicatorias literas ab Romana se impetrasse ostenderent: cujus erat fides notissima auctoritas maxima. Hoc consilio Romam olim sunt profecti, vel literas a Romano Pontif. furto & fraudulenter, ut ait Cyprianus, sunt conati elicere, Cerdon e Syria, Marcion e Ponto, Valentinus ex Ægypto: Basilides & Martialis ex Hispania; ex Africa vero Privatus, Felicissimus, Fortunatus, Novatus, plures alii. De eodem argumento dignus omnino est, qui legatur *Paschas. Quesnellus* in dissertationibus, quas cum Leonis M. operibus edidit: cui adde Io. Gerbii Socii Sorbonii dissert. *de majoribus causis* & inprimis *Pet. de Marca* libro VI. & VII. eximii operis de Concordia Sacerdotii & imperii. Equidem *Christianus Lupus* Theol. Prof. Lovan. singulari libro tribus istis quos laudavi, ac potissimum *Quesnello* omnem ingenii vim & doctrinæ apparatum opposuit in libro, quem dixit: *Divinum ac immobile S. Petri Apostolorum Principis circa omnium sub cœlo fidelium ad Romanam ejus cathedram appellationes, adversum profanas hodie vocum novitates assertum privilegium* Mog. 1681. 4. sed hunc causa cecidisse æqui rerum existimatores facile cognoscent

Ad p. 151. v. 23.

Cyrillum non auctoritate aut jussu P. R. adductum sed suomet impetu impiis Nestorii co-

natibus & dogmatis se opposuisse Casaub. laudato libro p. 177. ex ipsis Nestorii verbis probat, quibus curam ejus, quam de Ecclesia CPolitana habeat, ita commendat: τῆς δέ γε τῶν σκανδαλιζομένων φροντίδος καλῶς ποιεῖς ἀντεχόμενος, καὶ χάρις τῇ τῶν θείων μεριμνητικῇ σου ψυχῇ καὶ τῶν παρ' ἡμῖν φροντιζούσῃ. *Quibus verbis*, addit Casaubonus, *Cyrilli studium commendat consulendi paci Ecclesiæ sublatis offensionibus: & quod de EcclesiaCPolitanana, cui ipse Nestorius præsidebat, tantam curam haberet, gratias illi agit.*

Ad p. 154. v. 4.

Synodum Ephesinam in causa Nestorii Augustis Auspiciis Theodosii & Valentiniani esse coactam probat idem l. c. p. 140. *Exstant*, inquit, *formatæ Augustorum ad Metropolitas missæ, quibus omni caussatione seposita Ephesum ad certū diem se transferre jubentur: itaque ubi convenere Patres, ante omnia alia poposcit Juvenalis, episcopus Hierosolymorum, ut jussio Imperialis in omnium auribus recitaretur, quod & statim factum. Non afferam ex Actis ejus Synodi verba Patrum, quibus diserte fatentur multis locis, adunatos se in illum locum gratia Dei, &* νεύματι καὶ ἐκ θεσπίσματος, *nutu & edicto Imperatorum. Cælestini tantum verba subjiciam ex ep. ad Theodosium*: huic cælesti curæ vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus: & huic Synodo, quam esse jussistis, nostram præsentiam in his, quos misimus, exhi-

exhibemus. Poſtea hoc a pietate veſtra ſimpliciter depoſcimus, ut, quod à Deo petitis, hoc in fide ipſius cauſa præſtetis, i. e. *ut, quemadmodum firmum ac ſtabile imperium a Deo vobis petitis, ſic ipſi, ut inconcuſſa maneat fides vera, regia auctoritate efficiatis. Sic & Cyrillus de eodem Neſtorio ſcribens ad Juvenalem Hieroſolymorum ait, ſtudioſe petendum eſſe a Principibus* χαρίσασθαι τῇ οἰκουμένῃ τὸ βέβαιον εἰς πίστιν ὀρθὴν, ut fidem rectam orbi terrarum præſtent immotam.

Ad p. 154. v. 16.

Sub *Eucherii Lugdun.* nomine Caſaubonus paſſim in Exercitatt. ſuis homilias, quas editi libri Euſebio Emiſſ. adſcribunt, allegat: Vide indicem. Alii aliis tribuere maluerunt, inter quos illi rem acu tetigiſſe videntur, qui diverſos illarum Auctores agnoverunt. Conſule, quos hoc de momento ſcriptores laudat Cl. Mollerus in Homonymoſcop. p. 462. ſq.

Ad p. 158. v. 22.

Non poſſum non, quin alium locum ex eleganti illo Caſauboni libro de Libertate Eccleſ. afferam, qui de ſupercilio ſedis Romanæ, veteribus jam inviſo, graviter p. 258 *ſub finem*, inquit, *epiſtolæ* (a Patribus Concilii Carthagin. ad Cæleſtium P.R. miſſæ) *cauſam aperiunt Patres, cur tam ſollicite Ro. Pontificibus, appellationes transmarinas ad ſe trahentibus, reſiſtant: ne, inquiunt,* typhum ſæculi in Eccleſiam Chriſti, (quæ lucē ſimplicitatis & humilitatis diem, Deum videre cupientibus

bus præfert) videamur inducere. *Iidem jam ante ad Bonifacium ita scripserant* : sed credimus, adjuvante misericordia Domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ Ecclesiæ præsidente non sumus jam istum typhum passuri. *Cupiditatem Ro. Pontificum stabiliendi jus istud appellationum appellant Sancti Patres typhum sæculi, id est, fastum, ambitionem & superbiam, eumque invehi in Ecclesiam Dei illis dolet : atque id ne fiat, quantum in ipsis est, sedulo impediunt. Sic paucis post annis Concilii Oecumen. III. Patres, quum relatum esset, Antiochenum Patriarcham res Ecclesiasticas Cypri insulæ ad cognitionem suam præter antiquam observationem trahere : mali exempli rem esse pronuntiantes typhum hominis coërcent :* ne forte, *inquiunt illi*, canone VIII, sub specie administrationis rerum sacrarum typhus potentiæ mundanæ in Ecclesiam sese insinuet, sensimque imprudentes libertatem eam amittamus, quam Dominus noster Jesus Christus, omnium liberator suo sanguine pretioso nobis largitus est. *Ibidem vere pronuntiant Patres, typhum hunc* πρᾶγμα εἶναι τῆς πάντων ἐλευθερίας ἁπτόμενον, rem, quæ libertati omnium faciat præjudicium. *Plane dignissimum observatu, utriusque Concilii Patres, quum eodem spiritu afflati idem sentirent, dominandi cupiditatem, fatale jam illa ætate Ecclesiæ malum eodem modo designasse & detestatos esse. Typhum sæculi Carthaginenses vocant : Ephesinus consessus,* τῦφον κοσμικῆς ἐξουσίας.

Ad

Ad p. 162. v. 24.

Pro *Papæ potestate supra Concilium* collocanda tam multi sunt qui propugnarunt post Baronium ex Pontificiis, ut eos recensere omnes nimis longum foret. Bonam eorum partem viginti & uno in fol. voluminibus comprehensam & inde ab anno 1695. usque ad 1699. Romæ editam exhibuit in Bibliotheca Pontificia *Jo. Thom. de Racoberti*, Archi-Episcopus Valentinus. Eandem potestatem impugnavit ex antiquitate & ipsis Pontificiorum testimoniis Forbesius in Instruction. Historico-Theolog. lib. XVI. c. 6. p. 779. sq. & novissime Anonymus, Romanæ Ecclesiæ sacris addictus in Tractatu 1707. gall. edito *de potestate Ecclesiastica & seculari*, quo Pontificis Max. potestas tum rerum spiritualium cancellis coercetur tum Conciliis Generalibus inferior & Canonibus eorum temperanda demonstratur. Scriptorem operis Ludovicum Eliam Dupinium, Virum & eruditum & cordatum haberi auctor est Cl. *Jac. Bernardus* in Excerptis sive Novis Reipubl. Literar. 1707. Tom. II. p. 583.

Ad p. 166. v. 27.

De *paganicis superstitionibus* in *Romana Ecclesia* adhuc dum vigentibus supra nonnulla dicta sunt, ubi laudavimus scriptores, quos de caussis horum institutorum itidem consulere juvabit. Hic observare fas sit nostra quoque ætate illos, qui Pontificis Romani auspiciis pa-

ganos & speciatim Chinenses Christiana doctrina imbuunt, hoc veterum exemplum, quod Casaub. commemorat, imitando forte expressuros consultum putare, ut instituta religionis Christianæ in nonnullis capitibus ita ad eorum placita nonnihil attemperentur, ne pristinas opiniones vel superstitiones prorsus exuere cogantur. Hoc consilio per συγκατάβασιν quam non licitam modo sed necessariam credunt, Jesuitæ Chinensibus, Christi sacris initiatis, liberam faciunt potestatem Confucio & defunctorum Proavorum animabus cultum, cui jam pridem adsueverant, præstandi. Quod quidem institutum se minime approbavit Dominicanis, qui id variis scriptis illicitum & saluti animarum ac fidei Christianæ principiis adversum demonstrare aggressi sunt, Jesuitis causam suam acriter tutantibus. Vide hoc de negotio Arnaldi librum 1692. gall. editum sub tit. *Historia controversiarum* inter Missionarios Jesuitas & Fratres Dominicanos ac Franciscanos de cultu quem Chinenses Confucio, Majoribus suis & idolo quod Chin-hoan appellant, solvere consueverunt. Adde discursum epistolicum de eadem controversia, qui exstat Tomo II. Biblioth. Criticæ Rich. Simonis c. III, p. 42. sq. ex nostratibus autem V. C. *Jo. Fr. Buddei* Jenensis Theologi differt. eruditam de superstitioso mortuorum apud Chinenses cultu &

Jo.

Jo. Georg. Pritii, Theologi Gryphiswaldensis controversias circa cultum Confucio a Sinensibus præstitum agitatas Lipſ. 1704. 4. Inprimis hoc tenendum est, Sorbonæ Doctores ex libris, quos Jesuitæ in defensionem sui ediderunt, quinque theses excerpsisse easque falsas, erroneas & offensionis plenas judicasse 1700. Qua in causa, cum nec hic Jesuitæ quiescerent, varia ultro citroque scripta edita sunt, quæ recenset Cl. *Bernardus* in Excerptis sive Novis Reip. Literar. 1701. Mart. p. 356. sq. *Rich. Simon* vel quisquis auctor est loco modo citato p. 85. affert testimonium Anonymi cujusdam in Historia Indulgentiarum 1702. edita mores hos penitus improbantis ex eo inprimis argumento, quod homines ad veritatem & frugem ducendi in errore, in cujus gratiam aliquid de jure remittatur, confirmentur, & ipsi dimidia tantum ex parte convertantur. In eodem discursu p. 83. non solum nimia illa conniventia reprehenditur, sed id quoque improbatur, quod iidem Chinenses statim ad exteriorem cultum, qui in Pontificia Ecclesia est receptus h.e. ad imaginum adorationem & Sanctorum cultum adducantur.

Ad p. 167. v. 15.

De vita *Gregorii Magni* fuse dixit *Mabillonius* Tomo I. Annalium Ordinis Benedicti. Va-

nitas ejus & superstitio fere incredibilis apparet ex Dialogis ejus quatuor de Miraculis Sanctorum, quos tamen vel ideo Viri docti vel plane huic Gregorio abjudicarunt, vel saltem, quod extra controversiam fere positum videtur, variis in locis interpolatos censuerunt. Vide, quos magno numero laudat scriptores Cl. *Möllerus* p. 569. Homonymoscop.

Ad p. 168. v. 26.

De *Osculo pedum* Pontificis Romani exponunt, qui de Osculis generatim commentantur, *Mart. Kempius* spisso satis volumine, *Jac. Herrenschmidius* in Osculologia & *Lomeierus* in diebus Genialibus Decade I. diss. X. data vero opera Ven. D. *Mayerus* singulari differt. Vitembergæ 1687. habita, & *Göttenius* Observationum Ecclesiast. lib. I. c. 9. De Osculo pedum Episcopis & personis honoratioribus præstari solito varia affert *Bulengerus* diatrib. X. contra Casaub. p. 29. Adde *Schurzfleischii* τοῦ *μακαρίτου* dissertat. de ritu salutandi per Osculum, & quos de Osculatione liminis, soli, pulveris allegat diligentissimus *Jo. Bapt. Cotelerius* ad Tomum II. Monumentorum Ecclesiæ Græcæ pag. 651. A.

Ad p. 170. v. 7.

De illo *Petri Denario* exstat *Jo. Fabricii* dissertatio

tatio bene longa, in Amœnitatibus ejus Theologicis primo loco recusa.

Ib. v. 22.

De libro *Caroli M.* & *Synodo Francofurtensi* attuli superius in his notis eruditam Is. Barrovii observationem. Hic moneo, ex nostratibus neminem diligentius & solidius *Jo. Georg. Dorscheo*, antiquitatis Ecclesiast. peritissimo demonstrasse, qui hoc egit in Collatione ad Concilium Francofordiense p. 40. sqq.

Ad p. 172. v. 11.

De *reliquiis Sanguinis Christi* Pontificii adhuc variis in locis gloriantur, vid. *Jo. Frid. Kœberi* Dissertationem singularem de Sanguine Jesu Christi Dresdæ editam.

Ib. v. 21.

Schismatis crimen Ecclesiæ nostræ ab adversa parte intentatum quondam amolitus est D. Phil. Jac. Spenerus scripto germ. cui titulum fecit *Vindiciarum Ecclesiæ Evangelicæ adversus culpam Schismatis & communionis cum hæreticis antiquis falso ei impactam* Francof. ad Mœnum 1695. 4. Ante eum idem præstiterat *Jo. Adamus Osiander* Theologus Tubing. in Systemate Theolog. Exerc. XI. & *Christianus Kortholtus* Kilon. Theologus, in disput. de Schismate superiori Seculo Protestantes inter & Pontificios e-

nato. Adde *Herm. Witte* disput. de Ecclesia Lutherana non Schismatica, Rangone Theologo meritissimo Præside, habita Gryphiswald. 1696. Taceo Anglos, inter quos idem institutum persecuti sunt præter alios complures *Guilh. Laudus* Archi-Episcop. quondam Cantuar. in Collatione cum Fischero Jesuita §. 21. sqq. & Anonymus scriptor libri ex anglic. gallice conversi & sub tit. *Apologia Ecclesiæ Anglicanæ* Amstelod. 1688. editi.

Ad p. 180. v. ult.

Locus Ciceronis, ad quem de voce περπερεύεσθαι hæc commentatur Casaubonus, qui etiam in præfat. ad eruditam in Dionem Chrysost. diatribam de eadem disseruit obiter, stat in epistolis ad Atticum lib. I. ep. 11. ubi ita Cicero: *Ego autem ipse, Dii boni, quomodo ἐνεπερπερευσάμην novo auditori Pompejo?* Non puto, fore quenquam, qui dubitet, Casaubonum in veram vocis significationem, quæ hoc in loco obtineat, penetrasse; tam luculenta & ampla est ejus demonstratio. *Petrus Victorius*, quem citat *Gatakerus* loco mox adducendo, eadem prorsus ratione istam Ciceronis locutionem interpretatus est: *quomodo me ostentavi & quasi juveniliter jactavi, omnibus adhibitis fucis & ornamentis orationi meæ, quasi exsultavi & placere illi studui.* Vide plura de hoc verbo & isti cognatis περπερεία & πέρπερος apud *Th. Gatakerum*

takerum in exquisitis & bonæ frugis plenissimis ad *Marcum Antoninum* notis lib. V. §. 5. p. 188. ed. in 4. & confer, quos ille laudat, *H. Stephanum* in Thesauro, *Io. Drusium* Observ. lib. 7. c. 7. *Muretum Var. Lect.* lib. XIV. c. 7. *Andr. Dunaeum* notis ad Savilii Chrysost. in 1. Cor. XIII. *Heinsium* denique Exercit. Sacr. 1. Cor. X. Adde istis tum Interpretes ad 1. Cor. XIII. 4. speciatim Hammondum tum inprimis Virum græce doctissimum & Academiæ Wittenbergensis quondam decus *Stolbergium* de Soloecismis N. T. p. 128. sq. & *Suicerum* Thesauro Ecclesiast. Tom. II. p. 696. qui pleraque debet Gatakero, cujus tamen locum non laudat. Nec dubitem istam jactandi se & ostentandi significationem locum habere in laudato S. scripturæ loco, quamquam non ignorem Colomesium in Observationibus Sacris p. 108. vertendum putare τὸ περπερεύεσθαι per adulari, quia alioquin duo verba prorsus ἰσοδύναμα conjungantur ab Apostolo. Sed rationem hanc nullam esse patebit, si consideretur τὸ φυσιοῦσθαι internam animi arrogantiam, τὸ περπερεύεσθαι autem externam, quæ verbis fit, ostentationem significare.

Ad p. 187. v. 9.

De ista significatione præpositionis ὑπὸ, quando gignendi habet casum, consule *Joach. Kühnii* notas ad Diog. Laërtium lib. IX. §. 52. ubi

ubi perperam & mendoſe legitur ὑπὸ κήρυκα, quod ipſe corrigendum recte putat ὑπὸ κήρυκος, ut ſenſus ſit *præcone adhibito*, ſicut ὑπὸ σάλπιγγος idem eſt, quod latine dixeris *ad tubam*. Sic apud Heſiodum v. 280. Ασπίδος legas ὑπὸ φορμίγγων h. e. *ad citharam* ad quem locum vide ſis *Gravium*.

S. D. G.





INDEX.

Locorum S. Scripturæ explicatorum.

GENESIS.

Cap.	Vers.	Pag.
II.	26.	78. 281.
IV.	7.	79.

JUDIC.

XI.	39.	76. 279

I. REG.

I.		81.

II. PARALIP.

XXI.	29.	75.

PSALM.

XII.		80.
XLV.	13.	76.
LXXXIII.	12.	92.

ECCLESIAST.

I.	6.	81.
II.	2.	82.
III.	17.	82.
IX.	3.	82.
XI.	4.	82.

CANTIC.

IV.	9.	80.

JESAIAS.

VIII.	20.	77.
XIII.	21.	96. 295.

EZECH.

XVI.	16.	85.

OBADIA.

	18.	79. 283.

JUDITH.

XIV.	13.	76. 279.

SIRACH.

XIX.		93.

MACCAB.

Varia.		93.

II. MACCAB.

IV.	12.	96. 185. 296

MATTHÆUS.

Cap.	Vers.	Pag.
I.	11.	95.

II.	11.	88.287
V.	18.	79.
VI.	11.	88.288
	16.	91.
XVI.	8.	82.285.

MARCUS.

IX.	18.	76.289.
	49.	88.

LUCAS.

I.	28.	85.286.
III.	36.	95.295.
XIV.	18.	75.278.
XV.	16.	96.296.

IOHANNES.

IV.	35.	76.
V.	39.	98.297.
XII.	3.	76.

ACTA APOST.

XIII.	18.	93.294.
XIV.	2.	96.
XVI.	13.	132.323.
XXVI.	24.	90.
XXVII.	41.	79.

ROMAN.

II.	17.	74.

I. CORINTH.

II.	4.	75.278.
III.	15.	74.87.277
VI.	4.	92.293.
VII.	21.	82.

II. CORINTH.

XI.	33.	76.
XII.	2.	77.280.
	7.	82.287.

GALAT.

I.	16.	87.

EPHES.

I.	6.	87.
V.	3.	75.

PHILIP.

II.	30.	83.286.

I. THESSALON.

III.	3.	79.

I. TIMOTH.

III.	15.	92.292.
	16.	65.264.
V.	12.	97.

II. TIMOTH.

II.	16.	90. 290.
III.	5.	90.
	16.	97.297.

TIT.

III.	9.	90.

HEbR.

IV.	13.	79.283.
V.	7.	78.281.
X.	5.	92.294
XII.	1.	75.90.
		278.291.

INDEX



INDEX
RERUM ET VERBORUM.

A.

ACosta 2.
Ælianus in Tacticis Polybii imitator 70.
Emendatus 281.
Æneas Gazæus 17. 224.
Agrippæ (H. C.) Lib. de vanitate Scientiarum 3. 201.
Alabarcha quid? 130. 321.
Alexandrinorum legatio ad P.R. 108.
Epistolæ 159.
Ambrosius in Psalmos 7.
America an ueteribus nota? 51. 257.
Anaphora pro Liturgia 117.
Andrews Lancelottus, Episc. Eliensis 6. 208.
Animalia δαιμονῶντα 55.
Animalium Solertia 262.
Animalium voces 56. 264.
Animarum sedem tertiam num Patres statuerint? 310. sq.
Anseres Scotici 269.
Ἀντίτυπον quid? 109. 306.
Apocalypsis: quid de ejus interpretatione statuendum? 20. 227.
Appellationes ad Romanam sedem vel alias Ecclesias 151. 335. sq.

Ar-

Arcani Diſciplina III. 307.
Ariſtotelis Libri de myſtica Philoſophia ſpurii 18. 225.
Arminius laudatus 7. 210.
Ασημον quid? 98.
Aſſyriorum Regum nomina 21.
Athenæus emendatus 57.
Auguſtinus de utilitate credendi 29.
Αυτοκίνητα ſimulacra & alia inanimata 260.

B.

BAlæus (Johannes) 235. ſq.
Barclajus de poteſtate Papæ 228.
Baronius (Cæſar) audacter dubia pro demonſtratis venditat 143. 328.
Infelix Criticus 144. 330.
Raro Centuriatorum meminit 144. 331.
Græce ignarus 147. 328.
Sugillat Reges hodiernos 150.
Omnia ad P. R. refert 151.
Notata Caſauboni ad Annales ejus 123.
Baronius (Juſtus) 27. 239.
Bartaſius (Salluſt) 33. 244.
Mirus Sophiſta 162. ſq. 168.
Baſilii Liturgia 117.
Beda ſuperſtitioſus 167. ſq.
Bellarminus 4.
Contra Barclajum 20. 228.
Contra Sarpium 31.
Quidam ejus errores 42.
Notata Caſaub. ad Bellarm. 64. ſqq.
Sophiſta eſt 172.

Scrip-

Scriptum contra Iacobum Regem Angliæ 209.
Bembi Epiſtolæ de profano animo, teſtantur 30.
242.
Stylus 245.
Opuſcula Philoſophica 34.
Beza 43.
Liber Diallacticon 47.
Methodus pro cathedra dicendi & prælectiones habendi 68.
Quomodo ſe geſſerit in Colloquio Posſiaceno 43. 251.
Βῆμα συγνὸν & βῆμα quid? 148. 333.
Boëthius de diſciplina Scholarum 1. 199.
Boëthius de rebus Scotiæ 24. 235.
Brachmanum Philoſophia 13. 219.
Broughthonus 4. 204.
Byzantini martyres 156.

C.

CAbaſila (Nicol.) 39.
Cainan 95. 295.
Calvinus ab Apocalypſeos interpretatione abſtinuit 20. 227.
Calvinus (Juſtus) 239.
Camerarii Vita Melanchthonis 29. 241.
Epiſtolæ 29. 30. 242.
Campianus (Edmund.) 28. 240.
Capita mechanica loquentia 261.
Carolus M. quomodo circa res Eccleſiaſticas verſatus 172.
Liber contra imagines 171. 304. ſq. 345.

Carthago unde dicta? 122. 318.
Cur vocatâ Καδμεια & καккάβη 122.
Casaubonus ex præsenti periculo ereptus 34.
Votum cum ad refutandum Baronium accederet 9.
Studium veritatis 9.
Quando pars I. Exercitt. Anti-Baron. absoluta 44.
Editio Polybii 74.
Præfatio ad Lib. de Libertate Eccles. 189.
Liber de Libertate Eccles. non integer excusus est 245. sq.
Collectanea in Polybium 272. sqq.
Melius circa profanos Autores illustrandos quam res Theologicas versatus est 273. sq.
Cassander (Georg.) 36. sq. 247.
Catechesis Racov. 9. 213.
Catechumenorum desiderium Sacram recipiendi 115. 311.
Centuriatores Magdeburg. errant, sed excusandi 145.
Κερδτια 96. 296.
Chamierus (Dan.) de Oecumenico Pontif. 67 266.
Checus (Joh.) de pronunciatione Gr. L. 3. 203
Chinenses ad Christianam religionem conversi, Confutio & Proauis cultum præstant Iesuitis id permittentibus 342.
Christiani omnes Clerici 112.
Christianismus Ethnicorum moribus infectus 119. 314. sq. 341. sq.

Sic

Judaiſmo infectus 314. ſq.
Chriſtus quo anno natus 231.
Chriſti forma 100. 297.
Sanguis 345. 172.
Chryſoſtomi commentar. 7.
Vita 21. 230.
Quid de Iuſtificatione ſtatuat 113. 307.
Nimio zelo multas ſibi moleſtias creavit 146
Non fuit cultor imaginum 147.
Ciacconii Orthographia Columnæ Trajani 11. 216.
Cœleſiria quæ ? 140.
Concilium Alexandrinum contra Neſtorium 152. ſq.
Concilii Chalcedonenſis Acta 44.
Concilium Epheſinum non coactum à P.R. 154. 338.
Concilia Gr. Romæ edita 45.
Concilia ab Imperatoribus coacta 329. 338. ſq.
Concilium Nicenum II. damnatum 170.
Concilium Sardicenſe Eccleſiis Africæ primum obſcurum 334.
Conjugium Clericorum 103. 302.
Conſtantini M. epiſtola ad Arium ſpuria 143.
Controverſiæ in Eccleſia vix ſopiendæ 40. 250.
Critica ars: de ea libri promiſſi 249.
Crux Chriſti, ad eam formatus eſt homo 108.
Crucis uſus apud veteres 109. 306.
Cyrillus non juſſu P.R. ſed ſuomet impetu Neſtorio reſtitit 151. 37.

D.

Demetrio Phalereo liber περὶ ἑρμηνείας non est tribuendus, sed alteri ὁμωνύμῳ 249
Desiderata & desiderare Catechumenorum quid? 115.
Διὰ notione singulari 188.
Diaconus (Paulus) de Longobard. 11.
Διασπορὰ Iudæorum quid? 124. 318.
Diei initium apud varias gentes varium 107. 306.
Diligentia mirabilis minutaque 262. sq.
Dioscorides 15.
Varia MSS. 221.
Δογματίζειν & συγκαταβαίνειν quid? 118.
Δοκεῖν pro εἶναι in Scriptura S. 88. 287.
Duretus de miraculis plantarum 67. 267.

E.

Ecclesiæ pax non speranda & quare? 40. 250.
Ecclesiæ vox recte pro templo usurpatur 118. 313.
Emmius (Ubbo) 2.
Ἐμπεριβολὴ quid? 135.
Ephremi Testamentum spurium 24.
Ἐπιούσιος quid? 288.
Episcopi alii alios deposuerunt ab officio 162.
Episcoporum jurisdictio 23.
Equus mirabilis 54.
Erastus de excommunicat. 31. 229.
Ἐργολάβος 50.
Espencæus (Claud.) in 1. Timoth. 45. 254.

Esseni

Esseni qui? 149. 327.
Ἐςὶ pro *Significat* 85.
Eucharistia quid de ea Patres statuant 101. 299. sq.
Eucherii Ludg. homiliæ falso tribuuntur Eusebio Emiss. 154. 339.
Eudæmon-Ioannes (Andr) 10. 213.
Euodius qualis Scriptor 156.
Eustathii Ερωτικὰ 13. 219.
Euthymius Zigab. in Evang. 24.
Panoplia 233.
Excommunicatio Arcadii ab Innocentio Papa facta 147.

F.

FAyus (Ant.) 2c.
Fenestella in memoriis Martyrum 149.
Fernelii stilus 17. 223.
Feri (Io.) Commentar. Laudatus 23.
Ferus accusatus & defensus 46. sq. 254. 232.
Feuardentius (Fr.) 67. 266.
Funambuli 54. 56.

G.

GAlatinus (Pet.) 39. 250.
Gazæus (Æneas) de Immort. Animarum 17. 224.
Gelasius qualis Scriptor 155.
Germanorum Βιόγραφοι 242.
Gildas de excidio Britann. 11.
Glossarium emendatum p. 115.
Græcæ Linguæ pronunciatio confusa jam olim 49.

Grammaticorum Græc. Volumen 13. 220.
Gratiani Collectio quo loco habenda? 177.
Gregorii M. controversia cum Iohanne CPolit. 165.
Virtutes & vitia 167. 343. sq.
Gregor. Nazianz. 2.
Unde dictus Nazianz. 145. 332.
Gregorii Nysseni ep. ad Eustath. 4. 204.
Gregorii Turonensis scripta miraculis scatent 165.
Gretserus homo maledicus 4. 205.

H.

HÆretici cur potissimum ad Romanam Ecclesiam confugerint 336.
Hamiltonus de cultu Sanctorum 19.
Harchius (Iodoc.) 47. 255.
Harmoniæ Evangelistarum Scriptores 256.
Hebræi textus integritas 48. 67. 266. 256.
Henriquez (Henr.) 8. 211.
Herodianus emendatus 51.
Hieronymi Libri contra Iouinianum declamatorio stilo scripti 145.
Hilarius 1. 199.
Hilarii confusi 331.
Historias legendi methodus 42.
Hoffmeisteri (Ioh.) commentarius in Acta 24.
Hormisdæ epistolæ quales? 158.
Humfredus (Laur.) 34. 244.

I.

IAcobus Apostolus an in Hispania prædicarit Evangelium 176.
Corpus ejus non est Compostellæ 176.

Ia-

Iacobus I. Rex M. Britan. ſcripſit contra Paul. V. & Bellarm. 7. 209.
Declaratio contra Conr. Vorſtium 210.
Idiotæ contemplationes 12. 218.
Iephtha num filiam immolari juſſerit? 76. 279. ſq.
Ignem ſine noxa tractarunt vel comederunt nonnulli 261.
Ignis ſuperſtitioſus uſus 110. 307.
Ignorantia docta 118. 314.
Imaginum cultus & uſus 105. 137. 171. 303. ſqq.
Quid Gregor. M. tempore de eis ſtatutum fuerit 166.
Sero receperunt Galli 171.
Origo 173.
Imbonati error 272.
Imprecari bono ſenſu 99.
Intt. LXX. alludunt ad proverbia Græc. 79.
Quare interdum quædam omittant 99.
Iordanes (Raymundus) Idiotæ nomine notus 218.
Ioſephus emendatus 139.
Ioſephus Gorionides 17. 223.
Iudæi num pro Antichriſto ſtricte ſic dicto habendi ſint 281.
Iudæi ante Chriſtum λόγον Patri ὁμοούσιον ſtatuerunt 91. 291.
Iuſtificatio per ſolam fidem 92. 308.
Quid de ea ſtatuat Chryſoſtomus 113. 307.
Iuvenalis tentatus 59.

L.

LAicorum Sacerdotium 112.
Lancellottus v. Andrews
Lauretana ædicula Mariæ 316.
Legatio Alexandrina ad R. P. 158.
Leo Oſtienſis fabuloſus 177.
Liberii Epiſtolæ 144.
Lingua peregrina in ſacris 99.
Lipſii ſcriptum de Maria 6.
Admiranda Romæ 48.
Lipſius ſuperſtitioſus & credulus 209.
Liturgia dicitur ἀναφορὰ vett. 117.
Baſilii 117.
Livelejus laudatus 9. 211.
Livius 73. 276.
Luciani Dialog. 2. dubius 140.

M.

MAimonides 21.
Marcus græce an lat. ſcripſerit? 129. 321.
Mariæ officium 4.
Quantum ei tribuant Pontificii 4.
Mariolatria 206.
Marnixius (Philip.) Aldegondius 282.
Marſilius Patavinus 32.
Martha de Juriſdict. 8.
Maſius (Andr.) 26. 237. 239.
Maximus Abbas non fauet primatui Papæ 169.
Melanchthonis epiſtolæ ad Camerarium 32.
Vita per Camerarium 29. 241.
Lenitas 230.

Μετοικεσία 95.
Molinæus 5. 207.
Defensio fidei Cathol. 66.
Mornæus (Phil.) Plessiacus 271.
Moschion 1. 199.
Μυστήριον pro Sacramento militari 99.

N.

NAthanaël Monachus 21.
Nicetæ Choniati Thesaurus 45. 252. sq.
Annalium pars posterior 253.
Nicomachi Geraseni Ἀριθμητικὰ & Θεολογούμενα 17. 225.
Nouatorum titulus 98.

O.

OCcam (Guil.) 32
Ὁδὸς de religione 92. 292.
Oecolampadius laudatus 10. 215.
Oeconomiæ tres diversæ ante adventum Christi 108.
Officium B. Mariæ 4.
Officiorum divinorum usus in lingua vernacula quando abrogatus ? 205.
Ophir insula 51. 258.
Origenis Comment. in Iobum spurius 143. 328.
Origenis Philosophumena emendata 312.
Osculum pedum 168. 172. 344.
Quando & quomodo ortum 271.
Osiandri (Andr.) Harmonia Evangelist. 47. 255.

P.

PAchymeres de vita Chryſoſtomi 21. 229.
Palæphatus de incredibil. 14. 221. ſq.
Emendatus 14. 15. 222.
Palladius de Brachmanibus 13. 219.
Palmatianæ uuæ quæ? 165.
Papa quando de Pontifice Rom. dici cœptum 147.
Papæ nomen olim Epiſcopis commune 333.
Papæ Rom. poteſtas num ſupra concilium? 163. 341.
Superbia veteribus jam inuiſa 339. ſq.
Tituli quomodo creverint 158. 172. 174.
Omnes de primatu ſuo ſtabiliendo laborarunt 162.
Quomodo Poteſtas P.R. ſingulis ſæculis creverit 178.
Παραϐαλεύεσθαι & παραβολεύεσθαι 83.
Παρακαλεῖν 91.
Patavinus (Marſil.) 32.
Patrum ἀκυρολογία 100. 298.
Sententia de Euchariſtia 101. 299.
Patres ſibi invicem olim nimium tribuebant 146.
Affirmant ſola fide nos juſtificari 308.
Paulus Apoſtolus cur Petro interdum præponatur 131. 322.
Pauli cum Petro diſputatio 132. 323.
Stilus 134. 326.
Peregrinationes 318.
Paulus V. Papa dictus Vice-Deus 68. 269. ſq.

Pau-

Paulinus Nolanus 332.
Sanctis nimis tribuit 146.
Paulini Eucharisticon non est Paulini Nolani sed Poetæ inepti 149.
Pelagius damnatus 149.
Periegetes Anonymus 2. 200.
Περιΐςασθαι 90. 290.
Περπερεύεσθαι quid? 181. 346. sq.
Perronius adv. Mornæum 69.
Peru est Ophir 51. 258.
Petrus cur διάκονος περιτομῆς dictus? 131.
Petro Paulus cur interdum præponatur 131. 322.
Petri denarius 170. 344.
Prærogativa 285. sq.
πέτασος quid? 187. sq.
Photii Bibliotheca 11. 217.
Plantarum sensus 267. sq.
Signatura 269.
Plethonis Chorographia 14.
Plutarchus emendatus 84.
Polybius convenit cum N. T. φεάσει 69. 274.
Polybii stilus 70. sq. 275.
Nævi 73.
Pontificis Romani superbia 68. 269. sq.
Ponderis elatio 52. 259.
Porphyrius περὶ ἀποχῆς 17.
Possevini apparatus 5. 208.
Bibliotheca Selecta 6.
Possiacenum colloquium 251.
Præficarum usus apud Christianos 99.

Præ-

Præstigiarum genera 52. sq. 258.
Prætorium ap. Romanos 139. 327.
Προσευχὴ pro loco precibus destinato 118. 313.
Προσευχαὶ Iudæorum 314.
Προσκυνεῖν de civili cultu 88. 287.
Punica Lingua 119. sq. 317.
Punicæ voces explicatæ 119.
Punica ex Plauti Pœnulo 121. 317.
Purgatorium an a Patribus approbatum 114. 310.
Purgatorii origo 309.
Puteani scriptum contra Casaub. 9.
Πυρφόροι 283.

R.

Rainoldi (Ioh.) Prælectiones 10. 214.
Controversia cum fratre Wilhelmo 214.
Liber de Eccles. Rom. Idololatria 44. 252.
Rami cædem narrantes Autores 226.
Reliquiæ 133. 324. sq.
Remigii testamentum 157.
Rex Platonicus, Liber 44. 252.
Ritus ex Iudaismo & Ethnicismo in Christi Ecclesiam translati 119. 314. sq.
Ritus paganorum adhuc in Romana Ecclesia vigent 341. sq.
Riveti tr. contr. Pontif. 19.
Robortellus de arte corrigendi antiquorum libros 38. 248.
Romana Ecclesia cur paganicis superstitionibus abundet 166. 341. sq.

Ro-

Romana Ecclesia cum antiquis hæresibus comparata 226.
Romæ (Mosis) versio Libb. Aristotelis de mystica Philosophia 18. 225.

S.

Σαββατον τὸ ἑξῆς quid? 130.
Sallustius Polybio similis 70.
Sanguinis Christi reliquiæ 345.
Saravias 43. 251.
Sarpii f. Pauli Servitæ scripta in controversiâ Reip. Venet. cum R. P. 20. 31. 243.
Vita 244.
Scaligeri (J. C.) comment. in Theophr. 17. 224.
Scripta adv. Erasmi Ciceronian. 30.
Contra Cardanum 224.
Schismata in Ecclesia unde? 40.
Protestantes non sunt Schismatici 172. 345.
χοινοβατία 52. 54.
Scripturæ S. integritas 67. 266.
Corruptæ crimen Iudæis intentatum 256.
Serarius 25. 256. sq.
Signa cœlestia Sanctorum Dei virorum nominibus dicta 108. 306.
Simonia à Patribus castigata 113.
Simon Magus 127.
Simoni Mago num statua posita sit 320. sq.
Simonis Magi uolatus 261.
Sinaitæ (Anastasii) Contemplationes Anagogicæ in Hexaëmeron. 280.

Sixtus

Sixtus Senensis 26. 27.
Smithus (Th.) de pronunc. Gr. L. 3. 201.
Stapletoni (Th.) de magnitudine Rom. Ecclesiæ 48.
Suidas multa loca Polybii exhibet 69. 274.
Suisset (Rich.) 24. 233.
Surius omnia corradit de Sanctis 15.
Suslyga (Laur.) 23. 231.
συγκαταβαίνειν & δογματίζειν quo sensu opponantur sibi? 118.
συγκροτεῖν quid? 330.
Σύμβολα: κοινωνία ἀπὸ συμβόλων 49.
Symbolum unde dictum? 127. 319.

T.

Testamenti Noui stilus passim Polybianus 69. 274.
Θαυματοποιΐαι variæ 52. 258.
Theodorus Graptus contra Iconomachos 105.
Theodorus Studita futiles affert rationes pro cultu Imaginum 173.
Theuethi Cosmographia 11. 217.
Thuanus laudatus 10. 216.
Torrius (Ascan.) Apologia pro libert. Eccles. 36.
Tostatus (Alph.) 25. 236.
Traditiones 69.
Traditionis vox πολύσημος 133. 324.
Trajani columna 11. 216.
Transubstantiatio 102. 301.

Tre-

Tremellii Verſionis Syriacæ translatio lat. 90. ſq.
Tubingenſium & Græcorum Theologorum diſput. 40.

V.

VAraderius 4.
Venetorum controverſia cum Paulo V. 31. 243.
Verba in ἐλθεῖν plenitudinem rei deſignant 86.
Verſionum Scripturæ S. lectio Laicis concedenda 265.
Victorii epp. ad Camerar. 30. 243.
Comment. in Demetr. de Interpr. 39. 249.
Villagagnonius (Nic.) 46.
Vigilius Papa peſſimus invaſor 162. ſq.
Viues (Lud.) in Bucolica Virgilii 33.
Voces animalium 56. ſq.
Volatus per aërem 53. 259.
Voſſius (G.I.) defenſus 234.
Vrbium inſignia 141.

W.

WAckfeld (Rob.) de Hebr. Cod. incorrupt. 48. 256.
Whitackerus contra Campian. 28. 30. 241.
Calvini fautor 28.
Wimpfelingii apologia pro Rep. Chriſt. 33. 244.


Y.

Y.

Yπὸ significat etiam *cum* 187. 189. 347. sq.
Yvo Carnotensis 2.

Z.

ZOsimus Papa 150. 333. sq.



6912



